A
8
88

18.a.4
2

i11853141

12,400 40 Guilla MADE IN SPAIN

№ 1
21-68

R. P. F. R-6502 (1)

FRANCISCI SYLVESTRI

FERRARIENSIS

Totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſtri
Theologi, ac philoſophi pręſtantiſſimi,

QVAESTIONES LVCVLENTISSIMAE IN OCTO LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS.

Cum Additionibus ad eaſdem, & alijs quæſtionibus Philoſophicis R.P.F. Matthiæ Aquarij publici Theologiæ ac Metaphyſices ordinarij in Florentiſſimo Neapolitano Gymnaſio profeſſoris.

VENETIIS, M DCI.

Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

INDEX
QVAESTIONVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Quæstiones primi Libri Physicorum.

Quæst. 1. *Si de rebus naturalibus habetur sciẽtia.* 1
Quæst. 2. *Si ens mobile sit subiectum scientiæ naturalis.* 4
Quæst. 3. *Si vniuersalia sint magis nota nobis, quã singularia.* 9
Quæst. 4. *Si materia secundũ se considerata sit diuisibilis in partes eiusdem rationis.* 15
Quæst. 5. *Si totũ à suis partibus distinguatur.* 17
Quæst. 6. *Si infinitum sit ignotum.* 21
Quæst. 7. *Si cuiuslibet rei naturalis detur maximũ & minimum.* 24
Quæst. 8. *Si prima principia sint prima contraria.* 28
Quæst. 9. *Si tantum tria principia sint principia rerum naturalium.* 32
Quæst. 10. *Si priuatio sit principium per accidens distinctum à materia.* 37
Quæst. 11. *Si materia prima sit ingenerabilis, & incorruptibilis.* 41
Quæst. 12. *Num vna sit materia numero generabilium, & corruptibilium.* 44

Quæstiones secundi Libri Physicorum.

Quæst. 1. *Num definitio naturæ sit conueniẽs.* 47
Quæst. 2. *Num scientiæ mediæ inter Mathematicas, et naturales sint magis naturales, quam Mathematicæ.* 52
Quæst. 3. *Si ad naturalem pertineat demonstrare materiam primam esse.* 55
Quæst. 4. *Si vnius effectus possint esse plures causæ eiusdem generis, & ordinis.* 56
Quæst. 5. *Num aliquid possit esse à casu, & à fortuna.* 58
Quæst. 6. *Num fortuna sit causa secundum accidens in his quæ in minori sunt secũdũ propositum eorum, quę propter hoc sunt.* 61
Quæst. 7. *Num fortuna, & casus sint causę manifestę, & indeterminatę.* 64
Quæst. 8. *An natura agat propter finem.* 66

Quæstiones tertij Libri Physicorum.

Quæst. 1. *An definitio motus sit bene assignata.* 70
Quæst. 2. *An motus sit idem realiter cum termino motus.* 74
Quæst. 3. *An actio & passio sint vnus motus.* 78
Quæst. 4. *An actio sit in agente vel patiente.* 80
Quæst. 5. *An actio et passio sint duo prædicamenta.* 83
Quæst. 6. *An detur corpus actu infinitum.* 86
Quæst. 7. *An detur multitudo actu infinita.* 90
Quæst. 8 *An detur infinitum in potentia.* 93

Quæstiones quarti Libri Physicorum.

Quæst. 1. *Num locus sit terminus continentis immobilis primum.* 97
Quæst. 2. *Num sphæra vltima sit in loco per partes.* 101
Quæst. 3. *Num graue, si moueretur in vacuo, moueretur in instanti.* 108
Quæst. 4. *Num tempus distinguatur à motu.* 112
Quæst. 5. *Num tempus sit numerus motus secundum prius, & posterius.* 115
Quæst. 6. *Num sit idem instans in toto tempore.* 121
Quæst. 7. *Num vnum sit tempus omnium temporalium.* 125

Quæstiones quinti Libri Physicorum.

Quæst. 1. *An motus sit de subiecto in subiectũ.* 127
Quæst. 2. *An ad substantiam sit motus.* 129
Quæst. 3. *An sit motus ad aliquid.* 132
Quæst. 4. *An motus accipiat speciem à termino ad quem.* 135

Quæstiones septimi Libri Physicorum.

Quæst. 1. *Vtrum aliquid moueatur a se primo.* 137
Quæst. 2. *Vtrum ex omnibus mobilibus possit fieri vnum continuum.* 141
Quæst. 3. *Vtrum mouens, & motum sint simul.* 143
Quæst. 4. *Vtrum ad solam tertiam speciem qualitatis sit alteratio.* 146
Quæst. 5. *Quę sunt requisita ad veram comparationem.* 148
Quæst. 6. *Vtrum genus dicat vnum simpliciter, sicut species.* 150

Quæstiones octaui Libri Physicorum.

Quæst. 1. *An Philosophus intendat probare æterni tatem primi motus, vel æternitatem motus in communi.* 152
Quæst. 2. *An necesse sit mouẽs, & mobile esse prius motu.* 154
Quæst. 3. *An positio Philosophi de æternitate mundi sit possibilis.* 157
Quæst. 4. *An sit necesse mundum esse æternum.* 163
Quæst. 5. *An Philosophus crediderit se demonstrasse esse æternum.* 171
Quæst. 6. *An augmẽtatio sit motus continuus.* 173
Quæst. 7. *An alteratio sit motus continuus.* 179
Quæst. 8. *An possit teneri oppositum de mente Commentatoris, & S. Th. s. quòd alteratio sit motus continuus.* 183
Quæst. 9. *An grauia, & leuia à seipsis moueantẽ.* 185
Quæst. 10. *An in animalibus pars intrinseca mouẽs sit aliquid compositum ex materia, et forma.* 192
Quæs. 11. *An sit necesse vnũ esse ens immobile.* 195
Quæst. 12. *An motores corporum cælestium moueãtur per accidens.* 199
Quæst. 13. *An motus localis sit prior aliis mõtibus, & mutationibus.* 202

INDEX

LOCVPLETISSIMVS RERVM ILLVSTRIVM ET VERBORVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

Abstractio prioris a posteriori est impossibilis. 54
Abstracta ita se habent,quod in eis vnum negatur ab altero. 75
Abstrahens à motu non est variabile. 2
Ab vno agẽte proficiscuntur plures actiones. 83
Actio Dei quæ est creatio,quomodo est ab æterno,& tamen creatura non est ab æterno. 167
Actio quomodo denominat agens & patiens. 82
Actio quomodo est in agente declaratur. 82
Actio duplex immanens,& transiens. 78
Actio & passio quomodo dicunt respectum. 72
Actio & passio quomodo sunt idem. ibidem
Actio est causa passionis declaratur. 80
Actus est duplex. 216
Actus & potentia sunt duo extrema. 116
Actus & potentia sunt differentiæ entis. ibidem.
Actus præsentiæ & existentiæ non distinguuntur. 216
Actus actiuorum in quo recipiuntur. 232
Actus est in eo cuius est actus. 83
Actu entia quæ sint. 216
Ad saluandam alterationem quid requiratur. 183
Ad omnem formam naturalem sequitur passio aliqua. 2
Albertus fatetur se vidisse monstruosam puellam. 60
Alex. inter Græcos quid senserit de mixtione elementorum. 208
Alex.Achillinus posuit materiam ingredi diffinitionem rerum. 208
Alex.Achillini opinio de materia impugnatur. ibid.
Aliud est cognoscere vniuersale,aliud in vniuersali. 12
Aliquid esse in potentia dicitur duobus modis. 217
Aliquid manere in mixto potest tribus modis intelligi. 212
Alteratio non est motus continuus. 176
Antonius And.quid sentiat de subiecto philosophiæ naturalis. 4
Angeli mouentur motu continuo & discreto. 202
Anaxagoras posuit chaos,in quo omnia contineri volebat in actu entitatiuo. 216
A primo ente deriuatũ est esse his clarius his obscurius. 217
Aqua rosacea est liquor resolutus. 214
Arist arguit contra Emped.volentem semen prouenire ab omni parte animalis. 208
Arist.ex motore inuestigato lib.8.Phys.inuestigat alium motorem omnino separatum. 199
Arcangelus Mercenarius reprehenditur de materia cœli. 220
Argumentum sophisticum non concludit. 228
Argumentum contra Emped.est ad hominem. 214
Aureolus quid docet de natura mixtionis. 206
Auerroes voluit quod materia ponatur in definitione rerum. 223
Augmẽtatio quomodo dicatur motus,& quomodo nõ. 206
Auerroistæ inepte derident rationem D.Th. 210
Augmentum quomodo habet omnes conditiones requisitas ad motum. 206
Augmentum quo totum corpus augetur,non potest esse p fecte continuum. 174
Auicennæ opinio de quidditate rerum naturalium. 225
Auicenna quid sentit de mixtione elementorum. 210
Auicennæ opinio de distinctione totius à partibus.
Auicennæ opinio de primo cognito. 14

B

Baconi rationes contra Aureolum de mixtione elementorum. 213
Baptismus non potest fieri in aquis alchimicis.
Baptismus non potest fieri in vino. ibidem.
Bonum est suiipsius diffusiuum & communicatiuum. 83
Burleus asserit quod omnes quatuor causæ sunt partes diffinitionis. 224
Bene natus & bene fortunatus quis sit. 60

C

Caliditas non potest esse substantia in igne,& in nobis accidens. 107
Caliditas in summo competit igni. 209
Caro & carnis esse idem sunt,quomodo intelligitur. 224
Causa secunda operatur in virtute causæ primæ. 197
Causa saluatur in effectu secundum virtutem. 225
Causæ generationis quæ sint. 162
Causa naturalis non semper agit in perfectissimum effectum. 14
Castaneæ positæ in igne faciunt strepitum,quæ nam sit huius causa. 109
Caietanus contrariatur sibiipsi de subiecto philosophiæ. 224
Caietanus defendit rationem D. Thom.contra Auerroistas. 210
Cratylus quomodo loquutus est de rebus naturalib. 1
Continuum dupliciter acquiri potest,quomodo hoc fiat. 175
Corruptibile & incorruptibile dupliciter considerantur. 3
Cœlum capitur tripliciter , declaratur hæc distinctio cum membris suis. 143
Cœlum non recipit peregrinas impressiones. ibidem
Cœlum quomodo contineat inferiora ista. 101
Cœlum est nobilius corruptibilibus. 101
Cœlum non est figuræ lenticularis. ibidem.
Cælum pro orbe tantum potest quiescere. 209
Cui inest vnum oppositorum per se,eidem inest alterum per accidens. 3
Corpus sensibile si esset infinitum, non posset moueri. 87
Corpus dupliciter considerari potest naturaliter & mathematice. 86
Compositio est triplex. 27
Contraria prima,ad quę omnia alia reducuntur,à qua scientia considerentur. 31
Contrarietas duplex priuatiua,& positiua. ibidem.
Contrarietas quomodo est in substantia. 130
Contrariorum contrariæ sunt causę. 31
Conueniens fit à conuenienti,est propositio vera concurrentibus tribus conditionibus. 58

D

Deus gaudet & de eo qui nititur sibi assimilari. 83
Deus est agens uoluntarium. 82
Deus est in rebus vt continens. 101
Deus est centrum à quo lineæ exeunt. 150
Deus & natura de possibilibus semper eligunt quod melius est. 172
Deus agit secundum suam potentiam moderatam intellectu & voluntate. ibidem.
Deus ab æterno potuit & voluit producere mundum , quo modo intelligatur. ibidem.
Deus non propterea est mundus quia mundum ab æterno non produxit. ibidem
Deus mouet omne cœlum , & tamen mouet tantum primum 116
Deus in quolibet instanti diuisim potest producere vnum hominem. 93
Deus si ageret de nouo,quomodo ageret. 83
Deus intendit monstra,quomodo sit hoc. 60
Deus in simul produxit materiam & formam. 222
Doctrina de mixtione elementorum est vtilis multis artificibus. 209
Disputatio de quidditate seu existẽtia seu essentia rerum naturalium. 222
Disputatio de natura materiæ est antiquissima inter Philosophos. 216
Disputatio de potentia materiæ primæ cuiusq; natura. 215
Disputatio in qua ostenditur formam esse prẽstantiorem cõposito. 203
Disputatio de mixtione elementorum. 207
Diffinitio ex addito conuenit accidentibus. 226
Definitio vera quæ nam sit. ibidem.
Deffinitio de anima non competit intelligentiæ secundum Ammonium. 77
Deffinitio infiniti quomodo intelligi debeat. 87
Definitio fati quæ nam sit. 60
Democritus posuit corpora atomalia esse materiam rerum. 216
Democritus genuit mundum ex atomis fortuito concurrentibus. 173
Democriti sententia de vacuo 112
Demonstratio est triplex,scilicet simpliciter,propter quid,& signi. 55
Distinctionum multiplicitas. 134
Distingui aliqua re aliter,dupliciter contingit. 38
Distinctio de triplici subiecto quæ sit. 9

E

Efficiens est duplex vniuersale & particulare. 191
Effectum caluale posse produci ab infinitis causis,quomodo sit. 30
Elementa quomodo seperantur à mixto. 214
Elementum quomodo moueatur a remouẽte prohibẽs. 192
Elementa mouentur à cœlo causaliter & effectiue. ibidem.
Elementum est,ex quo tanquam inexistente aliquid componitur. 210
Empedo.& Anaximander dicunt materiam esse ens. 216
Empedocles genuit mundum ex odio & amore. 173
Ens per participationem,ad quod reduci habeat. 217
Ens per accidens quid exigat. 3
Esse in actu contingit dupliciter. 106
Ens non dicitur de subſtãtia & accidẽti pure æquiuoce. 149
Ens differt ab vniuersalibus. 4
Ens in potentia fundatur in ente in actu,quomodo intelligatur. 220
Entia naturalia determinantur ad maximum & minimum. in addit. 27
Ens non diuiditur in decem prædicamenta,vt genus in species. 84
Esse sub forma,& quiescere sub ea,non est idem. 109
Epicyclus est circulus paruulus in circunferentia deferentis. 108
Encentrici, & epycicli quomodo dentur. ibid.
Encentricus habet suum centrum extra centrum terræ. ibidem.
Ex,aliquando causalitatem aliquãdo ordinem dicit. 165
Exemplum pulcherrimum aptum ad multa intelligenda. 160
Extra cœlum non est tempus,neque locus , neque motus. 121
Ex pluribus entibus in actu non potest fieri vnum per se. 209
Ex nihilo nihil fit,quomodo intelligatur. 169
Exhalantia & emanantia ex mistis non sunt pura elementa. 210

F

Figura sphærica dicitur maxima,& minima. 208
Finis est nobilior his quæ sunt ad finem. 229
Fides non habet meritum,vbi humana ratio præbet experimentum. 172
Filia Helidis concepit,& peperit Aethiopem. 208
Fieri ad factum esse diuersimode se habet. 163
Fieri aliquid multipliciter contingit. 163
Formæ elementorum sunt mediæ inter formas substantiales & accidentales secundum Auerroem. 210
Formæ elementorum corrumpuntur ad generationem misti. 210
Formarum multiplicitas. 182
Formę rerum sunt sicut numeri. 210
Fòrma impressa in mobili à mouente, dupliciter considerari potest. 216
Forma est principium quo res est. 222
Forma est quod quid est appropriate. 228
Forma habet triplicem denominationem. 108
Forma substantialis duplex. 130
Forma est pars quidditatis. 229
Forma totius,& partis,quomodo sunt eadem. 221
Forma remississima quæ sit. 182
formam immediate perficere materiam, contingit dupliciter. 210
franciscus Tholetus asserit tres conclusiones falsas de materia. 44

G

Generatio est transitio ex non esse ad esse. 205
Generatio est totius in totum transmutatio,nullo sẽsibili remanente in subiecto. ibid.
Generatio rectius dicitur mistio quam generatio , quomodo verificetur. ibidem.
Generatio est prima participatio animæ in calido naturali , quis eius sensus. ibidem.
Generatio , & corruptio quomodo distinguantur à motu. ibidem.
Generatio vt diffinitur 1. Phys. respicit tam substantiam quam accidens secundum commentatorem. ibidem
Generatio diuersimode diffinitur ab Arist. ibidem.
Generatio & corruptio,& alij motus,quomodo præcedunt motum localem. 206
Generatio non est perpetua,sed successio generationum est perpetua . 206
Generatio est compositi,et non materiæ,aut formæ. 77
Generans elementum mouet ipsum elementum mediate sed non immediate. 192
Genus sumitur a materia,& differentia à forma. 227
Genus dicit quid indeterminatum. 11
Genus est aliud à materia demonstratiue de mente Ale. 208
Genus duplex logicum & physicum. 151
Genus est æternum quomodo intelligatur. 227
Genus formarum est duplex. 74
Grauitas, & leuitas mouent corpora,quorum sunt formæ. 188
Grauia & leuia non mouent se de potentia essentiali in actu. 217
Gregorij Ariminensis propositiones de materia. ibidem.
Gregorius non absolute negat fatum. 20

H

Habitus quidam reperiuntur in corpore,qui dam in anima. 148
Habitus morales qui sunt. ibidem.
Habere subiectum existens in potentia conuenit omni motui. 205
Hermaphroditus habet vtrumque sexum. 61
Henrigus de gandauo quid senserit de materia. 44
Heterogeneũ & homogeneum quid sit,& ex quibus componitur. 28
Helides mulier concubuit cum Aethiope,& peperit filiam albam. 208
Heraclitus quam opinionem habuit de rebus naturalibus. 1
Homo quomodo in se habet omnes res vniuersi. 208
Homo alio modo inclinatur ad finẽ ab animalibus brutis. 69

I

Idem nunc esse aliud & aliud ratione, est ipsum habere alium respectum ad mutata esse motus. 77
Infinitum est extra quod nihil est. 90
Infinitum est intelligibile per se,sed tantum quo ad quid nominis. 23
Infinitum multiplex esse potest. 24
Indiuisibile secundum subſtantiam est mobile, non aut em secundum

INDEX

secundum quantitatem. 202
In diuisione numeri non proceditur ad infinitum. 89
Impossibile est magnitudinem actu infinitam reperiri etiam mathematice. 89
Impossibile est dari corpus sensibile actu in infinitum. 87
Impossibile est motum in vacuo esse in instanti. 109
Intelligentias esse animas cælorum quidam ex Platonicis docent. 202
Intelligentiæ mouentur per accidens. 201
Intelligere animæ quomodo dependeat à motu primi mobilis. 117
Intellectus format diuersos conceptus de vna & eadem re, quomodo fit hoc. 84
Intellectus quo ceatur vt cognoscat. 2
Intellectus operatio quotuplex sit. 53
Intentio non est motus continuus. 183
Intentio sumitur dupliciter. 182
Intentio cur potius fiat in vno instanti, quam in alio. 185

L

Latitudo est duplex, intensiua & extensiua. 182
Leucippi sententia de vacuo. 112
Linea nullo modo est composita ex punctis, veluti ex partibus quantitatiuis. 96
Lineæ essentia secundum se non est composita ex punctis. ibidem
Linea secundum essentiam absolute, & linea terminata differunt. ibidem.
Linea terminata est composita ex punctis. ibidem.
Lignum resoluitur in elementa, quomodo hoc fiat. 209
Logicus Physicus & Metaphysicus loquuntur de priuatione. 41
Locus mouet elementa finaliter & formaliter aliquo modo, & effectiue. 192

M

Materia est duplex, altera indiuidualis altera communis. 223
Materia secundum antiquos Platonicos non ponitur in distinctione rerum. ibidem.
Materia argumento Parmenidis est non ens. ibidem.
Materia sua natura est pura & nuda potentia. 210
Materia non potest cognosci sine forma. ibidem.
Materiam exittere sine forma, est impossibile. ibidem.
Materia est hoc aliquid existens apparere, quomodo intelligatur. 220
Materia seiuncta à forma non est subiectum actionis agentis. ibid.
Materia absoluta dicitur bona, quomodo sit intelligẽdũ. 222
Materia elementi quomodo disponitur ad formã misti. 214
Materia ad suam essentiam constituendam non indiget testate. 216
Materia nõ est quid nec quale nec aliquid aliud, quibus est ens determinatum. ibidem.
Materia duplex, altera quæ est subiectum mutationis substãtialis, altera vero accidentalis. ibidem.
Materia est per se principium omni enti naturali. 221
Materia est actu materia, actu. ibidem.
Materia tripliciter capitur. 227
Materia primo recipit formam elementorum Dei, nec alias secundum Auerr. 208
Materia nullam formam habet, nec vniuersalem nec particularem. ibidem.
Materia est vna numero existens & immortalis. 227
Materia est causa quantitatis, & diuisibilitatis. 16
Materia habet gradus. 220
Materia intelligibilis quid sit. 1
Materia est vehiculum, tanquam deferens ipsam quidditatem. 220
Materia signata est principium indiuiduationis. 228
Materia duplex, altera communis, altera propria. 44
Materia multis nominibus nominatur. 27
Materia est ingenerabilis, & incorruptibilis. 41
Materia, forma, & priuatio dupliciter accipi possunt. 35
Materia non denudatur à corporeitate. 17
Materia separatur à quantitate in esse cognito. 17
Medium motus est duplex, s. totale & partiale. 136
Medium inter extrema potest dupliciter considerari. 76
Miscibilia sunt corpora. 209
Mixtorum acquisitio fit in instanti. 206
Mixtum resoluitur in elementa, quæ erant in eo secundum virtatem. 210
Mistum componitur ex elementis corruptis. 214
Mistum aliquando magis conuenit cum vno elemento, quã cum alio. ibidem.
Mistio supponit alterationem, per quam extrema alterantur. 211
Mistio nihil aliud est nisi unio miscibilium. ibidem.
Motus naturalis præcedit motum contra naturam. 101
Motis nobis mouentur quæ sunt in nobis, quomodo venit intelligendum. 202
Motus primo dicitur de motu locali, secundo de alteratione, tertio de augmento. 206
Motus pro forma fluente est idem essentialiter cum termino motus. 80
Motum aliquem esse cõtinuũ, tripliciter intelligi potest. 153
Motus dupliciter sumitur. 78
Motus cœli inquantum motus habet contrarium. 143
Motor non mouet, nisi quia potentia eius est maior potentia moti. 178
Mouens & motum sunt simul, quomodo intelligatur. 145
Motus augmenti dupliciter capitur. 206
Mundum incepisse est articulus fidei. 94
Mundus non potest esse nisi vnus. 110
Mundus manifestius ducit in cognitionem creãtis, si non semper fuisset, quam si sempiternus esset. 81
Mundus neque naturaliter neque potentialiter erat in aliquo præxistente. 169
Mutatio dupliciter accipitur, proprie & communiter. 165

N

Natura sumitur quatuor modis. 52
Natura sumitur pro natura naturante, quæ est Deus, & pro natura quæ est eius instrm. ibidem.
Natura materiæ primæ est vna substantia æterna. 221
Natura agit propter finem, & natura determinatur ad vnũ, coincidunt. 69
Natura nihil irrationabiliter, neque frustra facit. 52
Natura vniuersalis non dicit aggregationem ex rebus diuersis. 2
Naturæ definitio nõ est vera definitio, sed descriptio. 49
Naturæ definitio est manifesta ex se, & ponitur in scientia naturali. 52
Naturæ vniuersales abstrahunt ab indiuiduationib. 2
Natura habet infinitas differentias. 3
Naturalis locus ignis est sursum. 209
Naturalis locus aquæ est deorsum. ibid.
Necesse est motum & mundum semper durare ipsa natura rei considerata. 165
Negatio quæ est extremum contradictionis, negat totaliter esse. 37
Nihil mouetur à seipso primo. 138
Non inconuenit aliquid esse vno modo finitum, alio modo infinitum. 159
Non est necesse mundum per negationem inceptionis essendi quocunque modo ab æterno esse. 164
Non omne mouens mouetur per accidens. 196
Non omne indiuisibile motus est mutatum esse. 166
Non est necessarium mobile simul à motu cessare, & ab aptitudine ad motum. 167
Non quilibet numerus est quantitas discreta. 118
Nullum indiuiduum naturę corruptibilis potest esse æternum. 159
Nulla scientia probat sua principia demõstratione propter quid. 56
Nullum ens reale posse de nouo aduenire alicui sine eius mutatione, quomodo intelligatur. 133
Nulla ratio cogit nos dicere Arist. demonstrasse mundum esse æternum. 172
Nulla res habet certum, & terminatum limitem respectu Dei. 201

Nunc

Nunc est principium & finis in tempore. 165
Nunc non realiter cãt tempus, sed solum secundum imaginationem. 101
Nunc est vnum in toto tempore secundum substantiam, diuersum vero secundum esse. 122
Numerus habilitatum materiæ, quomodo sumi debeat. 218
Numerus est duplex. 113
Numerus substantiarum immobilium quomodo sit inuestigandus. 201

O

Obiectum rationalis potentię est bonum verum, vel apparens. 66
Omne quod mouetur, mouetur in tempore. 206
Omne quod generatur dum generatur, est imperfectũ. 203
Omne quod semper fuit, manifestum est habere cãm. 81
Omne quod mensuratur tempore, est quantitas successiua. 126
Omnis ratio partes habet. 224
Opiniones diuersæ de subiecto philosophiæ naturalis. 8
Opiniones diuersæ quod forma sit tota rerum essentia. 226
Opinio diuersæ de primo cognito. 14
Opiniones diuersæ de graduatione rerum. 156
Opinio aliquorum Thomistarum de quidditate rerum improbatur. 225
Opinio irrationabilis & intolerabilem continẽs errorem est de mundi æternitate. 81
Opinio Alb. de diuisibilitate materiæ. 11
Opinio neotericorum ponentium materiam habere actum imperfectum. 218
Orpheus asserebat res non vere posse dici factas ex nihilo, quoniam factæ sunt ex Dei sapientia. 164
Ordo in rebus à Deo creatus ostendit mundi vnitatem. 116
Oppositа quomodo simul esse possint. 83
Oppositorum oppositæ sunt proprietates. 247

P

Partes definitionis reducuntur ad causam. 228
Partes sunt duplices. 15
Pars mouens non mouet seipsam. 197
Partes mundi principales cuius conditionis sint. 116
Partes rei permanentis sunt simul, quomodo intelligatur. 113
Per se non ens dupliciter accipitur. 158
Principium dicitur septem modis secundum Alex. 36
Principia cognitionis sunt in duplici differentia. 36
Principia prima quot sint. 198
Primus finis est vnus. 116
Primum cœlum est vnum. ibidem.
Primum mobile consideratur tripliciter. 122
Prima intelligentia est immobilis per se, & per accidens. 202
Prius & posterius in mutatione esse, quomodo intelligatur. 131
Prius & posterius est demonstratiuum ordinis. 120
Prioritas temporis quomodo distinguatur à prioritate naturæ. 202
Prioritas totius ad partes est prioritas formæ. 229
Priuatio nõ est eadem principium essendi & fiendi. 39
Priuatio sumitur multipliciter. 40
Prædicamentum potest accipi pro intentione secunda, & pro re substrata. 84
Prædominium, quod habet elementum in misto, est eius virtus. 214
Prædicatio duplex, causalis & identica. 21
Perfectio rei significatur per formam. 226
Platonici non conueniunt in declaratione materiæ. 223
Plato asserit vna cum tempore fuisse productum mundum, & duraturum perpetuo. 173
Plato posuit tria principia rerum naturalium, magnum, paruum, & vnum. 221
Plato metaphorice loquutus est de materia. ibidem.
Possibili posito in esse nullum sequitur inconueniens, declaratur. 196
Possibile tripliciter accipitur. 158
Potentia multiplicatur secundum diuersos respectus. 221
Potentia materię potest accipi dupliciter. 228
Potentia materiæ pro gradu entis est sua natura, per quam diffinitur. ibidem.
Potentia materiæ pro relatione, & respectu non est eius natura. ibidem.
Potentia multis modis sumitur. 220
Potentia respectu resistentiæ tripliciter potest se habere. 178
Positio sumitur multis modis. 124
Productio quid sit. 172
Punctus secundum Euclidem quid est. 124
Pythagorici posuerunt duas series rerum, s. bonarum & malarum. 221
Pythagorici non naturaliter loquuti sunt de vacuo. 112
Pythagorici ponebant plura principia, quorum alterum ab altero non dependebat. 199

Q

Qva ratione reperitur vnum extremum in natura, eadem reperitur & aliud. 220
Qualitates habent minimum, & supremum gradum. 183
Qualitates quomodo intenduntur. 185
Qualitates sunt in multiplici ordine. ibidem.
Qualitates elementorum esse eorum formas iudicauit Alexand. 130
Qualitas potest terminare motum dupliciter. 155
Qualitas media est dispositio ad formam misti. 83
Quantitas duplex molis & virtutis. 20
Quantitati dominij correspondet quantitas velocitatis. 178
Quare Deus noluit producere mundum ab æterno. 172
Quidditas, & essentia sunt idem. 224
Quidditas essentia, quod quid erat esse, forma, natura, substantia, sunt idem. 226
Quidditas rerum naturalium est, in quam resoluitur earum ratio. 227
Quidditas rei naturalis non est sola forma. ibidem.
Quidditas competit substantiæ & accidentibus. 225
Quidditas nõ est relatio inter materiam & formam. 227
Quid est virtus inferior operari per superiorem. 197
Quomodo datur minimus gradus luminis. 182
Quomodo lapis ex se dicatur moueri. 191
Quod conuenit alicui per se, id est solitarie consideratо, non arguit nisi naturæ prioritatem. 158
Quod in vniuerso sit vnum primum probatur multis rationibus. 199
Quod potest non esse motu existente, non est idem quod motus. 79
Quod mouetur ab extrinseco mouetur violenter, non est vniuersaliter vera. 136
Quod aliquis efficiatur mihi æqualis me non mutato, quomodo intelligatur. ibidem.
Quod vere est, nulli accidit. 131

R

Ratio vnitatis temporis sumenda est ex vnitate primi motus. 127
Rationes probantes Deum non sunt demonstratiuæ, sed probabiles & rethoricæ. 199
Ratio aliquorum qua probatur accidens posse esse sine subiecto, est nullius vigoris. 201
Ratio de quibus reddenda est. 206
Rarefactio & condensatio est duplex, propria & impropria. 112
Recitantur diuersæ opiniones de mistione elementorũ. 211
Relatio aduenit alicui de nouo absque mutatione sui. 132
Relatio inter materiam & formam est accidens. 216
Relatio habet duplex esse. 77
Res naturales in vniuersali consideratæ includunt materiam & motum. 1
Res vti se habet ad esse, ita ad quidditatem. 211
Res per solam formam efficiuntur intelligibiles. 228
Res naturales in vniuersali sunt necessarię. 3
Res successiua à permanenti in duobus differt. 113
Res naturales dupliciter considerantur. 1
Realitates elementorum quę sint secundum Auerro. 215
Respectu Dei nihil est fortuitum, & casuale. 59

S

Sal mistũ igni facit strepitum, quæ nam sit huius cã. 209
Salamandra conuersatur in igne. 209
Serum egressum de lacte non est purum elementum. 214
Scientia diffinitiua est naturaliũ rerũ p notiones cõmunes. 3

Scientia

INDEX

Scientia naturalis declaratur per duas per se rones. ibidem.
Scientia est vniuersalium. ibidem.
Scientia habetur de rebus naturalibus quantum ad rationes vniuersales. 2
Scientia in Deo est substantia, in nobis est accidens. 131
Scientia de aliquo dupliciter hét, principaliter. s. & secundario. 1
Scientia duplex est, s. visionis & simplicis intelligentiæ. 24
Scientiæ mediç formaliter sunt Mathematicæ, materialiter sunt naturales. 53
Scire impossibile est antequam ad individua perueniantur. 4
Scotus posuit tres mensuras durationis. s. tempus, æuum, & ęternitatem. 121
Scotus quid senserit de primo cognito. 10
Scotus disputans de materia asserit duas propositiones posse tueri de ea. 216
Scoti opinio de actione improbatur. 81
Scoti opinio impugnatur de efficientia Dei. 170
Singulare potest accipi dupliciter. 10
Similitudo de loco & tempore non tenet. 166
Similitudo diuina in creatura secundum æqualitatem repræsentari non potest. 167
Simplex non mouetur à seipso, quia tunc idem esset mouens & motum. 141
Simplicius, quid sentiat de distinctione materiæ. 216
Si ignis esset actu in misto, esset ibi violenter. 208
Si infinitum esset elementum infinita esset velocitas eius motus. 179
Si fuerit velocitas infinita, necessario erit grauitas infinita. ibidem.
Substantia quanta est materia intelligibilis. 54
Subiectũ quod cadit in definitione accidentium, quid sit 221
Subiectum motus est ens in actu. 222
Subiectum generationis est non ens. ibid.
Subiectum scientiarum Mathematicarũ quid sit. 54
Subiecta natura ẽ cognoscibilis per analogiã ad formã. 217

T

TAle per participationem reducitur ad tale per essentiam. 201
Tempus comparatur ad motum primi cœli non solum vt mẽsura ad mensuratum, sed vt passio ad subiectũ. 123
Tempus est duplex, alterum principaliter, alterum secundarium. ibidem.
Tempus est realiter motus, non autem formaliter quidditatiue. ibid.
Tempus, & motus sunt quantitates per se, & per accidens, quomodo hoc verificetur. 93
Tempus tempore determinatur, quomodo sit intelligẽdũ. 115
Tempus est mensura motus, est propositio analoga. 121
Tempus per se, & formaliter est quantitas discreta. 120
Tempus non est numerus quo numeramus. 118
Tempus multiplicatur ad multiplicationem subiecti. 114
Tempus mensurat motum essentialiter. 119
Temporis vnitates quę sint. 118
Tempus est tantum vnum, declaratur. 125
Tempore Aristi fuit perfecte cognita natura materiæ. 216
Terra est frigidior aqua, & aqua frigidior terra, quomodo hoc verificetur. 141
Terra omnis fertur naturaliter ad hoc medium vbicunque esset. 117
Terminus motus & ipse motus, quo distinguantur. 75
Terminus motus est accidens. 207
Terminj mutationis nõ possunt se cõpati simul in eodẽ. 209
Tres sunt modi compositionis 165
Theologi ponunt plures ordines intelligentiarum. 202
Themistius quid senserit de priuatione.
Triplex est actus formalis. s. existentiæ, & entitatiuus. 216
Triplex est opinio de materia, quo ad sui naturam, & essentiam. 44
Triplex est potentia motiua, s. directiua, imperatiua, exequutiua. 194
Totum non mouet totum, quomodo intelligitur. 197
Totum integrale non est aliud a suis partibus. 18
Totum est triplex. 17
Totum est illud, cui nihil de est eorum, quæ pertinent ad cõplementum ipsius. 50
Totum quantitatiuum distinguitur ab vnaquaque suarum partium. 140
Torpedo facit obstupescere manus piscatoris, & tamen non obstupescit rete. 145
Turisani opin. de mistione elementorum. 210

V

VAcuũ est, vbi non est corpus, possibile tamen esse. 111
Vacuum est locus corpore priuatus. ibid.
Vana est opinio de distinctione elemẽtorum. 83
Vana est opinio de causa vnitatis temporis. 126
Variæ opiniones de loco vltimæ sphæræ. 104
Verior, quod glosa illius propositionis, principia oportet semper manere. 37
Velox & tardum reperiuntur in motu. 206
Vltima sphæra secundum se totam non est in loco. 103
Vltima sphæra est in loco per partes. ibid.
Vltima sphæra est in loco in potentia. ibidem.
Virtus moralis generatur in appetitu sensitiuo. 148
Violẽtũ est, cuius principium est à passo nõ cõferẽte vi. 136
Voluntas antiqua potest agere quod agit noua. 83
Voluntas non necessario sequitur inclinationes in natura corporali. 132
Vnitas est quid positiuum secundum se. 1124
Vnitas specifica motus vnde sumenda venit. 135
Vnica forma substãtialis faciq, quicqd alię facere possũt. 193
Vniuersale potest accipi dupliciter. 9
Vniuersale est quoddam totum essentiale. 16
Vniuersale triplex, ante rem, & in re, & post rem. 14
Vniuersa esse a Deo constituta, quæ sit ratio. 173
Vnum eorum quę coniunguntur per accidens, inueniri potest sine altero. 196
Vnum non dicit rationem perfectionis.
Vnum quomodo est mensura aliquorum in genere. 150
Vnum dupliciter capitur, positiue, & negatiue. 45
Vna significat compositum. 228

X

XVtus Philosophus quomodo argumento ducebatur ad ponendum vacuum. 111

Z

ZOdiacus circulus in duodecim diuiditur partes. 203
Zopyrus physiognomus absurda quædam de Socrate narrans deridetur ab eius auditoribus. 145
Zimara asserit materiam esse partem essentiæ, & non quidditatis. 209
Zimara quomodo exponit, recipiens est denudatum a natura recepti. 210

FINIS.

QVAESTIONES

LVCVLENTISSIMAE IN LIBROS PHYSICORVM

R. P. F. FRANCISCI SYLVESTRI

FERRARIENSIS,

Totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magistri, Theologi, ac Philosophi præstantißimi.

CVM ADDITIONIBVS AD EASDEM EGREGIIS

R. P. F. MATTHIAE AQVARII, PVBLICI THEOLOGIAE

ac Metaphysices ordinarij in florentiss. studio Neapolitano professoris.

Vtrum de rebus naturalibus possit haberi scientia.

QVAESTIO PRIMA.

CIRCA primum librum Physicorum, dubitatur primo. Vtrum de rebus naturalibus possit haberi scientia, & videtur qđ non.

Primo de ente per accidens non potest haberi scientia: sed entia naturalia sunt entia per accidens: ergo de ipsis non potest haberi scientia. Consequentia nota cum maiori ex 1. Posterio. minor verò probatur. Ex rebus

Tex. cõ. 18. diuersorum generum aggregatum est ens per accidens, quia ex talibus non potest fieri vnum per se: sed entia naturalia sunt aggregata ex rebus diuersorum generum, scilicet ex substantia & accidentibus sensibilibus, cum in sua ratione includãt materiam sensibilem: ergo &c.

Secundò. De corruptibilibus nõ potest esse sciẽtia, quia de necessarijs solum est scientia, vt dicitur 1. Post. sed entia naturalia sunt corruptibilia, cum

Tex. cõ. 15. claudant materiam, quæ est principium corruptionis: ergo &c.

Tertiò. Scientia est de abstractis à materia: qa vnumquodque est intelligibile actu per abstractionem à materia, vt inquit S. Thom. in procemio: sed entia naturalia non sunt abstracta a materia, cum secundum esse sint in materia, & in sua definitione materiam includant: ergo &c.

Quartò. Supponitur quòd de naturalibus non habeatur scientia, nisi cognoscantur secundum quod habent esse. Tunc sic. Infinitum inquantum infinitum est ignotum, vt dicitur 1. Physicor. & 2.

ex. cõ. 35. Metaphysi. sed naturalia secundum esse suum habent infinitas differentias: ergo de ipsis non potest

ex. cõ. 11. haberi scientia.

In oppositum est, quia Philo. de rebus naturalibus scientiam tradit.

Circa istam difficultatẽ sensit Cratillus & Heraclitus, vt narrat Arist. 1. & 4. Met. qp de rebus naturalibus scientia haberi non possit, eo qp naturalia semper sint in motu, & nunquam sint in eodem statu: propter quod & Pythagoras de naturis rerũ dixit non haberi scientiam certam, sed opinionẽ pp earum mutabilitatem. Cuius rei signum esse dicebat, qp plurimi in naturis diuersa opinati sunt, in Met. aũt omnes cõicant. Socrates quoque rerũ variabilitatem considerãs, vt in 1. Met. dicitur, ad moralem Phil. se transtulit. Plato, aũt coactus est ponere ideas necessarias, & immobiles, de quibus darentur definitiones, & de quib. esset sciẽtia. Sed non obstãte ista rerũ variabilitate, posuerũt Peripatetici, qp de rebus naturalib. habeatur scientia.

Quid antiquiores dq. senserint.

Tex. cõm. 5. 1. Meta. tex. cõm. 5. & 4. tex. cõm. 21. & 22.

Ad cuius euidentiam sciendum primo, qp p res naturales intelliguntur res habentes esse in materia, & in sua definitione includentes materiam sensibilem. i. materiam dispositam qualitatib. sensibilibus: vt est caro, os, neruus, & huiusmodi. Nã substantia, remotis accidentibus dicitur materia intelligibilis, & similiter quantitas imaginabilis.

Vide quomodo naturalia definibilia sunt, & in eorum definitione apparet natura: sicut in definitione voluntariorũ, apparet voluntas, & in definitione diuinorũ apparet Deus. Aue. 6. Met. commen. 2.

Sciendum secundo, qp res naturalis potest dupliciter considerari. Vno modo in particulari, vt scilicet est principiis indiuiduantibus determinata: alio modo in vniuersali, scilicet quantum ad rationem vniuersalem, non considerãdo principia, quibus natura fit indiuidua, & hæc. Sicut homo potest considerari, inquantum Sor. aut Plat. potest etiam considerari, inquantum animal rationale: non considerando inquantum est Sor. aut Plato. Differentia est inter istas duas considerationes; quia res in particulari consideratæ sunt mobiles, & aliquæ earum corruptibiles: quia habẽt materiam signatã, ad quam consequitur motus, & in aliquibus corruptio, cõsideratæ autem in vniuersali abstrahunt

Res naturalis in particulari concernit motum, non autẽ in vniuersali. Materia alia sensibilis, alia intelligibilis. 7. Met. tex. cõm. 34. 35. & 39. 5. Met. comm. 38. 12. Met. comm. 15.

à motu,quia a materia indiuiduali abstrahũt,quæ est ratio quod aliquid mobile sit.

Secundum tertio, quod licet res naturales ẽt in vniuersali consideratæ includant materiam, & ali quæ includant motum(sicut ab aliquibus definitur cœlum quod est corpus rotundum,quod circu lariter mouetur)ipsa tamen ratio & natura vniuer salis est immobilis,sicut & ratio entis mobilis, est immobilis;licet mobile cui conuenit talis rõ, mo ueatur. Vnde dato,quod natura vniuersalis inclu deret motum,vel sicut differentiam extrinsecam, vel sicut passionem,dicitur tamẽ abstrahere a mo tu,quia ipsa,vt sic,non est mobilis', cum consideretur sine materia signata & indiuiduali; ad quam consequitur motus,& per quam aliquid hẽt quod moueatur:sicut etiam risibilitas consequitur natu ram hominis;non tamen conuenit ridere humani tati a singularibus separatæ,sed secundum quod ẽ in ipsis singularibus: consequitur enim secundum actum signatum naturam vniuersalem,secundum autem actum exercitum,non conuenit naturæ nisi in particularibus existenti.

Vide Cai de his pri. post. cp 9 Vide etiam Versorium Physi q. 9.

Sciendũ quarto, quod de aliquo potest haberi scientia dupliciter. Vno modo primo & principali ter:alio modo secundario,& quasi per reflexionẽ. Voco de aliquo haberi scientiam primo & principaliter quando illud est primum,& adæquatum su biectum passionis scitæ de eo: sicut si de homine habeatur scientia , quod sit risibilis, tunc habetur de homine scientia primo & principaliter: quia illa passio primo conuenit homini. Dico autẽ de aliquo haberi scientiam secundario,quando de eo scitur passio inadæquata sibi,sed alicui superio ri adæquata , quæ quia scitur conuenire superiori,concluditur etiam conuenire inferiori: sicut si a liquis sciret Sor.esse risibilem,ex eo quod scit hominẽ risibilẽ esse, diceretur secũdario habere scitiam de Sor.quod esset risibilis , nã risibilitas non conuenit primo Sor. sed homini. Potest ẽt dici primo,& directe scitum illud,in quod intellectus immediate per se ipsum fertur;secundario autem & indirecte scitum,quod non immediate ab intellectu cognoscitur,& directe,sed per quamdam reflexionem & adminiculo virium sensitiuarum.

Ad quæstionem itaque respondetur duabus cõclusionibus. Prima est. De rebus naturalibus quã tum ad rationes vniuersales potest haberi sciẽtia. Sed aduertendum, quod per rationes vniuersales non intelligo solum definitiones per intellectũ formatas,sed intelligo quidditates existentes in singularibus,quæ licet in singularibus nõ sint vniuersales,tamen absolute per intellectum considerantem eas sine conditionibus indiuiduantibus, sunt vniuersales. De talibus inquam sic consideratis,sci licet quantum ad earum principia essentialia potest haberi scientia. Probatur ista cõclusio. Primo ex scientiæ definitione in 1. Poster.posita. De quo cunque aliquid cognosci potest per causam , & qđ illud impossibile est aliter se habere,de eo scientia haberi potest: sed de naturalibus haberi talis cognitio potest,ergo &cet. Probatur minor, primo quo ad primam partem.Ad omnem formam naturalem consequitur aliqua passio & proprietas:ergo per illam formam tanquam per causam,potest

Vide 1.contra gentes c. 11. & li.2. c 96.& lib.4. capi.45.

Tex com. 5.

de re naturali illa passio cognosci. Quo ad secundã vero partem sic, Quando subiectum aliquod non potest sine prædicato esse,neque in re , neque in intellectu per secundam operationem intellectus, propositio est necessaria (semper enim illius oppositum est falsum)sed in naturalibus est sic(quia subiectum sine sua passione esse non pôt,sicut homo sine risibilitate)ergo &c.Secundo. Si de rebus naturalibus non posset haberi scientia,hoc pro tãto esset,quia sunt variabiles;sed in vniuersali consideratæ non sunt variabiles,ergo de ipsis in vniuersali consideratis potest haberi scientia. Probatur minor.Id quod abstrahit a motu,& ab his ad quæ consequitur motus non est variabile , sed tales naturæ vniuersales abstrahunt a motu,& a principiis indiuiduantibus ad quæ consequitur motus: quia vniuersalia includunt tantum principia essentialia,ergo &c.

Vide Cai. in prædicabi. c. de accid.

Secunda conclusio. De rebus naturalibus in particulari consideratis potest haberi scientia secundario. Probatur. Cognoscens passionem de superiori per demonstrationem,potest eandem passionem demonstrare de inferiori,inquantum participat superius: sicut sciens triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, pôt demonstrare Isosceles,quod habet tres angulos,&c.quia est triãgulus:sed de rebus naturalibus in vniuersali consideratis,potest demonstrari aliqua passio,ergo eadem potest demonstrari de re naturali particulari, quia recipit prædicationem vniuersalis.

De reb. naturalibus in particulari considerati potest haberi scientia secundario.

Pro declaratione istarum conclusionum aduertendum est,quod natura vniuersali intellectus vtitur,& vt re cognita,& vt medio cognoscendi: vt re quidem cognita,inquantum de ipsa aliquam passionem cognoscit,vt medio vero cognoscendi, quãdo per ipsam aliquid de inferiori concludit: sicut intellectus cognoscit de homine,quod est risibilis: deinde concludit sortem esse risibilem,quia est homo,& sic hõ se hẽt & ut res cognita,& vt mediũ cognoscendi. Propter hoc per notitiam rationum vniuersalium,quæ sunt immobiles, habetur secundario notitia rerum particularium mobilium,quarum sunt rationes.

Doctrina Auer. 2. Physi. com. 2.

Sed occurrit dubiũ:nã naturę sensibiles, secũdũ qđ sunt particulares,sunt corruptibiles:corruptibile.aũt nihil conuenit necessario,sed aliqñ sic, aliquando vero non,vt videtur velle Philos.primo Poste. ergo nullo mõ de particularib. pôt haberi sciẽtia. Ad quod dicitur etiam ibidem 1. Post. vt diximus,quod particularibus,si secundum suas rationes considerentur per abstrationẽ ab esse (possunt enim sic considerari,cum esse nullius rei creatæ sit essentia)potest aliquid conuenire semper & necessario:quia aliqua sunt de essentia sua, sine quibus intelligi non potest:si autem considerentur, ut sub esse actualis existẽtiæ sunt,sic nihil illis necessario conuenit secũdum scilicet actualem existentiam.

Text. 21.

Quomodo sit verum, quod natura sensibilis in particulari sit corruptibilis,& tamen de ipsa possit haberi scientia.

Ad argumenta in oppositum respondetur . Ad primum negatur minor: Ad probationem dicitur, quod natura vniuersalis non dicit aggregatum ex rebus diuersorum prædicamentorum intrinsece, & essentialiter:sed accidentia dicit solum extrinsece,tamquam determinatiua materiæ:& si enim homo includat in sua ratione carnem & os, & ista includant

cludant accidentia,ista tamen accidentia non integrant essentiam hominis: sed solum determinant materiam,quę est principium hominis essentiale. Ad hoc autem ꝙ aliquid sit ens per accidens, requiritur ꝙ includat plura,tamquam intrinseca suę naturæ,& ꝙ illa significet in recto,sicut hoc totũ, albus musicus,ex quo significat albedinem & musicam;nõ autem sufficit,quod includat plura diuersorum generum,quorum vnum includat extrinsece, tanquam determinatiuum alicuius suæ partis essentialis,& dicat illud in obliquo : aliud autẽ includat tanquam existens de essentia sua, & dicat illud in recto.

Quid requiratur ad hoc quòd aliqd sit ens p accidens.

Ad secundum negatur minor. Dicitur.n. ꝙ res naturales in vniuersali consideratæ quomodo de ipsis est scientia,sunt necessariæ, & incorruptibiles:licet in indiuiduis corrumpãtur per accidens. Sed contra istam responsionem, quæ est S. Tho. instant aliqui inquantum dicitur,ꝙ naturæ vniuersales rerum naturalium per se sunt necessariæ & incorruptibiles, licet per accidens corumpantur ad corruptionem indiuiduorum. Primo:quia cuicunque ineſt vnum oppositorum per se , eidem non ineſt alterum per accidens; ergo, si vniuersalia sunt per se incorruptibilia, non possunt esse per accidens corruptibilia. Antecedens patet,quia si homo est per se rationalis aut risibilis, non pôt per accidens esse irrationalis,aut non risibilis. Secundò,quia Phil. 10. Metap. demonstrat nihil esse corruptibile per acidens , immo quod corrupti bile per se ineſt cuicunque ineſt.

Quomodo ſtet ꝙ res naturales in vniuersali ſint incorruptibiles per ſe,in indiuiduis autẽ corrumpantur per accidẽs.

Ad primum istorum respondetur dupliciter . Dicitur primo,ꝙ aliquid conuenire alicui per se potest dupliciter intelligi. Vno modo in primo,aut secundo modo perfectatis;quia. ſ.est de definitione eius , aut est eius propria passio: & tunc antecedens habet veritatem,& exemplificatum est de rationali & risibili; sed vniuersale non dicitur hoc modo per se incorruptibile. Alio modo in tertio modo perfeitatis,vt idem sit aliquid conuenire alicui per se,ꝙ conuenire sibi absolute,& solitarie cõsiderato:& in hoc sensu negatur antecedens ; albedo.n.secũdum se est forma indiuiſibilis:tamen per accidẽs diuiditur ad diuiſionem quantitatis : hoc autem modo vniuersale est per se incorruptibile. Potest secundo responderi, ꝙ si antecedens habeat veritatem,intelligendum est sic. Cuicunq; conuenit vnum oppositorum per se,eidem non in est alterum per accidens. ſ.secundum illam considerationem,quia vnum conuenit sibi per se,sed secundum aliam considerationem non inconuenit alterum conuenire sibi per accidens:modo dico , ꝙ vniuersale vt absolutum à conditionibus indiuiduantibus est per se incorruptibile, & numquã secundum istam considerationem est corruptibile,cum,vt sic,abstrahat ab esse : cum hoc tamen stat, ꝙ inquantum coniunctum principijs indiuiduantibus sit corruptibile per accidens,vnde argumentum non sequitur.

Aliquid conuenit alicui per se dupliciter.

Incorruptibilitas qũo vniuersali p se cõueniat.

Si vnum oppositorũ per se ineſt alicui,alterum eidẽ per accidens ineſe non põt, quis ſenſus.

Vide Cai. p. p. q. 50. ar. 5. Videetiã autoré p. contra gentes. c. 20.

Ad secundum dicitur,ꝙ per accidens potest accipi dupliciter. Vno modo vt opponitur ei , ꝙ est per se:& hoc modo intelligit Phil.ꝙ corruptibile nulli conuenit per accidens:& sic vniuersalia non sunt corruptibilia per accidens. Alio modo vt opponitur ei,ꝙ est primo,vt idem sit ꝙ per aliud , & sic corruptibile potest alicui conuenire per accidens,& sic vniuersalia sunt corruptibilia per accidens.i.per aliud:corrumpũtur.n.ad corruptionem indiuiduorum. Sicut.n.esse sensibile conuenit homini per aliud,ideſt per rationem animalis,& tamen conuenit homini essentialiter:ita licet corruptibile cõueniat naturæ existenti in indiuiduis essentialiter,quia corruptibile est prædicatum essentiale:conuenit tamen illi per aliud ideſt rationem indiuidui.

Vniuersale quomodo corruptibile & quo incorruptibile. Nihil ẽ corruptibile p accidens, vt ly per accidens opponitur ei, qđ est p se, sed non, vt opponitur ei, quod in primo.

Potest secundo responderi,quod illa propositio Philosoph. habet veritatem in re singulari,non autem in natura vniuersali.

Tertio responderi potest, ꝙ corruptibile & incorruptibile possunt dupliciter considerari. Vno modo,vt vnumquodque eorum positiue sumatur, vt. ſ.aliquid dicatur corruptibile ex aliqno principio intrinseco,& similiter incorruptibile,quod habeat formam aliquam intrinsecam incorruptionis ; & sic cuicumque conueniunt, per se conueniunt. Alio modo vt aliquid dicatur incorruptibile negatiue,quia. ſ.non habet in se principium corruptionis,& sic non inconuenit corruptibile per accidens conuenire rei incorruptibili. ſ.negatiue.

Corruptibile, & incorruptibile sumuntur positiue & negatiue.

Ad tertium principale negatur minor,& ad ꝓbationem dicitur,ꝙ vniuersalia naturalia,& si nõ abstrahãt à materia sensibili vniuersali,abstrahũt tamen à materia signata & indiuiduali,& sic sunt intelligibilia, non.n. oportet omne intelligibile esse totaliter abstractum a materia.

Intelligibilia sufficit abstracta esse a materia indiuiduali.

Ad quartum dicitur,ꝙ licet naturalia in particulari habeant infinitas differentias,tamen in vniuersali,secundum quòd de ipsis habetur scientia, sunt determinata. Item falsum est de naturalibus haberi scientiam, secundum quòd habent esse actualis existentiæ. Est etiam falsum, quòd vnumquodque particulare habeat infinitas differẽtias, quibus sub esse indiuiduali constituatur: licet verum sit quòd differentiæ particularium,in genera li de omnibus loquendo,in infinitum varientur.

ADDITIO.

ALEX. Aphrodisiensis lib. 1. quæstio. naturalium c. 3. hoc idem tenet, quod auctor in hac sua quæ. videlicet quòd scientia definita est naturalium rerum per notiones communes,quæ sunt æternæ etiam quo ad existentiam,quia nihil veri ut mortale aliquid existens est æternum,iccirco de naturalibus asserit haberi scientiam,quo ad existentiam communem.

Auerr. 2. Metaphy. tex. comm. 11. hoc idem expressit dicens,quòd scire impossibile est antequam ad indiuidua perueniatur,quod auctor in 2. conclusione docuit,asserens de rebus naturalibus in particulari considerati haberi scientiam secundario.

Augustin. Suess. 7. Metaphysic. disput. sua 14. affirmat singularia corruptibilia intellectum nostrum intelligere,per similitudines existẽtes in sensibus;quòd si veritatem in aliquo assequutus sit,oportet ipsum amplecti,quod in secunda conclusione asserit auctor;vnde totum quæsitum dilucidatur his duabus conclusionibus , quarum prima est , de rebus naturalibus habetur scientia,quantum ad rationes vniuersales,

siue secundum notiones communes, & quo ad essentiam.

Secunda est, de rebus naturalibus in particulari consideratis potest haberi scientia secundario.

Tertia quoque additur ad maiorem dilucidationẽ; scientia naturalis declaratur per duas perscrutationes, quarum vna est de natura, quid sit. 2. perscrutatio est de natura cuiuslibet entis, quid sit, de qua vide Auerr. 2. Metaphy. comm. vlt. ex quo etiam elici potest clarissime, ens mobile esse subiectum adæquatum phil. naturalis, vt habetur 4 Metaph. comm. 1. de quo Auctor latius in seq. quæst. disputabit.

Scientia est tantum de vniuersalibus, quia de individuis, & singularibus non est scientia obiectiue, vide apud D. Thom. 2. sent. dist. 24. q. 2. ar. 4.

Si vis videre totam doctrinam huius primæ q. lege D. Tho. 1. p. q. 84. ar. 1. vbi latius habebis opinionem Heracliti, Platonis, & Aristotelis.

QVAESTIO II.

Vtrum ens mobile sit subiectum Philosoph. naturalis.

Manifestum quidem, quòd & quę sunt circa principia scientię quæ de natura est. Tex. 1.

VAERITVR secundo, vtrum ens mobile sit subiectum Phil. naturalis: & videtur quòd non.

Primo, illud est primum subiectũ alicuius scientiæ, sub quo continentur omnia considerata in scientia: sed non omnia considerata in scientia naturali cõtinentur sub ente mobili: consideratur enim in ea de primo motore, qui est omnino immobilis, vt dicitur 12. Meta. consideratur de tota terra, quæ est immobilis, vt dicitur 2. cœli: consideratur de anima intellectiua, quæ etiam est immobilis: ergo ens mobile non est subiectum naturalis Philo. Tex. 35.

Secundo, corpus mobile est subiectum Phil. naturalis: ergo non ens mobile. Antecedens probatur dupliciter. Primo, illud est subiectum scientię, cuius principia & passiones considerantur in scię tia, sed in Philosophia naturali considerantur principia, & proprietates corporis mobilis: ergo &c. minor probatur. Nam Philosophus, ostendit principia rerum naturalium esse materiam, formã, & priuationem, ista autem sunt principia corporis mobilis: ergo &c. Confirmatur, quia Philoso. dicit quòd scientia de natura fere plurima videtur circa corporum magnitudines, & horum existentes passiones, & motus. Secundo. Illud est subiectum philosophiæ naturalis, cum quo cõuertitur prima passio considerata in scientia naturali: sed motus, qui est prima passio considerata in scientia naturali, cõuertitur cum corpore: probatur enim 6. Phys. omne mobile esse corpus, & omne corpus moueri, ergo corpus est subiectum philosophiæ naturalis. 1. Physicor. Tex. 30. & sequenti. 3. Cęl. tex. 1. Tex. 50. & sequen.

Tertio pricipaliter passio subiecti Philosophiæ naturalis non est formalis rõ subiecti: sed mobilitas est passio subiecti phi. naturalis, ergo nõ est formalis rõ subiecti, ergo ens mobile nó est subiectũ.

Quarto substantia mobilis est subiectum, ergo non ens mobile: antecedens est Phil. 6. Meta. dictis de Physica, quòd circa talem substantiam est, in qua est principium motus. 6. Meta. tex. comm. 11.

Quinto quia Comm. in procemio libri Phy. dicit, quòd subiectum istius artis, non sunt nisi res sensibiles. Circa principium.

Sexto sequeretur, quòd philosophia naturalis subalternaretur Metaphysicæ: sed hoc est falsum, cum sint scientiæ genere diuersæ, ergo &c. probatur consequentia. Quando subiectum vnius scientiæ addit ad subiectum alterius differentiam accidentalem, subalternatur ei: sed ens mobile addit differentiam accidentalem supra ens, nam mobilitas accidit ei, cum non sit de ratione eius, ergo si ens mobile est subiectum philosophiæ naturalis, ipsa subalternabitur Metaphysicæ, cuius subiectũ est ens. Arg. Egidii.

Ad euidentiam istius quæstionis, Primo recitabuntur opiniones de naturalis philosophię subiecto. Secundo declarabitur quid per ens mobile intelligamus. Tertio, ponentur conclusiones. Quantum ad primum tres sunt opiniones inter alias de subiecto philosophiæ naturalis. Prima est opinio Alberti dicẽtis, quod corpus mobile est subiectũ. Pro quo notat in 1. Phys. q aliud est loqui de corpore absolue inquãtum corpus est, & aliud loqui de corpore inquantum mathematicum est, aut naturale. Cum enim corpus secundum tres dimensiones habeat tres diametros, quarum vna mensurat longitudinem, altera latitudinem, & tertia profunditatem, corpus habet quòd sit corpus simpliciter ex eo, q vbique aptũ est, vt duo diametri ad rectos angulos se secẽt, & tertia cõsimiliter duas. Corpus vero habet, q sit mathematicum ab actuali trina dimẽsione trium diametrorum sese in vno puncto secantium secundum longum, latum, & profundum. A forma autem perficiẽte materiam sensibilem in aptitudine trinæ dimensionis existentẽ, habet corpus quòd sit naturale. Non ergo corpus simpliciter inquantum corpus, neque corpus mathematicum, sed corpus naturale siue corpus sensibile, siue corpus mobile, quod idem est, est subiectum philosophiæ naturalis. Opini. Alb. de subiecto philosophię naturalis. Secundum Albertũ datur triplex corpus physicũ, mathematicum, & metaphy. vi de 1. physic. cap. 6.

Alia est opinio Scotistarum, & maxime Antonij Andreæ dicentis, q subst antia naturalis inquãtum naturalis est subiectum primũ philosophiæ naturalis. Pro quo notat primo, q in subiecto primo cuiuslibet scientiæ est duo considerare. scilicet, aliquid formale, & aliquid substratum & materiale. ver. gra. in scientia metaphysicali, ens inquantũ ens est subiectum: ly ens est materiale; & ly inquãtum ens, dicit rationem formalem. Notat secũdo quòd ad hoc, q aliquid sit primum subiectũ scientiæ primitate adæquationis, sex conditiones requirũtur. Primo, q habeat quidditatem & entitatem, quia non ens non potest sciri. Secundo, quòd non includatur in quidditate priori considerata in tali scientia, quia tunc illa prior quidditas esset primũ subiectum. Tertio, quòd sit primo notum: quia de subiecto oportet præcognoscere quid est, & quia est, Quarto, q sit notum secũdum propriam & absolutã quidditatem: quia si secundum quidditatẽ alterius, iam includeretur in alterius quidditate virtualiter, Opinio Scotistarum. Vide de Antonii Andr. 1. meta. q. 1. Quot conditiones requiruntur ad subiectum ad æquatum.

virtualiter, & sic secundum respectiuam, tunc haberet quidditatem priorem, scilicet absolutã: quia ratio respectiua præsupponit rationem absolutã.

Contra Scotum in prologo primi sent. q. 3. Vide Cai. p. p. q. 1. ar 7. Quinto, quòd contineat virtualiter notitiam omnium veritatum considerataru in illa scientia. Sexto, quod sit adæquatum toti scientiæ, scilicet, quod omnia considerata in tali scientia reducantur ad ipsum; & omne, quod habet attributionem, & ordinem ad ipsum consideretur in tali scientia. Dicit ergo, quòd materiale in subiecto philosophiæ naturalis est substãtia; formale vero naturalitas, quæ nihil aliud est, quã quidditas siue formalitas substantiæ, quæ appropriat ipsam substantiam, vt sit subiectum motus, & aliarum passionum sibi proprie, & naturaliter & conuertibiliter inhærẽtium, sicut si diceremus rationalitatem esse quidditatẽ animalis appropriantem ipsum, vt sit subiectum risibilitatis. Subiectum ergo primum philosophiæ naturalis, est substãtia naturalis, inquantũ natura lis. Falsitas istarum opinionũ patebit ex probatione alterius opinionis, & ex solutione argumentorum.

Quid materiale, & qd formale, in subiecto.

Germana opinio D. Th. Tertia opinio, quã ad mentem S. Th. sustinebo, ẽ q ens mobile, ẽ subiectũ philosophiæ naturalis.

Quantũ ad secundũ. Sciendum primo, quod ens differt ab vniuersalibus, quæ sunt genera: quia genus contrahitur ad sua inferiora per differentias essentiales, de quarum intellectu non est genus, vt dicitur 3. Metap. vt aĩal contrahitur ad hominẽ per rationale, de cuius definitione non est animal. Ens autem non potest contrahi per differentias essentiales, de quarum definitione non sit; cum nihil sit in rerum natura, de quo ens non prædicetur essentialiter: sed contrahitur per modos essendi. Qd libet. n. nomen aliud ab entis nomine exprimit aliquem modum entis, qui nõ exprimitur hoc nomine ens; sicut hoc nomen substantia exprimit istum modum essendi, qui est per se existere, qui modus non exprimitur hoc nomine ens: ens enim absolute significat quod habet esse; substantia autem significat, quod habet esse per se. Tex. com. 10. Quid nomine entis mobilis intelligatur, quod in philosophia naturali est subiectum.

Sciendum secundo, quod propter penuriam vocabulorum euenit quandoq; quod vno nomine nõ nominamus aliquod inferius, quod tamen vnum est; quia. s. non habemus vnum nomen significans illud inferius: sed nominamus ipsum nomine superioris, & differentiæ contrahentis, sicut si speciei humanæ non esset impositum vnum nomen. s. homo, aut aliquod aliud nomen, ad significandum illam speciem, vteremur istis nominibus, animal rationale, quæ tamen duo nomina significarent vnã naturam. Dicitur itaq; quod per ens mobile intelligit S. Tho. quoddam genus entis contentum sub ente, cuius prius modus essendi est esse mobile, ideſt habere in se principiũ motus, siue esse in potentia ad motum, & terminum motus. Et istud genus entis, nominamus istis duob. nominibus, ens mobile: quia non habemus vnicum nomen significans ipsum. Et per istum modum essendi, qui est esse mobile, distinguitur ab omnib. alijs: vnde mobilitas est differẽtia essentialis prout proprius modus essendi potest dici differentia, per quam illud inferius ad ens, quod vocamus ens mobile; distinguitur a subiecto aliarum scientiarum: sicut si diceremus, quod rõnale est differentia essentialis, p quam animal rõnale distinguitur ab aliis speciebus animalis. Sequitur ex his, q ens mobile non dicit duo. s. aggregatũ ex ente, & mobilitate, quæ sit passio subiecti philosophiæ naturalis: nec dicit quoddã addens ad ens (quod est subiectum metaphysicæ) differentiam accidẽtalem: sicut aliqui falso imponunt sancto doctori; sed dicit vnum quoddã genus entis, cuius differẽtia est mobilitas: quod ideo pluribus nominibus significamus, quia non habemus vnicum nomen ad illud significãdum. Sed ad uertendum, quod ens mobile, & ens naturale, licet forte sint idem, quia & ens naturale est ens habẽs in se principium motus, quo est naturale, sicut & ens mobile: tamen non est idem dicere, ens mobile, siue ens naturale, & corpus mobile, ut quidã dicunt esse de mente S. D. dicentes quod S. Tho. per ens mobile intellexit corpus mobile, nã ens mobile, siue naturale, est superius ad corpus mobile. Diuiditur. n. ens p mobile, & immobile: sub ente mobili aũt continetur non solum corpus mobile, sed & multa alia, quæ mouentur per accidens saltem: vnde stat subiectum alicuius scĩæ esse ens mobile, & tamen corpus mobile non esse subiectum eius.

In qualibet scientia duplex est subiectum, materiale, & formale.

Quantum ad tertium. Sciẽdum primo, quod in qualibet scientia est duplex subiectum, scilicet materiale & formale. Formale est illud, sub cuius rõne omnia considerantur in scientia. Materiale est id, quod consideratur in tali scientia, inquantum participat rationem subiecti formalis: sicut in logica ens rationis est subiectum formale, quia omnia considerantur in logica, inquãtum entia rationis, materiale vero est syllogismus, & alia quæ considerantur in logica.

Subiectũ in scientia habet quod sit res, & hẽt q sit scibile.

Sciendũ secundo, quod subiectũ formale habet, quod sit res talis naturæ, & speciei, s. hominis, aut equi, aut bouis, & habet quod sit subiectũ scibile. Inquantum est talis res, talis spẽi. s. hominis, aut equi, habet vnũ conceptum, & unam rõnem. Inquãtum vero subiectum scientiæ. i. inquantum contentum sub hoc cõmuni, quod dico scibile, habet aliã rationem; sicut in metaphysica, subiectum formale, quod est ens inquantum ens, habet istum conceptum, id quod habet esse; inquantum vero scibile, habet istam rationem, scibile, per medium omnino abstractum a materia, & a motu.

Subiectũ in scientia dẽt habere tres cõditiones.

Sciendum tertio, quod subiectũ formale scientię tres debet habere conditiones. Prima, quod cõtineat sub se omnia considerata in scientia. i. quod de ipsis p̃dicetur siue vniuoce, siue analogice, hoc est de vno in ordine ad aliud; siue in recto, siue in obliquo. 2. quod per ipsum scientia distinguatur ab omnibus aliis scientiis. 3. quod eius cognitio principaliter quæratur in scientia. Istis notatis pronuntur quatuor conclusiones.

Prima est. Corpus mobile non est formale subiectum philosophiæ naturalis. Probatur primo ratione S. Th. quæ talis est. Nulla scientia probat suũ subiectum. Phil. probat omne mobile esse corpus, & omne corpus moueri: ergo &c. Hanc rationem dupliciter intelligere possumus. Primo, vt velit S. Thom. arguere, quod Phil. probet corpus mobile esse, 6. Phys. Tex. 3. Si ꝓpositio.

affirmatiua est vera prædicatum est idem subiecto aliquo mõ,& cõposito ex his esse non repugnat.

esse,& propter hoc non possit esse subiectum:quia nulla scientia probat suum subiectum esse: quod si sic intelligatur,notandũ quod in omni propositione affirmatiua vera, prædicatum est aliquo modo vnum cum subiecto, & composito,ex subiecto, & prædicato,non repugnat esse: vt patet tam in propositionibus de prædicato accidentali,quã in propositionibus de prædicato essentiali; cũ. n. dicitur homo est albus:manifestum est, quod hõ & albus sunt vnum subiecto : similiter cum dicitur homo est rationalis,homo & rationalis, sunt vnum essentialiter:& cõposito,ex homine,& albo, aut ex homine & rationali,nõ repugnat esse. Cum ergo probatur aliquod prædicatum de aliquo subiecto,probatur prædicatum esse vnum cum subiecto,& compositũ ex subiecto & prædicato esse, ideſt sibi non repugnare esse; sicut cũ probatur,quod homo ẽ albus,aut quod homo est risibilis,probatur albũ esse vnũ cũ homine,aut risibile,& quod huic toti homo albus,vel homo risibilis,non repugnat esse. Ex quo arguitur ad consequentiam subintellectam in minori, quod probans prędicatum aliquod de aliquo subiecto,probat prædicatum esse vnũ cum subiecto,& cõpositũ ex subiecto & prædicato non repugnare esse;ergo si Phil.probat mobile de corpore,& econtrario,probat mobile esse vnũ cum corpore,& huic toti,corpus mobile,non repugnare esse:& sic ratio S.D.habet efficaciam. Sed videbitur forte alicui;quod suppositum sit falsum: nam ista est vera, Chimæra est non ens:& tamen compositũ ex subiecto,& prædicato repugnat esse: nam hoc totum chimæra nõ ens:nullo modo potest existere sicut nec chimæra. Respondetur, quod compositũ ex subiecto & prædicato, eo modo conuenit esse,quo modo conuenit subiecto, & prædicato;si subiecto & prædicato conuenit habere esse extra intellectum:eodem modo habere esse extra intellectum conueniet compositũ ex subiecto,& prædicato:sicut quia homini cõuenit esse extra intellectũ, similiter risibili,ideo solum huic toti,homo risibilis,conuenit esse extra intellectum. si vero subiecto, & prædicato conueniat esse solum in intellectu:compositũ etiam cõueniet esse solum in intellectu. Dicitur ergo,quod chimæræ,& non enti conuenit esse tantum in intellectu;ideo cum dicitur chimæra non est ens, dicitur etiam huic compositũ, chimæra est non ens,non repugnare esse in intellectu. Potest secundo sic intelligi ratio S.Thom. Nulla scientia probat suum subiectum de alio subiecto:sed scientia naturalis probat corpus de mobili: ergo corpus non potest esse subiectum in philosophia naturali. Pro cuius intelligentia sciẽdum est, vt ipse 1.Poste.declarat,quod non inconuenit aliquid vnum respectu vnius esse subiectum, & respectu alterius passionem ; superficies enim respectu substantiæ est accidens : respectu autem albedinis est subiectum,& licet ita sit:in scientiis tamẽ oportet esse vnum subiectum primum,quod ita sit subiectum,vt nullo modo sit passio probata de alio in illa scientia,vnde si aliquid probatur de alio, iam non potest habere rationem primi subiecti; si ergo corpus de alio probatur in sciẽtia naturali, & similiter mobile , corpus mobile non potest esse eius primum subiectum,& adæquatum .Si corpus mobile esset subiectum philosophiæ naturalis;sequeretur,quod non existentibus nisi substantiis sensibilibus,philosophia naturalis non esset prima philosophia , sed hoc est contra philosophum sexto, Metaphysicor.&c. Probatur consequentia: non existentibus nisi sensibilibus substantiis, illa esset prima philosophia,quæ esset de priori & communiori subiecto:sed ista esset in mathematica: ergo &c. Probatur minor. Illud est prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia:sed sic est de subiecto mathematicæ,quod est corpus quantum,valet enim corpus mobile est,ergo corpus quantum est,sed non econtra,quia omne corpus mobile est corpus quantum,non autem omne corpus quantum,est corpus mobile;ergo &c.

Tex. cõm.4.

3.Nulla differentia contrahens aliquod commune,est æqualis,aut magis vniuersalis illo communi,sed mobile est vniuersalius , quam corpus, quia etiam forma & accidentia sunt entia mobilia licet per accidens;ergo &c.

4.Illud est subiectum,sub quo continentur omnia considerata in scientia:sed corpus mobile non est tale:considerantur enim in hac res quæ definiũtur cum materia sensibili: huiusmodi autem sunt non solum corpora,sed & formæ substantiales,& accidentales:ergo &c.

2. Conclus.

Ens mobile est subiectum formale adæquatum philosophiæ naturalis.probatur, illud est subiectũ adęquatum in aliqua scĩa , cui primo & per se conuenit passio prima & principalis considerata in illa scientia:sed motus, qui est prima & principalis passio considerata in philosophia naturali,conuenit primo & per se enti mobili:ergo ens mobile est subiectum in philosophia naturali : consequentia nota cum maiori.probatur minor. Illi cõuenit primo,& per se motus , quod ponitur in definitione motus pro subiecto; quia passio definitur per suũ adæquatum subiectum:sed ens mobile ponitur in definitione motus pro subiecto : ergo &c. minor probatur. Definitur enim motus in 3. phy si. quod est actus existentis in potentia.s.ad terminum motus,vel etiam ad motum , vt declarabitur ibidem, sed existens in potentia ad motum , & terminum motus,idem est,quod ens mobile; ergo ens mobile ponitur in definitione motus. Præterea, ista est expresse sententia Philosophi 6.Metaph.vbi dicit quod physica est theorica circa tale ens, quod possibile est moueri,ergo &c.

Tex.6.

Tex.a.

Corpus mobile est principale subiectum materiale philosophiæ naturalis:probatur . Illud quod per prius participat rõnem subiecti formalis scientiæ,est principalius subiectũ materiale illius scĩæ, sicut syllogismus in logica,qui prius participat rõnem entis rationis, est primum subiectum materiale,sed corpus mobile per prius participat rationem entis mobilis , quod est subiectum formale: nam alia non mouentur , nisi quia sunt in corpore mobili:ergo &c. Ex hoc sequitur non esse contradictionẽ in verbis S.Th.vt 1.cæli in procemio, dum aliquando dicit,quod ens mobile est subiectũ, & aliquãdo,quod corpus mobile. Cũ.n.dicit, qđ ens mobile est subiectũ,loquitur de subiecto formali; cum eum aũt dicit,ꝙ corpus mobile est subiectũ, loquitur de primo,& principaliori subiecto materiali.

Tertia conclusio.

Apparens instantia S.T.tollitur cõtradictio.

Subiectum primum scientiæ non põt esse passio probata de alio in illa scĩa.In alias idẽ contingat esse passionẽ, & subiectum. Tex.2.

Cõpositũ esse non repugnat eo modo,quo subiecto & prædicato cõuenit.

Quarta cõc. Ratio formalis subiecti Philosophiæ naturalis inquãtum subiectum,siue inquãtum scibile est, hoc quòd dico scibile per mediũ sumptum a materia sensibili & motu.

Ratio formalis subiecti philosophiæ naturalis, inquantum subiectum,siue inquantum scibile est hoc,ꝙ dico,scibile per medium sumptum à materia sensibili,& motu,probatur. Illa est formalis ratio subiecti philosophiæ naturalis,inquantum subiectum est,per quam distinguitur genere ab aliis scientiis,quia per huiusmodi rationem,scientię genere distinguuntur, sed per dictam rationem philosophia naturalis distinguitur genere ab aliis, nã ideo distinguuntur genere physica,mathematica, & metaphysica,quia physica est de scibili per medium sumptum à materia sensibili & motu, mathematica de scibili per medium sumptum à materia intelligibili non includens materiam sensibilem in sua definitione . metaphysica de scibili per medium omnino abstractum à materia & motu: ergo &c. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo,quòd ens mobile,ꝙ est subiectum philosophiæ naturalis,accipitur vt se extendit non solum ad id,quod est mobile per se,sed etiam ad id ꝙ est mobile per accidens. Dicitur 2. ꝙ non oportet subiectum sciẽtiæ prædicari de omnibus vniuoce,sed sufficit, ꝙ prædicetur secundũ quandam analogiam. Dicitur. 3. ꝙ primus motor non consideratur in hac scientia vt contentũ sub subiecto philosophiæ naturalis,sed tamquam principium,& causa motus in aliis : ideo non oportet, ꝙ sit ens mobile. Dicitur.4. ꝙ licet terra tota non moueatur,eo ꝙ est in suo loco naturali,tamen partes eius mouentur,dum sunt extra proprium locũ, & si poneretur per impossibile , tota extra locum naturalẽ moueretur ad illum. Dicitur 5.quòd anima,& aliæ formæ naturales, licet non moueantur per se,mouentur tamen per accidens : licet etiam non sit ens mobile per se , est tamen forma entis mobilis per se.Sed tunc vnum dubium occurrit.Si enim anima mouetur per accidens:ergo per accidens continetur sub ente mobili, sed hoc non videtur verum,cum Philosophus faciat particularem tractatum de ipsa,ergo &c. Respondetur negando consequentiam;sicut enim non valet , homo albus est ens per accidẽs,ergo sub ente continetur per accidens,ita nõ valet,anima mouetur per accidẽs,ergo cõtinetur per accidens sub ente mobili. Vnde si quæratur,vtrum homo albus sit ens per se,dicitur, quòd potest habere duplicem sensum : vnus est, vtrum sit ens per se , quod diuiditur contra ens per accidens,cum ens diuidatur in ens per se , & in ens per accidens : alius sensus est , vtrum ista propositio sit per se,homo albus est ens: ita quod perseitas ex parte propositionis ; non autem ex parte prædicati accipiatur . si primo modo, sic non est ens per se : si secundo modo , est ens per se id est,illa propositio est per se.ita cum ens mobile diuidatur per ens mobile per se, & ens mobile per accidens . Si quæratur , vtrum anima sit ens mobile per se,respondetur,quòd si perseitas se teneat ex parte prædicati,non est ens mobile per se. si autem se teneat ex parte compositionis propositionis,sic est ens mobile per se.i.ista propositio est per se,anima est ens mobile,cum contineatur sub ente mobili per accidens, quod diuidit ens mobile:diuiditur enim ens mobile in per se mobile & in per accidens mobile.

Anima mouetur per accidens , sub ente mobili tamen non continetur per accidẽs.

Quo formæ dicantur entia mobilia per se.

Ad 2.negatur antecedens. Ad primam probationem dicitur,quod in scĩa naturali considerantur principia,& passiones corporis ; non inquantum principia & passiones corporis, sed inquantũ principia,& passiones entis mobilis:considerat enim scientia naturalis principia corporis mobilis volẽs declarare principia entis mobilis,ꝙa corpus est primũ ens mobile;& principia sua sunt cãæ cuiuslibet alterius entis mobilis,vt declarabitur infe rius:vnde non considerantur illa vt principia corporis mobilis tantum, sed vt principia cuiuslibet entis mobilis:sicut & in metaphysica,vbi considerat de ente,maxima consideratio est de substantia;ꝙa est primum ens:vnde maior sic est intelligẽda:Illud est subiectum formale in scientia ; cuius principia , & passiones considerantur in scientia, inquantum sunt principia eius: & tunc minor est falsa . Ad confirmationem dicitur , quod plurium versatur circa corpora , eo quod corpus est primum subiectum materiale, & circa passiones corporum inquantum sunt passiones entis mobilis . Ad 2. negatur minor . Ad probationem dicitur,quod in 6.phy.probatur omne mobile per se esse corpus:non autem omne mobile,siue per se siue per accidens : motus autem secundum quod est passio considerata in physica;accipitur secundum ꝙ se extendit,tam ad motum per se,quam ad motum per accidens.

Illud est subiectũ scientiæ formale, cuius principia, & passiones considerantur,ꝙa sensus. Text. 32.

Ad 3.principale dicitur quod mobilitas non est passio:sed est formalis differentia subiecti philosophiæ naturalis:motus autem est passio talis subiecti.Sed contra: passio numquam separatur à suo subiecto, sed motus separatur aliquando ab ente mobili,ergo non est eius passio.Respõdetur,quòd duplex est passio,quædam simplex,vt risibilitas,& ista numquam separatur a suo subiecto: alia est disiuncta,sicut par & impar numeri , & talis passio secundum quamlibet partem potest separari a subiecto,tamen semper inest ei sub disiunctione:motus ergo non est passio simplex entis mobilis; sed motus & quies est eius passio disiuncta,vnde tam motus,quam quies potest separari ab ente mobili diuisim:semper tamen insunt enti mobili sub disiunctione. Omne enim ens mobile , aut mouetur, aut quiescit. Sed aduertendum,quòd licet motus, & quies sint passio entis mobilis , tamen dicimus, quòd motus magis est passio entis mobilis , quàm quòd quies sit passio eius,quia motus habet rationem habitus,& quies rationem priuationis: propter quod etiam dicimus ens mobile esse subiectũ, & non ens quiescibile,licet idem,quod est ens mobile,sit etiam ens quiescibile.

Mobilitas ẽ differentia subiecti phi. motus autẽ passio.

Passio quædã simplex, quędam disiuncta.

Quare motus magis entis mobilis passio dicitur, quam quies.

Ad 4.negatur antecedens,ad probationem dicitur,quòd philosophus loquitur de subiecto materiali non autem de formali.

Similiter ad 5. dicitur,quòd commen.loquitur de subiecto materiali.

Ad 6.dicitur,ꝙ consequentia est falsa,ad probationem,minor falsa est, & dicitur primo quòd differentia accidentalis alicuius vniuersalis dicitur,quæ addita vniuersali,non constituit speciem eius,de qua essentialiter prædicetur, sicut si diuidatur

* Differẽtia accidentalis quæ dicatur.

datur animal per album,& nigrũ, album erit differentia accidentalis. non enim constituit speciem animalis. Dicitur secundo,quòd mobilitas nõ est differentia accidentalis entis, addita enim enti cõstituit ens mobile,quod est species entis, vnde licet non prædicetur de ente,tamen ens prædicatur essentialiter de ipsa.

ADDITIO.

In quolibet subiecto duo reperiũtur.

NOTA, quod causa breuitatis Auctor noluit alias opiniones recitare,cum sint multæ aliæ, quã illæ quas narrat in corpore quæstionis, nam cũ in quolibet subiecto, vel obiecto scientiæ duo sint, obiectum videlicet ipsum,& eius ratio formalis, per quam in esse obiectiuo constituitur, de vtroque diuersi mode Philosophi opinati sunt;de subiecto quidem, ali qui corpus,aliqui substantiam,aliqui ens posuerunt: de ratione formali,aliqui dixerunt esse naturale,aliqui mobile,aliqui sensibile,& sic cum tria in seipsa multiplicata in nouem resultent,nouem quoque resultant opiniones.

Tunc Ioannes de magistris, & Paulus Venetus posuerunt corpus naturale.

Magnus Albertus Alemanus, & Romanus Egidius posuerunt corpus mobile.

Franciscus Louanienſis asseruit esse corpus sensibile.

Antonius Andreas,& Ioãnes Canonicus ordinis minorum dixerunt esse substantiam naturalem.

Iandunus q.2.substantiam mobilem.

Caietanus Tienensis Vicentinus voluit substantiam sensibilem esse subiectum.

Quidã Anselmus Papiensis modernus Philosophus asserebat & ens naturale esse subiectum.

Bernardinus Tomitanus Patauinus asserebat aliquando subiectum Philosophiæ naturalis esse ens sensibile.

Opinio cuiusdam Thomistæ.

Quidam vero voluerunt vniuersum ipsum esse adæquatum subiectum,vt Portius Neapolitanus.

Istis tamen non obstantibus Auctor tenet cum D. Thom.qui adæquatum subiectum asserit esse ens mobile.

Nec te moueat quidam Thomista, qui in quodam quæsito suo de subiecto adæquato philosophiæ naturalis asserit idem esse ens mobile,quod corpus mobile, seu naturale, quod expresse aduersatur magistro suo D.Thom.in primo Physic.vbi ait:dico autem ens mobile simpliciter esse subiectum,non autem corpus:mobile,quia omne mobile esse corpus probatur 6. Physic. text.36.sed hic Reuer.cum sit nobilissimo ingenio, & profundissima doctrina insignitus,vidit hanc auctoritatem esse contra suam opinionem,ideo respondet qd littera D.Thom.est vitiata, vt patet ex codice manuscripto in bibliotheca Bononiensi.

Sed pace tanti viri dixerim,hoc nullus bonus Thomista asserere debet,cum antiqua sit hæc contradictio in doctrina S. Thom. & iam sedata, etiam ab Auctore hic:nam licet primo poster.& prim. cœli dixerit D.Thom.corpus mobile esse subiectum, loquitur tamen ibi de subiecto materiali,non autem formali, mirum videtur omnibus,quod omnes libri sint vitiati preter codicem Bononiensem, & ego contraponam antiquum exemplar manuscriptum, quod habetur in Bibliotheca Salernitana,& verum exemplar, in quo reperiuntur eadem verba formalia,quæ habentur in omnibus libris impressis,qui circunferuntur per totum vniuersum.

Secunda responsio,quam ponit etiam impugnatur à Thomistis:ait enim quòd D.Thom.retractauit se, vt patet in procemio libri de cœlo & mundo, vbi docuit subiectum philosophię esse corpus mobile.

Conciliatio diuersorum dictorum D. Thom.

Sed vide quomodo modeste Auctor in 3.conclusione conciliat,asserendo corpus mobile esse subiectum, sed principale,& materiale,& hæc opinio de retractatione fuit cuiusdam Petri Pomponatii Mantuani dicentis,quòd B.Thom.cum esset iuuenis tenuit ens mobile esse subiectum adæquatum philosophiæ naturalis, sed doctior factus in libris de cœlo,correxit seipsum,& posuit corpus mobile, quod tamen est falsissimum, vt ostendunt omnes Thomistæ.

Tertio dicit,quòd Aristot.probauit 6. Physico.omne mobile esse corpus contra Democritum , sed nec ista responsio ostendit corpus mobile , & ens mobile esse vnum,& idem nisi ex parte prædicati, sed non ex parte subiecti,nec ostendit D.Thom.fuisse huius opinionis.

Quarto ait,quòd probatur propositio de 3.adiacente,& non de secundo,puta Aristot.probauit mobilitatem inhærere corpori.

Sed hæc est responsio antiquorum Auerroistarum, quos impugnat Caietan.in aurea sua quęstio.de subiecto,argumento demonstratiuo ni fallor dicens; Nullum coniunctum cuius de omni coniuncto probatur in aliqua scientia,potest esse subiectum adæquatum illius : sed corpus mobile est coniunctum,cuius de omni coniunctio probatur in philosophia naturali, ergo corpus mobile non potest esse subiectum naturalis philosophiæ.

Vide apud Caietan. rationes, quibus mouetur hic Reuer.Pater Vercellen.quas dimitto : quia iam solutæ sunt ab Auctore hic,& à Cai.& à Magistro Chrys.& a Versorio,& à Gratiadæo,in qq.proprijs.

Opinio Fráncisci Toler.

Adest quidam Philosoph.qui astruit opinionem D. Thom.valde probabilem,& amplectendam; probabilius tamen est(ait ipse)non ens mobile , sed ens naturale esse subiectum physicæ ; quia huius opinionis est Auerro.& confirmat quatuor rationibus ; quarum prima est,illud est subiectum, quod cum passionibus non facit prædicationes ridiculas,& fere identicas; sed tale est ens naturale ;non autem ens mobile, nam dices bene ens naturale,est ens mobile,& mouetur: sed quis dicit ens mobile mouetur,seu ens mobile, est mobile; & sic per istam rationem reddit opinionem D.Thom. non probabilem,quam tamen prius dixerat esse probabilem;cum opinionem super identicis fundatam propositionibus,probabilem non esse constet, nam quomodocumque capiatur ly mobile,nunquam facit propositionem identicam,& primo si capitur pro ratione formali,vt dicunt Thomistæ,non potest facere propositionem ridiculam,sed sicuti ista non est ridicula, homo est rationalis,ita nec ista ens mobile est aptum,natum moueri;quia differentia formalis, siue ratio formalis distinguitur ab eo cuius est ratio formalis, saltem ex parte nostra , si etiam mobile capitur pro passione, cum apud D. Thom. passio distinguatur a subiecto, non poterit etiam facere propositiones identicas, & Auerr.est contra ipsum,quoniam 3.Metaph.& 4.Metaph.comm.1.semper concordat cum D.Thom. quòd ens mobile est subiectum.

Defenditur opinio D. Thom.

Secundo arguit . Subiectum clarius debet exprimere radicem passionum , sed ens naturale clarius exprimit

exprimit radicem passionum:nam natura est principium motus :ens naturale est,quod habet principium motus:Ad quam respondentes inficiamur minorem propositionem:quia clarius & tutius ponitur ens mobile,quam ens naturale:quia supposito ente naturali adhuc non sumus liberi ab opinione Parmenidis,& Melissi negantium ens mobile, & concedentium ens naturale : propterea Philosophus primo huius tex. 11.contra ipsos dixit,supponantur nobis omnia,aut quædam entia moueri,ic circo clarius ens mobile exprimit radicem passionum,quam ens naturale : quia passiones istæ sunt mobilitas,& transmutabilitas.

Arguit & tertio,quia ens mobile est multiplex, & æquiuocatio parit obscuritatem, cum aliquãdo capiatur pro passione,aliquãdo pro principio passionis,ad quod dicimus , quod licet mobile sit nomen æquiuocum ad aptitudinem ad motũ, ad fundamentũ illius aptitudinis,sicut risibile significat aptitudinem,& rationalitatem,quæ est eius fundamentum:tñ in præsenti quæsito capitur pro ratione,seu differentia essentiali, vt ait Auctor in secundo notabili,idcirco non facit æquiuocationem , & hoc factum est propter penuriam vocabulorum.

Vltimo arguit , quia ens mobile non exprimit principium quietis,quod tamẽ facit ens naturale, hanc rationem soluit Auctor in responsione ad secundum,quòd motus habet rationem habitus, & quies priuationis,vnde D.Tho. 2. physic. lectione 1.ait,quod aptum est moueri ad locum quiescit in loco, ꝓpterea si ens mobile exprimit principium motus,exprimit quoq; principium quietis , restat vt omni ex parte sit amplectenda opinio vera Thomistarum declarata hic ab Auctore,& non imaginatio hominum in aere loquentium, quibus dicere potes,ens naturale est subiectũ in philosophia , & cum hoc distinguatur contra ens artificiale , vt scribitur 2.Physic.tex. 1. ergo non artificiale erit subiectum naturalis philosophiæ: ergo Deus q̃ est ens non artificiale:tum etiam,quia nec ens naturale,nec corpus mobile & sensibile,nec substãtia naturalis,nec mobilis,aut sẽsibilis verificatur de materia,& forma:sed tantum ens mobile: igitur tantum hoc,& nullum illorum erit subiectum: consequentia probatur.quia subiectum debet verificari de omnibus consideratis in scientia:antecedens ꝓbatur:quia materia est ens mobile subiectiue , & forma est mobile terminatiue , sed neutra est ens naturale:sed vtraque est natura & principium entis naturalis 2.Physi.tex.4.similiter neutra est sensibilis nisi forte accidentalis forma , sed vtraque pars est principiũ entis sensibilis,ergo & ista ratio efficax satis videtur,q̃ sic breuiter potest colligi: q̃ habet directam & consequenter veriorem prædicationem de partibus sui:cõuenientius assignatur obiectum in habitu illa talia contemplante , sed ens mobile,& non ens naturale,aut sensibile , aut corpus naturale,mobile,sensibile,substantia naturalis,mobilis,sensibilis,aut vniuersum,habet directam,& veriorem prædicationem de partib. suis, ergo ens mobile est obiectum in habitu.s.in philosophia hæc omnia contemplante , & non aliquod aliorum prænominatorum. Perpende dictum Alberti 1.phy sic.c.6.ponentis triplex corpus physicum,mathematicum,& metaphysicum.

Pulchra rõ.

Perspice vniuersalẽ doctrinam de subiecto scié tiarum.

Vide distinctionem illam, & vtere ea de triplici subiecto.s.primo primitate intentionis,& hoc dicimus in philosophia naturali esse primum motorẽ, in metaphysica genus abstractorum, in theologia Deum optimum maximum,in logica demonstrationem:& primo primitate adæquationis, & hoc est ens mobile simpliciter in philosophia naturali:in metaphysica ens inquantum ens commune Deo & creaturis,enti reali,& rationis,entis per se, & per accidens,vt ostendimus in quæstionibus nostris metaphysicalibus: in theologia erit ens habitum per cõmunem spirationem, vt docuit D. Th. in prologo 1.sent.& sic non aduersatur sibi in 1.p. q.1.art.1.vbi ponit Deum,quia ibi loquitur de subiecto primo primitate intentionis : in logica hoc tale subiectum primum primitate adæquationis est ens rationis,vt scripsit D.Th.& in prologo primi perihermenias,& primi post.& primo primitate attributionis,& hoc dicimus esse corpus mobile in philosophia naturali, in metaphysica substantiam ipsam,vt dixit Alex.7.diuinorum ad principium,in Theologia Christus Saluator noster,in logica syllogismus,siue argumentatio ipsa.

QVAESTIO III.

Vtrum vniuersalia sint magis nota nobis,quam singularia.

Vnde ex vniuersalibus ad singularia,&c. Tex.III.

QVÆRITVR tertio vtrum vniuersalia sint magis nota nobis , quam singularia,& videtur,quod non.

Tex.3.

Primo,philosophus. 1.Poster.dicit, singularia esse magis nota nobis: ergo non vniuersalia.Secundo, illud est magis notũ nobis,cuius species primo imprimitur intellectui, sed species naturarum specificarum primo imprimuntur intellectui: ergo naturæ specificæ sunt magis notæ nobis,quam magis vniuersalia. minor ꝓbatur,quia eisdem respõdent species in intellectu nostro,quibus respondent ideæ Platonis: sed ideæ Platonis respondent naturis specificis , quia Plato nõ posuit ideas generum:ergo.Tertio,causa naturalis nõ impedita agit ad perfectissimum effectũ, in quem potest: quia agit secundum totum suum posse,sed omnes causæ concurrẽtes ad actũ intelligendi,sunt naturales, ergo agunt in perfectissimũ conceptum,in quẽ possunt,sed perfectissimus conceptus est conceptus specici specialissimæ,ergo cõceptus speciei specialissimæ,prius cadit in intellectu,quam conceptus communioris.Quarto,secundum Auic.est vltima ordine doctrinæ: ergo principia aliarum scientiarum , & termini eorum prius cõcipiuntur,quam principia , & termini metaphysicales,sed termini aliarum scientiarum, sunt minus vniuersales terminis metapysicæ,cum illa cõsideret terminos vniuersalissimos:ergo minus vniuersalia prius cognoscuntur.Quinto, Illo dato sequeretur,q̃ posito sensu in actu respectu vnius singularis,

Au.c. 1. me tap.e.13.

gularis,& intellectu soluto, oporteret expendere multum temporis, antequam cõciperetur species illius singularis: quia prius oporteret intelligere omnia prædicata communia dicta in quid de illa specie,quam ipsa concipi posset. Respondeo.

In ista quæstione tria sunt facienda. Primo, declarabitur titulus quæstionis. Secundo,adducetur opin. Scot. Tertio,declarabitur opi. S. D. & ostendetur in quibus differant Sco. & S. Tho.

Quantum ad primum sciendũ primo, ꝙ vniuersale potest accipi dupliciter. Vno modo ꝓ natura secundum se considerata, cui attribuitur intentio vniuersalitatis, ſ. pro ista natura animal,planta, & huiusmodi: alio modo ꝓ natura, vt subsłat intẽtioni vniuersalitatis. ver. grat. pro animali, vt subsłat intentioni generis. Nõ intendimus hic de vniuersali sẽdo modo: quia vt dicit 1. de anima. tex. com. 8. vniuersale sic sumptũ, aut nihil est, aut posterius est, sed loquimur de vniuersali primo mõ. Sciendũ 2. ꝙ vt dicit Philosophus hoc loco tex. com. 1. non sunt eadem magis nota nobis,& naturæ. Nã magis nota naturæ dicuntur ea, q̃ secundum naturam suam sunt magis cognoscibilia, ista autẽ sunt quæ magis habẽt de entitate, ſ. quę sunt magis in actu, vtpote magis remota a potẽtialitate, vnde subsłãtiæ separatæ sunt maxime intellectuales, quia maxime sunt in actu. Magis autem nota nobis sunt, q̃ prius cognoscuntur à nobis, siue sensu, siue intellectu. Sciẽdum; ꝙ singulare potest accipi dupliciter, vno modo absolute. ſ. pro indiuiduo non prædicabili de inferiori, sicut est Sortes, alio modo compatiue, ſ. pro minus vniuersali, sicut homo potest dici singulare respectu animalis. ſ. minus vniuersale. vtroq; modo accipitur singulare in quæstione. est ergo sensus quæstionis, vtrum naturæ vniuersales prius cognoscãtur a nobis, q̃ singulares, siue comparemus vniuersale ad singulare simpliciter, siue magis vniuersale ad minus vniuersale: non intendo autẽ hic quærere an intellectus noster primo, & directe cognoscat singularia; sed suppono intellectum primo intelligere vniuersalia, vt verius est.

Sensus tituli quæstionis.

Quantum ad 2. Scotus ponit qd circa hanc difficultatem sentiat. Pro cuius positione notandũ primo, quod triplex est cognitio secundum eum ibidẽ, ſ. actualis, habitualis, & virtualis, actualis est, q̃n intellectus exit in actum, respectu alicuius obiecti, sicut cũ actualiter intelligit hominem, habitualis est, quando obiectum sic est præsens intellectui in ratione intelligibilis actu, vt intellectus statim possit habere actũ elicitum circa illud obiectum, sicut cum homo habet in intellectu speciem lapidis, per q̃ frequenter considerat naturam lapidis, dum actualiter non considerat, habet notitiam lapidis habitualem, qa statim potest cognoscere lapidem: virtualis est, quãdo aliquid intelligitur in aliquo, vt pars intellecti primi, non aũt vt primum, aut tale intellectum, sicut cum intelligitur hõ, intelligitur animal in homine, vt pars primi intellecti. Notandum 2. vt ẽt ibidem dicit, ꝙ aliud est confuse intelligere, & aliud intelligere confusum, confusum enim idem est, quod indistinctum, confuse aũt cognoscere, est cognoscere, vt exprimitur per nomẽ, cognoscere autẽ distincte, est cognoscere, vt ex primitur per diffinitionem, q̃cunq; ergo cognoscitur indistinctum, cognoscitur confusum, quocum que cognoscatur, sed cognoscere indistinctũ cõfuse, est cognoscere ipsum, vt per nomẽ exprimitur.

1. sent. di. 3. q. 2. Sco. hãc tractat quæstionem.

Positio Scoti ibidem.

Dicit ergo primo, loquendo de cognitione cõfusa actuali; quod primum cognitum est species specialissima: cuius singulare efficacius,& fortius primo mouet sensum: quod probat trib. rationib. positis in obijcendo. Dicit 2. ꝙ prius cognitum cognitione distincta actuali est vniuersalius. Dicit 3. ꝙ totus ordo confuse concipiendi, est prior toto ordine distincte concipiendi, prius enim cognoscitur aliquid confuse, quam distincte, vnde primum cognitum cõfuse, est simpliciter primum in cognitione nostra. Dicit 4. ꝙ vniuersaliora sunt prius cognita nobis, ordine generationis cognitione habituali,& virtuali, sicut enim si plures formæ informẽt vnam materiam, prius informat imperfectior forma: sicut si in vna materia sit forma subsłãtiæ, corporis,& animalis, prius informabit forma subsłantiæ, quam forma corporis; & forma corporis, quã forma animalis; ita si vna forma contineat virtualiter istas formas, prius informabit sub ratione formæ imperfectioris, sub ratione. ſ. subsłantiæ, quam sub ratione formæ perfectioris. ſ. corporis, aut animalis: ita est in cõceptib. intellectus, imperfectior enim conceptus, natus est prius perficere intellectum; sicut conceptus corporis prius, quam conceptus animalis: & si vnus conceptus includat plures, prius natus est perficere sub ratione cõceptus imperfectioris, quam sub ratione conceptus perfectioris sicut si conceptus hominis includat virtualiter conceptum corporis & animalis, prius perficiet intellectum sub ratione conceptus corporis, quam sub ratione conceptus animalis, & sic de alijs. Quantum ad 3. Sciendum primo, ꝙ vniuersale potest dupliciter cognosci. ſ. quantum ad simplicem operationem intellectus, qua cognoscitur, q̃d quid est, & quantum ad inuestigationem naturalium passionum eius, sicut animal potest cognosci simplici apprehensione. ſ. dum cognoscitur, quod quid est eius, & potest cognosci quantum ad proprietates eius, inuestigãdo q̃ sint proprietates aĩalis, & q̃ principia. Possumus ergo loqui de cognitione vniuersalis, quæ habetur per simplicem operationem intellectus, & de cognitione eius, quæ habetur per discursum, inuestigando principia, & ꝓprietates eius. Sciendum 2. ꝙ vniuersale est quoddam totum essentiale, siue definibile, & est totum vniuersale. Est totum definibile in ordine ad superiora definientia ipsum, est totum vniuersale secũdum ordinem ad inferiora, de quibus prædicatur. vtroq; autem modo potest dupliciter cognosci. ſ. confuse & distincte. cognoscitur confuse, inquantũ totum essentiale, q̃n cognoscitur ipsum vniuersale, secundum quod exprimitur per nomen, nõ resoluẽdo in omnes partes definitionis, sicut nec nomen distincte partes definitionis exprimit: cognoscitur autem distincte, quando cognoscitur resoluendo ipsum in suas partes definitiuas, genera, ſ. & differentias ipsius constitutiuas. Inquantum vero est totum vniuersale, cognoscitur confuse, quãdo cognoscitur ipsum, non cognoscendo omnes partes eius subiectiuas: cognoscitur distincte, quãdo cognoscitur, cognoscendo omnes partes eius subie-

Vniuersale dupliciter cognosci põt quantum ad simplicẽ operationem, & quantum ad inuestigationem.

Duplex cognitio, cõfusa. ſ. & distincta.

subiectiuas, sicut hoc vniuersale, quod est animal cognoscitur confuse, inquantum totum essentiale, quando cognoscitur secundum ꝙ exprimitur hoc nomine animal. ſ. non resoluendo in principia definientia: cognoscitur autem distincte, quando cognoscitur, vt exprimitur per suam definitionẽ, quę est, subsłantia animata sensibilis, tunc. n. cognoscũtur principia definientia. Sed inquantum est totũ vniuersale cognoscitur confuse, quando cognoscitur non cognoscendo omnes species animalis, cognoscitur autem distincte, quando cognoscuntur omnes species eius. Ex quibus patet, ꝙ cognitio distincta vniuersalis, inquantum est totum essentiale, stat cum cognitione confusa ipsius, inquantum est totum vniuersale, stat enim, ꝙ cognoscam animal, inquãtum est subsłantia animata sensibilis, q̃ est cognitio distincta ipsius, inquantum est totum essentiale, & non cognoscam omnes species eius, quod est cognoscere animal confuse, inquantum est totum vniuersale. Ponuntur itaque quinque cõclusiones, quarum prima est. Quantum ad simplicem apprehensionem intellectus, inter magis vniuersale, & minus vniuersale non est ordo essentialis, quantum ad cognitionem confusam, inquantũ vnũquodque est totum essentiale, nisi forte loquamur de ente, ꝙ propter suam vniuersalitatem maximã, est primũ, quod cadit in intellectu. Probat. Illa inter quæ est essentialis ordo, vnum dependet ab altero de necessitate, sicut inter causam primã & secundam est talis ordo, quod secunda de necessitate dependet à prima in causando, sed cõceptus confusus minus communis, non dependet necessario à conceptu confuso magis communi, nec e contrario. Constat enim quod rusticus apprehendit conceptum confusum hominis, non apprehendendo conceptum confusum animalis: immò inconueniens iudicat hominem esse animal. Similiter animal apprehendit, non apprehendendo aliquam speciem: ergo inter magis commune, & minus commune, quantum ad conceptus confusos, non est ordo originis essentialis.

Prima Conclusio.

Quantum ad simplicem apprehensionem intellectus, magis vniuersale in quantum totum essentiale, est prius cognitum, quo ad nos, minus vniuersali, cognitione distincta. probatur dupliciter. Primo. Definitum non potest distincte cognosci, nisi prius cognitis distincte partibus definitionis, eo quod loco termini definientis, licet ponere suam definitionem, vt dicitur. 7. Meta. sed magis vniuersale est pars definitionis minus vniuersalis; sicut animal hominis: ergo non potest cognosci minus vniuersale distincte, nisi prius cognito distincte magis vniuersali. 2. Procedens de potentia in actum, prius peruenit ad actum imperfectum, quã ad actum perfectum: sed intellectus noster in cognoscendo exit de potentia in actum, quia primo est in potentia ad intelligendum, & est sicut tabula, in qua nihil est descriptum, vt dicitur 3. de anima. postea fit actu intelligens: ergo prius peruenit ad cognitionem imperfectam, quam ad cognitionem perfectam, sed cognitio magis vniuersalis est imperfecta, & cognitio minus vniuersalis perfecta, eo quod est magis determinata: ergo intellectus noster prius ad cognoscendum magis vniuersale peruenit; quam ad cognoscendum minus vniuersale. Sed videtur ista ratio quæ est. S. T. non concludere. Maior enim videtur esse falsa, aer enim non prius recipit imperfectum lumen quam perfectum, cum simul & in eodem instanti, totum lumen recipiat. ergo non omne quod procedit de potentia ad actum prius peruenit ad actum imperfectum, quam ad perfectum. Respondetur primo, ꝙ maior illa habet veritatẽ de eo, quod recipit plures actus, quorum vnus est alio perfectior, modo non sic est de aere, quia aer non recipit aliud lumen, intellectus autem procedes de potentia ad actum, recipit diuersas cognitiones, quarum vna est altera imperfectior, ideo non est simile de aere, & intellectu. Respondetur 2. ꝙ maior habet veritatem de eo, quod successiue exit de potentia ad actum, quod significat verbum procedere, aer autem nõ successiue recipit lumen, sed in instanti, sed bene intellectus successiue intelligit, cum non omnia simul intelligat: ideo instantia nulla est. Sed contra istam secundam conclusionem, videtur esse expressa mens Philo. Volens. n. ostendere modum inuestigandi ꝙ quid est, inquit. Facilius est enim singulare definire, quàm vniuersale: vnde oportet ex singularibus in vniuersalia ascendere. Respondent quidã, & dicunt primo: quod si loquamur secundum ordinem naturæ, & doctrinæ ſm se oportet ab vniuersalib. inchoare, & sic intellexit Phil. hoc loco, sed si loquamur secundum ordinem nostræ inuestigationis, sic oportet à minus vniuersalibus, ad magis vniuersalia ascendere, & hoc modo locutus est Phil. Dicũt 2. ꝙ facilius est definire minus commune formaliter sumptum. ſ. quantum ad suam formalem differentiam, quam magis commune. Sed ista responsio satisfacere non videtur. Primum enim dictum est directe contra mentem Philosо. Distinguens enim notiora secundum naturam ab his, quæ nobis notiora sunt concludit, ꝙ quia innata est nobis via procedendi a notioribus nobis ad notiora secũdum naturam, ideo oportet ab vniuersalibus ad singularia procedere. Secundum etiam videtur repugnare doctrinæ S. Th. tum quia vbique ponit, ꝙ differentię rerum sunt nobis ignotæ, quod etiam 2. Poste. in expositione tex. 17. ostendit, tum quia intellectus noster secundum ipsum procedit de potentia ad actum, & ideo prius cognoscit confusum, quã determinatum, constat autem secundum doctrinam eius, quod genus dicit quid indeterminatum, differentia autem aliquid determinatum, & dico vt formaliter distinguũtur, vt patet 1. par. Propter quod aliter dicendum est. Dicitur enim primo, ꝙ aliud est inuestigare definitionem alicuius rei secundum se, aliud inuestigare ipsam esse verã eius definitionem, sicut aliud est demonstrare simpliciter definitionẽ de aliquo definito, quia hoc possibile est, secundum mentem Phil. dum vna definitio per aliam demonstratur, aliud demonstrare ipsam esse definitionẽ eius, quod philosophus reputat impossibile. Dicitur 2. ꝙ Phil. dum tradit secundum modum inuestigandi, quod quid est, per viam. ſ. dissimilitudinis,& similitudinis, tradit modum inuestigandi ꝙ quid est, non simpliciter, sed inquantum quod quid est alicuius, quod apparet, quia

2. conclusio. Quãtum ad simplicẽ apprehensionẽ intellectus, magis vniuersale, inq̃tum totum essentiale est prius cognitum, quoad nos minus vlt. cognitione distincta. Tex. 18.

Tex. 14.

1. par. q. 85. art. 3.

Procedens de potentia ad actum prius peruenit ad actũ imperfectũ quam perfectum, dupliciter verificatur.

2. Poste. tex. 22.

1. par. q. 50 ar. 4.

1. Poste. tex.

2. post. tex. 3 & seq. vsq. ad 9.

2. post. tex. 22.

quia postquam ostendit, quod non potest quod quid est demonstrari, statim ostendit, quomodo inuestigari possit, dans intelligere, quòd quamuis non possit demonstrari, quod quid est alicuius, esse quòd quid est eius, non tamen tollitur omnis via inuestigandi, quomodo aliquid sit quod quid est eius cuius est. Dicitur 3. quòd in huiusmodi inuestigatione à minus vniuersalibus est incipiẽdum, eo quòd in illis magis apparet vnitas definiti, ex eo enim, quòd cognoscimus in huius, atque in illius, & vniuersaliter in omnium specierum animalis definitione, inquantum animalia sunt, ponit sub stantiam animatam sensibilem, deprehendimus animal esse omnium ipsarum genus, eiusque definitionem esse substantia animata sensibilis, cum hoc tamen stat, quòd ratio, & conceptus magis vniuersalis, sit simpliciter facilioris cognitionis, ideo Philosoph. sibi nullo modo contradicit.

Tertia conclusio est. Magis vniuersale, inquantum totum vniuersale, est prius notum nobis cognitione confusa, quam minus vniuersale sub ipso contentum, cognitione distincta. Probatur dupliciter. primo. Prius cognoscitur aliquid cognitione confusa, quam cognitione distincta 1. physico. sed cum cognoscitur magis vniuersale, sine cognitione specierum, cognoscitur cognitione cõfusa, cum autem cognoscuntur suæ species, cognoscitur cognitione distincta, ergo prius cognoscitur magis uniuersale sine cognitione specierum, quam cognoscantur species, ergo prius cognoscitur magis uniuersale confuse, quam minus uniuersale distincte. 2. Prius cognoscitur distincte magis uniuersale, inquantum totum essentiale, q̃ minus uniuersale, sed cognitio distincta magis vniuersalis, inquantũ totum essentiale, est cognitio confusa ipsius, inquantum est totum vniuersale, ergo prius cognoscitur confuse magis vniuersale, q̃ minus vniuersale distincte. Vbi notandum est, q̃ aliud est cognoscere vniuersale, & aliud cognoscere aliquid in vniuersali, cognoscere vniuersale est cognoscere illam naturam quæ multis communis est: & hæc confuse cognosci potest, & distincte: sed cognoscere aliqd in vniuersali est cognoscere vniuersalem eius naturam in qua ipsum cum aliis cõuenit, quia enim in vniuersali continentur particularia potentialiter, ideo cognoscens vniuersale, cognoscit etiam potentialiter, & secundum quid particularia. Vnde id, quod in vniuersali cognoscitur, confuse tantummodo cognoscitur. Propter quod non dicit S.D. 1. parte, quòd cognoscere vniuersale; sit cognoscere indistincte, sed quòd cognoscere aliquid in vniuersali (quod est cognoscere vniuersale confuse, inquantum vniuersale) est indistincte cognoscere. Istæ duæ conclusiones videntur hoc loco intentæ à Philoso. vt apud Simpliciũ constat. 1.par.q. 85. art.3.

Sed circa prædicta dubiũ à Simplicio motũ occurrit. Si enim vniuersaliora magis non sunt quo ad nos, minus vero nota natura, vt vult Philosoph. sequit, q̃ magis vniuersalia sint ẽt posteriora natura. nã ex oppositõ cõsequentis, infert oppositũ antecedentis, sequitur enim, non sunt posteriora natura, ergo non sunt minus nota natura, sed vniuersalia sunt priora natura, non aũt posteriora, nam illud dicitur prius natura, quo remoto alterũ remouetur, & non econtra, constat autem, quod remoto vniuersaliori, remouetur minus vniuersale, non autem econtra, ergo &c.

Respondet Alexander Aphrodisæus, q̃ dupliciter dicitur aliquid prius altero natura, vno mõ proprie, alio modo improprie: si loquamur de eo, qd̃ est ꝓprie prius, sic dicitur, q̃ vniuersale nõ est pri' natura, sic enim sola substantia, s. determinata per se subsistens primi rationẽ habet, vnde conceditur consequentia, & negatur falsitas consequentis. ad cuius probationem dicitur, quòd licet vniuersale sit illo mõ prius. s. quia eo remoto, remouetur inferius, & non econtrario, illud tamen non dicitur ꝓprie prius: si vero loquamur de eo, quòd est impropriè prius, sic cõceditur, quod vniuersale est prius natura. vnde negatur cõsequentia, stat enim, quod vniuersale sit hoc modo prius, non autẽ posterius, tamen sit minus, siue posterius notum natura, nã cognitio alicuius per communia, est posterior natura, cognitione eius per propria, quia priora, & prima in vnoquoque sunt ea, quę propriam naturam demonstrant.

Contra hanc autem respõsionem instat Simplicius, inquiens mirum esse, qũo q̃ est natura prius, proprie prius non sit. Ideo ipse aliter respondet, dicitque, quòd vniuersalia de quibus hoc loco loquitur Aris. sunt vniuersalia per abstractionem a suis inferiorib. considerata, quæ suis inferioribus, gẽpe ratione posteriora sunt, tanquam quædam nudæ proprietates acceptæ: non autem tamquam particularium completiones: ideo negat, q̃ huiusmodi vniuersalia natura priora sint; & consequenter falsum esse, quòd remoto vniuersali sic sumpto, remoueatur inferius, & non econtra: immo dicit ea posteriora natura esse, priora vero quo ad nos: quemadmodum composito elemẽta natura priora sunt, & partes toto: ipsum autem compositum quo ad nos est prius elementis, & totum partibus.

Sed ista respõsio non videtur satisfacere, tum quia non loquimur hic de vniuersali, sub intentione vniuersalitatis per abstractionem considerato, de quo inquit Aris. 1. de anima, q̃ aut nihil est, aut posterius est: tum quia vniuersale sic considerat̃, non est prius cognitum, quo ad nos: sed præsupponit inferiorum cognitionem, de quibus cognoscitur vniuersaliter prædicari, neque enim cognoscere possum, quòd animal de homine, & equo tam q̃ de pluribus specie differentibus prædicetur nisi prius hominem, & equum differre inter se specie, & sub animali contineri cognoscam. Text.8. q.85.arti.5.

Propter quod videtur mihi ad mentem S.T. & in expositione literæ, & in 1.par. primo dicendum, q̃ duplex est ordo naturę: vnus secundum viam generationis: alius secũdum viam perfectionis, & intentionis naturæ. si loquamur secundum viam generationis, sic vniuersale est prius natura: & est illa proprietas, de qua dicitur in argumẽto, q̃ eo remoto remouetur inferius, & non econtra: sed tunc falsum est, q̃ prius natura sit notius secundum naturam, & posterius natura sit natura ignotius, aut econuerso: vnde negatur consequentia assumptæ. Ad cuius probationem negatur, q̃ ex oppositõ cõsequentis

Ordo naturę duplex.
Vniuersale magis est prius natura ordine generationis minus vniuersali: qd̃ tamen est prio natura ordine perfectionis ipso magis vniuersali.

sequentis oppositum antecedentis inferatur: immo ista stant simul: vniuersalia non sunt posteriora natura, secundum. s. viam generationis, sed priora: & ipsa sunt minus nota natura. si vero loquamur secundum viam perfectionis, sic vniuersalia non sunt priora natura, sed posteriora, & sic negatur falsitas consequentis. ad cuius probationem dicitur, q̃ illa descriptio prioris natura, datur de prio ri secundum viam generationis, nõ autem de prio ri secundum viam perfectionis.

Magis vniuersalia quãtum ad inuestigationem naturalium passionum, & cãrũ sunt minus & posterius nota nobis quam minus vniuersalia.

4. Conclusio, quæ est de mente S. Thom. in expositione procemii Metap. est ista. Magis vniuersalia quantum ad inuestigationem naturalium passionum, & cãrum, sunt minus vniuersalia minus enim notum est nobis quæ sibi in vniuersali, tamquam consequentia totum genus, conueniunt, quam quæ sint principia, & passiones hominis. Probatur. Illud ex quo intellectus deuenit in cognitionem alterius est prius notum eo: sed ex cognitione causarũ & principiorum, & passionum minus communis deuenimus in cognitionem magis cõmunis: ergo minus commune est magis notum: ergo magis cõmune minus notũ. Ex proprietatibus. n. & principiis hominis, & equi, & aliarum specierũ animalis deuenitur in cognitionem proprietatũ animalis.

Sed contra istam conclusionem arguitur: quia Phil. ex hoc, quod vniuersalia sunt magis nota nobis concludit oportere in philosophia naturali de magis vniuersalibus prius determinare: vnde in libro Phys. de his incipit determinare: sed de his non solum quantum ad quod quid est: sed etiam quantum ad inuestigationem prlncipiorum, & passionum eorum: ergo quantum ad inuestigationem principiorum, & passionũ, magis vniuersalia sunt prius nota nobis.

Respondetur, quod licet quantum ad inuestigationem naturalium proprietatum, & principiorũ, magis vniuersalia sint posterius nota nobis, tamen Philo. in libro Physic. determinat de his: quia illis vtitur ad aliorum notificationem, ne oporteat ea multoties pertractare: cum enim secundum primam operationem intellectus, magis vniuersalia prius cognoscãtur, propter hoc oportet de ipsis determinare, ne oporteat facere alium tractatum. Inuestigat etiam principia & passiones eius eo modò, quo potest.

Vniuersalia posterius cognoscuntur, quam singularia absolute.

5. Conclusio est, vniuersalia posterius cognoscũtur, quam singularia absolute. Probatur. Qualis est comparatio intellectus ad sensum, talis est comparatio vniuersalis ad singulare, quia vniuersale cognoscitur intellectu, singulare autem sensu sed cognitio intellectiua est posterior cognitione sensitiua, tamquam ab ea causata: ergo vniuersale est posterius singulari, quo ad nos.

In quo Scotus cũ Thomistis cõueniat: & in quo discõueniat.

Ex istis sequitur, quod non discordat positio nostra a positione Scoti: nisi in hoc, quod Scotus ponit speciem specialissimam, inquantum quoddam totum essentiale, esse primum cognitum cognitione confusa: nos autem inter huiusmodi cognitiones confusas nullum ponimus essentialem ordinẽ, nisi inter ens, & alia vniuersalia. vnde S. Th. videns inter huiusmodi notitias confusas non esse ordinẽ, in expositione libri Physico. in procemio, & in prima. part. vbi maxime loquitur de ista materia, cõparat magis vniuersale, inquantum totum essentiale ad minus vniuersale, quantum ad cognitionem distinctam, & magis vniuersale, inquantum totum vniuersale, ad minus vniuersale, quantũ ad cognitionem confusam magis vniuersalis, & distinctam minus vniuersalis, nunquam faciendo mentionem de tali cognitione confusa totius essentialis, in comparatione ad aliud totum. q.85.arti.3.

Sed cum ostensum sit, q̃ magis vniuersalia secũdum mentem S. Tho. sunt prius nota quo ad nos, remanet dubium, de qua prioritate intelligatur: an scilicet de prioritate temporis: an de prioritate dependentiæ, ita scilicet, quod non prius tempore cognoscatur animal, quã hõ, sed tamẽ cognitio hominis præsupponit cognitionẽ aĩalis, quia non põt esse sine illa: sicut licet homo, & risibile simul sint tẽpore: tamen risibile dependet ab homine.

Magis vniuersale est prius notum nobis priori tate temporis.

Ad hoc respondetur quantum mihi videtur, licet aliqui aliter teneant, quod Sã. Tho. loquitur de prioritate temporis. Ostenditur primo, quia pro ratione assumit, quod omne quod procedit de potentia ad actum, prius peruenit ad actum imperfectum, quam ad actum perfectũ: & dat exemplũ de generatione, quia prius generatur viuens quã animal, & animal quam homo: constat autem, quod prius tempore aliquid peruenit ad actum imperfectum, quam ad perfectum, & aliquid est prius tempore viuens, quã & animal & quã homo, ergo &c.

Præterea. Illud declarat S. Thom. Aris. sequens per similitudinem in sensu, quia cum aliquid videtur a remotis, prius deprehenditur esse corpus, quã animal, & animal quam homo, constat autem ibi esse prioritatem temporis, ergo &c.

Præterea, ad hoc sunt expresse verba S. Tho. 1. par. vbi sic dicit. Duplex est ordo naturæ, vnus secundum viam generationis, & temporis, secũdum quam uiam ea quæ sunt imperfecta, & in potentia sunt priora, & hoc modo magis cõmune est prius secundum naturam &c. In 1. autem phys. comparat generationem scientiæ generationi naturali, ergo &c. Quæst.85. art.3.ad 3. In procemio

Præterea tã ex respõsione ad dubiũ, quam ex respõsionibus ad argumenta in loco prælegato apparet, q̃ S. Tho. loquitur de prioritate temporis.

Sed contra hoc arguitur, quia sicut est in incõplexis, ita & in complexis, sed apparet, q̃ non oportet prius tempore cognoscere primas propositiones, quam alias, alioquin prius oporteret addiscere metaphysicam, quam alias scientias, cum ad illam huiusmodi propositiones pertineant, ergo &c.

Sine primarum notitia propositionum, aliq̃ fecte cognosci non possunt.

Respondetur & dicitur primo, quod nullus potest perfecte, & scientifice cognoscere alias propositiones, nisi prius cognoscat primas, licet possit eas aliqualiter cognoscere, non prius cognitis primis, vnde & dicit. 1. Post. quod maior propositio prius tempore cognoscitur conclusione. Similiter Euclides præmittit suæ geometriæ propositiones per se notas, tamquam prius tempore cognoscibiles.

Dicitur 2. quod non oportet propter hoc metaphysicam prius acquiri, quia licet metaphysica de ipsis determinet disputando contra negantes eas, non tamen determinat de eis demonstrando illas quia per scientiam non cognoscuntur, sed naturali lumine intellectus. Tex.3. q.83.art.3.

Dicitur 3.quod ad notitiam illarum propositio num,sufficit notitia terminorum, per simplicem apprehensionem, quæ potest sine metaphysica haberi.

Tex.3. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad pri mum dicitur,quòd Phil. 1.Poster.accepit singularia absolute,quę cognoscuntur sensu:in lib. autem physico.accipit singularia respectiue.s.minus vniuersalia,vnde non est contradictio.

Tex.4. Ad secundum dicitur primo, ꝙ species intelligi biles,dicũtur esse primo species specialissimæ, qa perfectissimum,quod representant,est species specialissima.

Dicitur 2.quod prius via originis repræsentant intellectui naturam sub ratione magis vniuersalis, quam sub ratione minus vniuersalis,species.n. intelligibilis causata in intellectu ab indiuiduo homi nis,quod est etiam indiuiduum animalis, & corpo ris,prius representat intellectui hominem sub ratione corporis,& sub ratione animalis, quam sub ratione hominis. Ad argumentum ergo negatur mi nor,loquẽdo de prioritate originis, quia illæ prius repræsentant genus,quam speciem,nec valet quod dicit de ideis Platonis,quia naturæ specificæ sunt naturæ determinatæ,non autem naturæ genericæ, ideo posuit Plato ideas specierum, non autem generum,sed non sic apud intellectum,qui est cogno scitiuus, non solum specierum , sed etiam generum.

Perfectissimus effectꝰ dicitur dupliciter. Ad 3.dicitur primo,quod causa naturalis non a git semper in perfectissimum effectum simpliciter in quem potest,sed in perfectissimum in quem potest pro tunc, sicut cum homo generat hominem, non a principio producit perfectissimum effectum simpliciter,quem potest producere. s. hominem, sed eum quem pro tunc potest producere,s. aliquã dispositionem ad hominem.

Dicitur 2.quod perfectissimus effectus simpliciter,quem possunt producere causæ intellectionis est conceptus speciei specialissimæ,sed perfectissimus quem possunt primo secundum ordinem originis producere,est conceptus vniuersalioris, vnde maior argumenti absolute est falsa.

Ad 4.dicitur,quod metaphysica est vltima ordi ne doctrinæ,quia ea quæ considerat sunt posteriora omnibus,quantum ad inuestigationem proprietatum,& principiorum eorum in sua abstractione consideratorum,in quo sensu concessum est,minus vniuersalia esse prius nota quo ad nos, cum hoc tamen stat,quod quantum ad simplicem apprehensionem intellectus magis vniuersalia sint prius nota,quomodo etiã Metaphysica deberet esse prior ordine doctrinæ,vnde omnes aliæ sciẽtię rationes terminorum metaphysicalium præsupponunt:posterius tamen addiscitur,quia in ea inuestigantur proprietates eorum,quæ maxime communia sunt, vlterius de substantiis omnino immaterialib. quæ nobis difficillimæ sunt cognitu,determinatur, pro pter quod est difficillima.

Ad 5.respondetur, quod non est inconueniens dicere,oportere multum temporis expendi ad cognoscendum distincte speciem alicuius singularis ei,qui numquam nouit definitionem eius, & num quam considerauit prædicata essentialia eius , si enim aliquis velit incipere scire,quid est homo distincte, oportet quod prius inquirat, quid est animal,& sic de aliis prædicatis essentialibus,quia nõ potest scire quid est homo distincte, nisi distincte cognoscendo omnia eius prædicata essentialia , & inde est,quod philosophi multum in inuestigatione quidditatis rerum laborauerunt.

A D D I T I O

VNIVERSALE tripliciter sumitur, pro vniuersa li ante rem,pro vniuersali in re,& pro vniuersa li post rem ; singularia precedunt vniuersalia in esse, sed vniuersalia precedunt singularia in intelligentia primæ philosophiæ,auctoritate Alexan.pro opinione Scoti,vide Antonium Andream prim.metaph.& Caie ta.in libello de ente,& essentia in prologo quæstio pri. & Magistrum Chrysostomum in tractatu,de transcendentibus;& primo contra gentes. Et adde hic multas opiniones ,quas Auctor causa breuitatis reliquit; nam si ad antiquos respiciamus, considera quomodo Plato,Socrates,Pythagoras,& Emp.& omnes qui scire nostrum astruunt esse a natura, & non de nouo, coguntur dicere,nec vniuersale,nec minus uniuersale,nec singu lare esse primũ cognitum:quia cũ hęc a natura in sint,& coæqualiter neutrũ pri' altero præcognoſci põt ab intellectu,vt intellectus est:sed cũ dicant nostrũ scire esse potius reminisci,coguntur dicere magis de ordine reminiscentiæ,quam cognitionis;si vero respicias ad græcos Themistius, Teophrastus,Eudemus,Simplicius coguntur dicere, intellectui in se nihil esse prius notum;quia omnes hi faciunt intellectum speculatiũ esse æternum (nam per eos omnia intellecta sunt æterna,& æternis nihil est prius) iure merito etiam nihil prius, uel posterius notum esse potest ipsi intellectui : nam intellectus,ut est entelechia totius speciei humanæ,omnia intellecta habet,& nihil vt sic sibi deest, & ita simul in illo sunt;atque neutrum in illo dici potest altero prius.

1 p.quęs.55. art.3.

12. commẽ. 27 q 22. Cap 50. Opinio Antiquorũ de primo cognito.

Inter Arabas , Auicennas primo suæ metaphysi cæ capit.sexto.ens & rem dicit esse primo impressa in anima,& hoc tenuit Auenpace, & Alpharabius, Al gazel , & multi alii declarantes ordinem intelligendi esse, vt primo intellectus intelligat uniuersale corpus, deinde animal uniuersale,at demum hominem vniuer salem.

Inter Latinos sunt quator opiniones famosæ. Pri ma est Burlei,& Burindanę,primo physicor.in prologo & Gregorii Ariminen 2.senten.distin.3.quæst.3.artic. 2.& Dur.2.senten.dist.3.quæst.7.omnes isti affirmant primum sensatum,quod est singulare, prius cognosci a nostro intellectu,quia hoc est illud,quod prius expisca tur a nostris sensibus.Secunda est Marci Antonii Zima ræ in quæstione peculiari sua,qui non semper ponit vnum ordinem necessarium ab vniuersalibus ad particularia, sed ab his quorum accidentia magis sentiuntur, unde aliquando vniuersalia sunt priora , vt uiuens animal,quam equus,aliquando posteriora: nam vt dicitur 7.metaphysico.equus,& asinus habent vnum commune genus,preter animal,& id est innominatum; hinc uoluit Aristotel.quod in genere non possunt fieri comparationes , quia in eo latent æquiuocationes, sed solum in specie atoma ; quia species specialissima sumitur ab vltimo gradu formæ , non autem genus.

Tertia

Tertia est opinio Scoti,& Antonij And.& Antonii Trombettę in quæstionibus suis super primum metaqu.12. isti omnes tenent speciem specialissimam & ex consequenti minus vniuersale, cuius singulare fortius mouet sensum,& quod est facilioris abstractionis, hoc prius cognoscit noster intellectus,& non ens quod habet conceptum simpliciter simplicem in via ipsorum.

Opinio D. Thom. Quarta est opinio D.Thom.in prologo primi physicor.& 1.par.& in opusculo de ente & essentia in prologo. & hanc sequuntur omnes veri philosophi & theologi,cum sit germana opinio Arist.quòd vniuersale magis est prius cognitum ab intellectu nostro,cum hoc expresse dicat ipse phil.1.physic.quòd sunt in nobis manifesta & certa confusa magis, posterius autem cognoscimus distinguendo distincte principia, & elementa,vnde in text.4.concluſit,quod ex vniuersalibus ad singularia oportet deuenire,& hæc est opinio Auer ro.in prologo primi physic.vbi habet,quod vniuersalia ordine doctrinæ sunt præponenda particularibus,id est minus vniuersalibus existẽtibus sub eis,propter tres causas,tum quia sunt notiora,tum vt tractatus,& demõstratio sit vniuersalis & secundum quòd ipsum, tum etiam vt non fiat repetitio in scientia,& text.49. primi physico.quoque,quid aliud voluit per illa verba, quando dixit,vniuersale notum est secundum intellectum, singulare autem secundum sensum,nisi quòd vniuersale magis prius cognoscitur ab intellectu nostro?vtendo etiam argumento Scotistarum,sicuti simpliciter ad simpliciter,magis ad magis,maxime ad maxime:si vniuersale cognoscitur cognitione confusa actuali,quanto erit magis vniuersale, tanto magis & prius cognoscetur.

Ridicula quidem est illa opinio exterorum ponentium actum esse primum cognitum propter auctoritatem Ar.9.metaphysic.Actus est ratio intelligendi, & cognoscendi;propterea non est digna, vt inter tot illustres Doct.recenseatur.

QVAESTIO IIII.

Vtrum materia secundum se considerata sit diuisibilis in partes eiusdem rationis.

At vero, si est indiuisibile, nullum erit quantum,aut quale.
Tex. XVIII.

QVAERITVR quarto. Vtrum materia secundum se considerata, sit diuisibilis in partes eiusdem rationis,& videtur,quòd sic.

Primo.Quicquid est causa antecedẽtis,est causa consequẽtis,sed diuisibilitas in partes eiusdem quantitatis consequitur essentiam quantitatis , & essentia quantitatis causatur ab essentia materiæ, ergo & diuisibilitas: ergo diuisibilitas conuenit prius materię,quàm quantitati.

2.Remota quantitate à materia,non corrumpitur materia,ergo remanent omnes partes eius,sed prius habebat partes eiusdem rationis,ergo & remota quantitate habet illas partes, & per consequens est in illas,diuisibilis.

3.Si materia non esset secundum se diuisibilis, hoc haberet ab alio.s.à quantitate,sed hoc est falsum,ergo &c.probatur falsitas .Nullum accidens largitur aliquod essentiale suo subiecto:sed diuisibilitas est essentialis materiæ,aliter generatio non posset in infinitum perpetuari , quod est contra Phil.2.de generatione. Tex.68.

Respondeo,ad euidentiam istius difficultatis. Primo declarabitur titulus quæsiti.Secundo dicetur ad quæstionem.

Aliquid conuenire alicui per se põt intelligi tribus modis. Quantum ad primum,sciendum primo: quòd aliquid conuenire alicui per se,potest intelligi tripliciter.vno modo,quia prędicatur de ipso essentialiter,tanquam existẽs de definitione eius, sicut rationale prædicatur per se de homine.alio modo, quia est propria passio eius:sicut risibilitas conuenit per se homini.tertio modo: quia conuenit sibi solitarie,id est remoto ab eo omni alio, quod non est de essentia eius;sicut dicimus, quòd vniuersa se secundum se est incorruptibile.

Partes sunt duplici differentia. Sciendum secundo,ꝙ duplices sunt partes: quædam sunt eiusdem speciei inter se, & cum toto.i. quia idem nomen,& eadẽ definitio dicitur de eis, & de toto,sicut partes ligni & aquę:quælibet enim pars ligni est lignum:& quælibet pars aquæ est aqua,quædam vero sunt partes diuersarum specierum inter se,& à toto,quia non conueniunt in nomine & ratione,neque inter se,neque cum toto,sicut partes hominis.non enim manus hominis est pes,neque manus est homo.Quęritur ergo,vtrum materia secundum se considerata.1.solitarie considerata,& remoto quocunque alio,sit diuisibilis in partes , quarum quælibet sit materia.

1.phy.tract. 2.cap.4. Quantum ad 2.Dicunt quidam materiam secũdum se,diuisibilẽ esse in partes eiusdem rationis, & ad hoc mouentur rationibus supradictis.Albertus autem tenet quòd materia sola, & vniuersaliter substantia remota quantitate,non est diuisibilis,quod verius credo.

Pro ista igitur opinione,sciendum primo,ꝙ ponentes quantitatem differre a subſtantia , & substantiam secundum se,non esse diuisibilem in partes eiusdem rationis, dicunt quod quantitas suo subiecto dat duo.s.partibilitatem,& extensionem, partibilitas idem est,ꝙ diuisibilitas in partes eiusdem rationis,extensio est distãtia vnius partis ab alia,& positio earundem partium in loco.

Partibilitas, & extẽsio tripliciter considerari põt. Sciendum secundo ꝙ partibilitas , & extensio possunt tripliciter accipi . Vno modo ꝓ principio formali,quo aliquid habet partes eiusdẽ rationis, aut quo partes ab inuicem distant:& istud est quãtitas.Secundo pro esse quod dat istud principium formale suo subiecto,s. pro esse partibili in plures partes:aut pro distantia partiũ:& partibilitas isto modo reducitur ad genus quantitatis : sicut effectus formalis reducitur ad genus suæ causæ. Tertio modo pro relatione quadam, scilicet totius ad partes & econuerso : quia substãtia dicitur tota,& partes dicũtur partes:aut pro relatione,quæ est ordo partium in loco,aut in toto.

Conclu. probatur 3. Materia secũdum se cõsiderata, nõ est diuisibilis in partes eiusdem rationis. Ponitur itaque ista conclusio : Materia secundum se considerata,nõ est diuisibilis in partes eiusdem rationis.Probatur tripliciter, licet eã Albertus pluribus alijs medijs ꝓbet.Primo,materia absque quantitate accepta aut simplex est,aut cõpo-

sita:si simplex,ergo non est diuisibilis;quia diuisibile habet partes in quas diuidi potest:si composita, aut prima compositione,aut secunda: non prima,prima est ex potentia & actu, materia autem est pura potentia;nec etiam secunda,quæ est ex subiecto & accidente:quia vbi non est prima compositio,non potest esse secunda,eo ꝙ secunda causetur à prima,sicut accidens causatur à substantia , ergo &c.Hæc est prima ratio,quã adducit Alber.

Ad quam respondetur, ꝙ separata materia a quocunque alio:ipsa est composita. Ad improbationem dicitur,ꝙ tres sunt compositiones in genere,& non duæ tantum.Prima ex partibus eiusdem rationis cum toto,& hæc est in materia prima.alię vero sunt compositiones tactæ in argumento, quæ conueniunt materiæ nudæ.

Sed contra istam responsionem.arguitur.Sicut se habet ens ad substantiam & accidens,ita compositio ad compositionem substantialem, & accidentalem,sed omne ens est substantia,aut accidẽs, ergo omnis compositio est aut substantialis , aut accidentalis,& per consequens non potest dari tertia compositio,quæ neque sit accidentalis, neque substantialis:omnis autem compositio substantialis secundam compositionem præueniens, est ex actu & potentia,ergo &c.

Cõpositio est tantum duplex.

Secundo arguitur sic. Si materia secundum se considerata,esset diuisibilis,esset quanta: sed hoc est impossibile:quia ipsa esset quanta sine quantitate:ergo &c.probatur consequẽtia,quia philosophus 5.Metaph.definiens quantum dicit.Quantũ dicitur,ꝙ est diuisibile in ea,quæ insunt.

Tex.18.

Tertio in omni habente partes,necesse est , ꝙ partes inter se differant:aut ergo illæ partes materiæ distinguuntur differentia essentiali,aut differẽtia accidentali,nõ differentia accidentali,quia ponimus materiam nullum accidens habere,nõ etiã differentia essentiali,quia non differunt formis , eo ꝙ accipimus materiam sine omni forma , non etiam suis materijs,quia conueniunt in principio materiali,ergo nullo modo differunt,& per consequens materia non habet partes.

Respondetur,ꝙ differunt differentijs substantialibus,quæ sunt ipsemet,& cum dicitur, ꝙ conueniũt in principio materiali, verum est in specie, sed non in numero.Sed contra istam responsionẽ arguo:Omnis differentia numeralis materiæ est, aut propter diuersitatem formarum,quia scilicet sunt sub diuersis formis numero,aut propter quãtitatem,quia.s.sunt sub diuersis partibus quãtitatis,sed materia non habet formas,neque quantitatem per hypothesim, ergo non possunt illæ materiæ numeraliter distingui.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum quidem dicitur primo,ꝙ non inconuenit

Tex.38.

causas esse sibi inuicem causas,vt dicitur 2.Physico.in diuersis generibus causarum, sicut ꝙ vnum sit causa alterius in genere causæ efficientis,vt medicina sanitatis,& illud aliud ipsius in genere causæ finalis,vt sanitas medicinæ.

Dicitur secundo,ꝙ non oportet id , quod est causa alicuius in quocunque genere causæ , prius habere illud in se,sicut licet forma det esse composito,non tamen esse conuenit primo & per se formæ,tamquam subiecto,sed primo, & per se conuenit composito,secundario vero formæ,vt habetur.7.Metapysi. Tex.27.

Dicitur tertio,quod materia est causa quantitatis,& diuisibilitatis eius in genere causæ materialis,q̃titas vero est causa diuisibilitatis materiæ in genere causæ formalis.Vnde nõ oportet materiã prius in se habere diuisibilitatem,vnde negatur vltima consequentia.

Ad secundum dicitur , ꝙ remota quantitate à materia per impossibile, remanẽt partes materię, sed nõ in esse partis integralis,quia de ratione partis inquantum pars,est quãtitas: pars enim inquãtum pars,est integrans totum quantitatiuum, nõ integrat autem,nisi vt est quanta.

Ad tertium negatur falsitas consequentis. Ad probationem negatur minor: ad eius probationẽ negatur consequentia,non enim perpetuatur generatio eo,ꝙ materia secundum se habeat infinitas partes,sed quia cum secundum se sit in potentia ad oẽs formas generabiles , & corruptibiles, dum spoliatur vna forma,recipit aliam, & aliam quantitatem.

ADDITIO.

Diuisio duplex.

NOTA hic vnum,quod est notatione dignum, quòd alia est diuisio entitatiua,& alia quantitatiua;diuisio entitatiua ex contradictione causatur,vt quia est a,& b,est b,ideo a,& b,sunt duo in entitate distincta,in hoc errauit vehementer Auicen. vt inquit S.Thom.de ipso in 4.primæ philosoph.quia opinatus fuit,quòd idem esset vnum,quod est synonimum enti cum vno,quod est principium numeri, immo sunt valde diuersa,vt disputat idem D. Tho. contra ipsum Auice.parte..quæst.11.art.1.vnum enim,quod est principium numeri est accidens, & est principium numeri prædicamentalis , qui causatur ex diuisione continui, & talis numerus non est nisi in rebus materialibus, & in generabilibus & corruptibilibus, alius autem est numerus transcendens,& causatur,secundum D. Thom. ex contradictione, & partes eius sunt vnitates , quæ sunt eadem cum essentiis rerum;nam vnum & ens vnã naturam significant,& non distinguuntur nisi ratione, & non addit vnum supra ens,nisi indiuisionem in entitate tantum,vt latius scripsit Caietan. contra Scotum, super prim.p.D.Thom.quæst.11.art.1. alia est diuisio quantitatiua de qua Ar.5.diuinorum dicebat,quantum dicitur,quod est diuisibile in ea,quæ insunt,quorum vtrumque,aut singulum vnum aliquid,& hoc aliquid natum est esse; & de hac diuisione est sermo in præsenti disputatione. Commẽ.4. Tex.cõ.18.

Partes duplices.

Scire etiam debes propter multiplicitatem , ne contingat confusio apud intellectum,quod partes sunt duplices,subiectiuæ,& integrales,partes subiectiuæ sunt, quæ sunt sub toto vniuersali,quod quidditatiue & in recto prædicatur de ipsis,sicut superius respectu inferioris;& isto modo species sunt partes subiectiuæ generis, & decẽ gña generalissima sunt partes subiectiuæ entis, & indiuidua respectu speciei. partes ẽt integrales sunt duplices,quædã enim sunt,quæ integrant totam essentiam substantiæ compositæ,quarum vna non potest naturaliter esse sine alia,sicut materia & forma respectu substantiæ compositę , & ex alio nomine partes essentiales nuncupatur,& ab Auer.prim.physic.dicuntur partes secundum qualitatem;aliæ sunt partes integrales eiusdem rationis, quarum quælibet de se apta nata est esse sine reliqua,diuiso toto:& de his partibus intelligo quæsitum; dum materia secundum se considerata sit diuisibilis in partes eiusdem rationis.pro præsenti di Commen.5. Comen.63. sputatione facit dictum Auer.primo physicor. materia non denudatur a corporeitate;quia tunc haberet dispositionem substantialem,& haberet nomen & definitionem;quod dictum declarant Auerroistæ stantibus tribus suppositis,quorum primum est,materia prima nunquam potest denudari ab omni forma substantiali; secundum est,quod ad hoc quod materia prima recipiat aliquam formam substantialem diuisibilem, aut materialem, oportet quod sit extensa , aliter non quantum reciperet quantum ; tertium est , quod materia non est extensa nisi per dimensiones, quæ dicuntur corpus;ex quibus sequitur,quod si materia prima non esset denudata a corporeitate, non esset extensa per tertium suppositum,& per consequens non posset recipere aliã formam substantialem,materialem, diuisibilem; quia quælibet forma substantialis materialis est diuisibilis & extensa,& per consequens nullam formam substantialem materia recipere posset,quia non potest stare sine omni forma,& sequitur quod si materia denudaretur a corporeitate,quod materia haberet aliquam formam substantialem,dantem nomen , & definitionem; stante ergo hac opinione Auerroica,potest pro opinione Alberti(quam hic sequitur auctor) sumi ratio irrefragabilis;quia quantitas cum sit ratio formalis extensionis,& diuisibilitatis,& sicuti sine albedine paries nõ potest esse albus,ita materia , & per consequens nulla substantia possit esse diuisibilis absque quantitate,& est doctrina D.Thom.prima parte q.50.licet non omnia, quæ dicta sunt de mente Auerr.acceptentur a nobis.

Animaduerte tamen,quod in hac disputatione loquitur auctor naturaliter,& non de potentia Dei,ut quidã uolunt miscentes diuina cum prophanis,ita asserentes, quod Deus potest separare omnem quantitatem a Titio,& Callia,& hinc potest conseruare illas duas materias,absque quantitate continua illarum;sicut enim conseruat quantitatem sine substantia panis, & vini in sacramento altaris,ita posset & panem absque quantitate conseruare,& multos panes sicut multas quantitates:cũ maior sit dependentia accidentis a substantia,quam substantiæ ab accidenti , sed hęc non sunt ad propositum, cum pertineant ad Theologos,& est vnum de pertinẽtibus ad fidem nostram,ut patet 3.par.& in 4. sent.

3.part.q.77. dist.12.q.1. De cõse. dist.2.ca.species.

Attende etiam ne fallaris,quia hic est sermo de quãtitate molis quæ attenditur secundum longitudinem, & cæteras dimensiones,non autem de quantitate virtutis quæ attenditur in perfectione substantiæ rei, vel operationis ipsius,secũdum quam dicimus, Deum infinite perfectum,& magnũ; hæc enim inuenitur in rebus in corporeis,de quibus non agitatur præsens quæsitum. Nolo te velle transire,quin non cõsideres,quomodo secundum aliquos Thomistas,non inconuenit materiam separari a quantitate secundum operationem intellectus,siue in esse cognito,quia licet materia non possit concipi,nisi per analogiam ad formam , ut dicitur primo Physic. non tamen cadit in conceptu eius hæc determinata forma,quæ est quantitas; sed loquendo de separatione secũdum rem,implicat materiam esse sine quantitate,quia materia non potest esse sine forma, cõtra Scotum.hãc doctrinam sequitur Ioannes de Iandu no primo physic.q.9.& Paulus Soncinas libr.5.metap. q.22.& Franciscus Toletus 1.Physico.q.7.

QVAESTIO V.

Vtrum totum a suis partibus distinguatur.

Præterea cur si & vnum immobile est,cur enim & vniuersum,&c. Tex.XXV.

QVÆRITVR quinto,Vtrum totum a suis partibus distinguatur,& videtur,quod non.

1.Si totum distingueretur a suis partibus, aliqua entitate distingueretur ab illis , tuncque ex illa entitate addita,& illis partibus.aut non,si nõ: ergo eadem ratione erat standum in primo; si sic:ergo aliqua entitate distinguitur,cum autem illa entitas cum partibus constituat aliud totum , quæritur de illo: oportet ergo aut quod procedatur in infinitum in totis,quod est inconueniens: aut quod dicamus totum esse idem,quod suæ partes.

2. Si totum differt a partibus suis: aut differt ab illis seipso toto aut aliquo sui: si seipso toto, ergo suis omnibus partibus distinguitur a suis partibus: hoc enim significat totum, quod omnes partes:hoc autem contradictionem implicat; si aliquo sui , aut illud est pars totius ,aut passio, non pars quia totum non potest differre ab omnibus partibus per aliquam partem , quia tunc illa pars differret ab omnibus partibus, & sic non esset pars;non etiam est passio:quia passio supponit suum subiectum esse:& per consequens distinctionem realem eius ab vnoquoque, quod non est ipsum;ergo &c.

3. Omne absolutum potest separare Deus ab alio absoluto,a quo realiter distinguitur: sed non potest separare totum a partibus: ergo totum non distinguitur a partibus.

Vide Cai.de ente,& essentia c.5.cõtra Ant. Trombetam Scotizantem & errantem.

Dicetur forte,quod maior si habet veritatẽ , est vera,vbi vnum essentialiter non dependet ab altero;vbi autem vnum ab altero essentialiter dependet,non est vera;modo sic est,quod totum essentialiter dependet a partibus vnitis,cum ex ipsis eius essentia constituatur:ideo non potest vnum ab altero separari.

Sed contra,si partes vnitæ sunt causa necessaria totius,aut hoc est ratione suarum partium, aut ratione vnionis,aut ratione vtriusque, non ratione partium,quia tunc positis illis poneretur totum, quod est falsum,quia si ponerentur separatæ , non poneretur totum:non etiam ratione vnionis, quia vnio cum sit relatio,est posterior partibus & toto, posterius autem non imponit necessitatem priori: nec etiam ratione vtriusque,quia possibile esset intelligere partes vnitas sine toto,quia essent priores toto:prius autem potest intelligi sine posteriori,ergo responsio nulla.

Quarto tunc ſequeretur,quod ſex eſſent ſeptē, quia ſex includeret ſex vnitates,& entitatem qua diſtinguitur a ſex vnitatibus,quæ entitas cū eſſet etiam vnitas ſenarius numerus haberet ſeptem vnitates:& per conſequens eſſet ſeptem.

Quinto,Philoſ.de anima dicit, quod animal eſt anima & corpus,ſicut oculus eſt pupilla & viſus,& Auicenna 4.ſuæ Metaph.dicit,quod homo eſt anima & corpus,& neutrū per ſe, ergo totum eſt ſuæ partes.

Ad euidētiam iſtius difficultatis ſciendū, quod triplex eſt totum,ſcilicet,eſſentiale, integrale, & vniuerſale. Totum eſſentiale eſt compoſitum ex partibus eſſentialibus,ſcilicet eſſentiam ſuam conſtituentibus:ſicut homo,qui conſtituitur ex materia,& anima intellectiua:totum quantitatiuum eſt compoſitum ex partibus quantitatiuis,quæ.ſ.ſunt quantæ & integrant quātitatem eius, vt linea quæ componitur ex aliis lineis: totum vniuerſale eſt, quod habet partes ſubiectiuas,de quibus prædicatur, ſicut animal in comparatione ad hominem, bouem,& alias ſpecies animalis.Non eſt hoc loco quæſtio de toto vniuerſali,quia illud non componitur ex ſuis ſpeciebus,non enim animal componitur ex homine,boue, & aliis ſpeciebus, ſed eſt idem ſecundum rem cum illis,animal enim in homine eſt idē quod homo,& ſimiliter in aliis ſpecie bus:ſed eſt quæſtio de aliis totis,quæ ex ſuis partibus componuntur.

Totum tam quātitatiuū, quam eſſentiale ab vna quaque ſuarū partiū diſtinguitur.

Tex.17.

Tex.2.

Ad quæſtionem ergo tribus concluſionibus reſpondetur.Prima eſt.Totum tam quantitatiuum, quam eſſentiale ab vnaquaque ſuarū partium rea liter diſtinguitur.Probatur ratione Phil.in littera ſic,Si totum eſſet idem cuilibet parti,tunc totū cōtinuum eſſet indiuiſibile.ſed hoc eſt contra rationem continui,quæ datur in 1.cœli,vbi dicitur,Cōtinuum quidem igitur eſt,quod diuiſibile in ſemper diuiſibilia,ergo totum non eſt idē cuilibet parti:probatur conſequentia. Id, quod non habet diuerſitatem partium eſt indiuiſibile; ſed ſi cōtinuū eſſet idem cuilibet parti,non haberet diuerſitatem partium, ergo eſſet indiuiſibile:minor probatur. Si totum eſſet idem vni parti,eadem ratione & alteri,quia non eſt maior ratio de vna,quam de altera,tunc arguitur ſic.Quæcūque vni,& eidem ſunt eadem ſibiinuicem ſunt eadem, ſed vnaquæque partium eſt eadem toti per ſuppoſitum, ergo partes eædem erunt inter ſe, ergo in toto non erit diſtinctio partium.

Totum eſſētiale ē aliud realiter ab omnib.ſuis partibus ſimul sūptis.

2.Concluſio eſt.Totum eſſentiale,eſt aliud realiter ab omnibus ſuis partibus, & ſimul ſumptis, probatur primo.Idem non eſt conſtituens, & conſtitutum,ſed partes ſimul vnitæ, conſtituunt totū, ergo partes ſimul vnitæ,non ſunt idem,quod totū: minor videtur ex ſe nota,quia de ratione partium eſt conſtituere totum,maior etiam pater,quia idē non conſtituit ſe ipſum.

Ad iſtam rationem reſpondetur,quod licet quælibet pars ſecundum ſe conſiderata conſtituat totum, non tamen ambæ partes ſimul ſumptæ conſtituunt totum,ſed vt ſic vnitæ, ſunt idem, quod totum.

Contra iſtam reſponſionem arguitur ſic. Vna pars conſtituit totum,& ſimiliter altera, ergo ambæ conſtituunt totum. Valet enim Sor.trahit nauem,& Plato trahit nauem,ergo Sor. & Plato trahunt nauem,ergo falſum eſt, quod vnaquæque cōſtituat:ſed non ambæ.

Si dicatur, quod valet quidem iſta conſequentia,iſta pars conſtituit totum,& iſta conſtituit totum,ergo ambæ conſtituunt totum diuiſim,ſed nō valet coniunctim,ergo ambæ ſimul vnitæ conſtituunt totum.

Contra arguitur.ſupponitur.n.primo quod partes eſſentiales rei ſe habeant,ſicut potētia & actus. ſupponitur ſecūdo,quod nulla huiuſmodi pars cōſtituat totum,niſi vnita alteri parti,non enim forma ſubſtantialis cauſat,aut componit totum, niſi vnita materiæ,neque materia,niſi vnita formæ:materia.n.non conſtituit,niſi inquantum recipit formam,nec forma,niſi inquantum dat eſſe materiæ. Tunc arguitur ſic.Materia eſt cauſa compoſiti, vt vnita formæ,& forma vt vnita materiæ: ergo materia & forma ſimul ſumpta,ſunt componentia totū: patet conſequentia,quia ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis:valet enim,materia & forma ſimul ſumpta non cauſat totum,ergo materia non cauſat totum,vt vnita formæ,& ſimiliter de forma.

Confirmatur,quia ſi Sort.non poteſt trahere nauim,niſi vnitus Pla.nec Pla.niſi vnitus Sor. inquātum trahit:valet ergo, Sor. & Plato ſimul ſumpti trahunt nauim. Confirmatur ſecundo:Materia nō prius cauſat totum quam forma:nec forma prius, quam materia:ergo ſimul ſumpta cauſant.

Secundo arguitur. Si totum non eſſet alia entitas a partibus, tunc corruptio hominis non eſſet corruptio ſubſtantialis:ſed hoc eſt manifeſte falſum ergo:&c.probatur conſequentia:nō enim corrumpitur materia,cum ſit incorruptibilis:non etiā forma,cum & ipſa incorruptibilis ſit,nec compoſitum,quia nihil aliud eſt compoſitum per ſe, quam materia,& forma:nec alia ſubſtātia eſt in homine: ergo nulla ſubſtantia corrumpitur:ergo nō eſt corruptio ſubſtantialis.

Reſpondebitur forte,quod ad hoc quod ſit corruptio ſubſtantialis,ſufficit quod partes ſubſtātiales,quæ prius erant vnitæ,ſeparentur ab inuicem.

Sed contra.Sicut corruptio accidentalis terminatur ad deſitionem formæ accidentalis, ita corruptio ſubſtantialis terminatur ad deſitionem alicuius ſubſtantiæ:per ſeparationē autem vnius partis ab alia non definit aliqua ſubſtantia, ſi totum ſit idem quod partes; ergo ad corruptionem ſubſtantialem non ſufficit ſeparatio vnius partis ab alia.

Auer.1.phy. comment.4. Idem 3. de anima. cō. 5.

Confirmatur iſta concluſio, etiam auctoritatibus Auerrois,nam 2. phyſ. ponit differentiam inter materiam,formam, & compoſitum, ponitque formam eſſe cauſam compoſiti,& propter hoc digniorem. Item 3. de anima in ſolutione ſecundæ quæſtionis principalis dicit: quod ex intellectu & intelligibili verius fit vnum,quam ex materia, & forma,quia quod componitur ex eis,non eſt aliqd tertium aliud ab eis,ſicut eſt in compoſitis ex materia,& forma. 5.quoq;meta.in fine dicit, quod in compoſitis eſt natura addita naturæ componentium.ſ.illud quod fit ex compoſitione. Item dicit

Idem 5.Meta.com.6.

quod

quòd generatum componitur ex materia, & forma,& eſt aliud ab eis.In eodem quoque conformiter ad Ariſtotelis verba ponit,quòd ſunt aliqua cōpoſita,illa ſcilicet quæ ſunt vnum per ſe, in quibus ex pluribus congregatis fit aliquod additum qđ eſt aliud à componentibus.

7. Metaph.

Nec valet dicere,quod eſt aliud ab vnoquoque componentium,nō autem ab omnibus ſimul ſumptis,quia etiam in eo,quod eſt vnum per aggregationem tantum,totum eſt aliud ab vnaquaque partium ſuarum,non autem ab omnibus ſimul, & ſic non differret ab eo,quod eſt ſimpliciter vnum, vt Comment.intendit ponere inter illa differentiā.

Auer.cō.44. 7.Metap.

Sed videtur,q̄ hæc coucluſio ad mentem Commentatoris non ſit. Nam expreſſe dicit, quod in indiuiduo non eſt ſubſtantia, niſi materia & forma particularis,ex quibus componitur.

Reſpondetur, quòd hæc auctoritas propoſitum non infringit:loquitur enim ibi Commen. vt ex proceſſu apparet de ſubſtantia,ex qua indiuidua ſubſtantia componitur, & vult quòd vniuerſalia quæ de indiuiduis ſubſtantiis prædicantur, non ſunt in diuiduorum conſtitutiuæ,tanquam ipſorum partes,cum non ſint aliud ab ipſis indiuiduis: ſed ipſa tantum materia,& forma particularis ipſum indiuiduum,tanquam eius partes eſſentialiter conſtituunt:huic autem non repugnat,q̄ ipſum totum in diuiduum ab omnibus ſuis partibus diſtinguatur.

1.Phyſi.

3.Concluſio eſt.Totum integrale non eſt aliud ab omnibus ſuis partibus ſimul ſumptis,probatur auctoritate Commen. Primo quia dicit, q̄ totum nihil aliud eſt,quam aggregatio partium:& in fine commenti concludit,q̄ vnaquęque partium dicitur eſſe aliud à toto:ſed omnes in ſimul non poſſunt dici eſſe aliud à toto:conſtat aūt,q̄ ibi de toto integrali loquitur. Secundo quia dicit, quòd totum nihil aliud eſt quam partes.Tertio, quia 3. cœli,dicit,q̄ vnaquęque partium non eſt totum,& congregatio eſt totum.

4.Phyſi.

Ad iſta autem reſpondetur à quibuſdam,mentem Commen.eſſe in locis ſupradictis:non q̄ totum non ſit alia entitas a partium entitate: ſed q̄ eſt a partibus ſimul ſumptis,tam actu,quam potētia inſeparabile.

Sed quòd iſtud non ſit ad mentem Comme.facile conuinci poteſt. Primo.n.phyſic.illa verba inducit quæſtionem determinando,quam Philoſophus inſolutam dimittit.Arguit.n.Phil.nō eſſe tātum vnum ens:quia ſi omnia ſint vnum ens continuū,ſequitur multitudo, tum quia totum habet multitudinem partium,tum etiam forte propter multitudinē totius & partis,quia videlicet habet dubitationem,vtrum totum ſit vnum cū ſuis partibus,an diſtinguatur ab eis:conſtat autem,q̄ Philoſo. loquitur de diſtinctione totius à partibus, non autem de inſeparabilitate ab ipſis:ergo &c.Secundo quia 4.phyſic.Illud contra Themiſtium inducit dicentem: corpus cœleſte eſſe in loco ſm partes, non autem ſecūdum totum:vult.n.ſic inſtare. Si eſt in loco ratione partium: ergo ēt ratione totius:quia totum nihil eſt aliud,quàm ſuæ partes : non valeret autem ſua ratio,ſi intendereret, hoc ſolum,ſcilicet q̄ totum eſt a ſuis partibus inſeparabile.ſtarēt enim ſimul, ſi totum eſſet diſtinctum à partibus,ſed ab illis inſeparabile,q̄ eſſet in loco ratione partium,non autem ratione totius. Nam & figura cæli eſt inſeparabilis ab ipſo,& tamen non oportet,vt ratione figuræ ſit in loco, ſed ſit in loco ratione totius, aut ratione partium.

Tex.17. pri. phyſi.

Per eaſdem rationes patet illam quoque reſpōſionem,quæ dicit,Commen. intellexiſſe q̄ totum eſt ſuæ partes conſtitutiuæ.i. q̄ eſt ex ſuis partib. conſtitutum,nō eſſe ad mētem ipſius:nam hic ſenſus nullo modo ſuo propoſito deſeruiret.

Poteſt ad hanc concluſionem adduci ratio, q̄a ſola continuatio partium integralium,videtur cōſtituere totum integrale, ſola totius diuiſio illud deſtruere,non videtur aūt,quod ex ſola continuatione aliquorum gñet aliquid ab ipſis cōtinuatis diſtinctum,quod ſit ex illis compoſitum,neque q̄ ex ſola,totius integralis diuiſione,aliquid à partibus diſtinctum corrumpatur.

Sed contra hanc concluſionem occurrit dubium.Sicut enim partes totius eſſentialis,ſimul vnitæ conſtituunt totum eſſentiale , ita & partes integrales totum integrale,ſed ex hoc,quòd illę conſtituunt ſuum totum, argumētū eſt,q̄ totū aliud ſit ab ipſis,ergo & eadem ratione dicendum erit,q̄ totum integrale à ſuis partibus conſtituentibus diſtinguatur.

Differentia inter partes eſſentiales, & integrales.

Reſpondetur, q̄ non eſt eadem ratio de partibus eſſentialibus,& de partibus integralibus, partes.n.eſſentiales ſe habent,ſicut potentia,& actus, ex quibus vnitis inquantum huiuſmodi habet reſultare aliquod tertium,cuius ſint cauſa,partes autem integrales omnes habent rationem materiæ, ex ſola autem materia non habet conſtitui aliquod alterum ab ipſa realiter diſtinctum, quod rationē habeat totius,ideo licet quælibet pars dicatur conſtituere in ratione materiæ, omnes tamen vnitæ non dicuntur aliquid conſtituere,ſed ſunt ipſum totum conſtitutum.

Aliqua diſtīgui realiter poteſt trib. modis contingere.

Cæterum licet in doctrina S.Tho.indubitatum ſit,totum eſſentiale è ſuis partibus realiter diſtingui,vt patet.3.q.& 3.ſenten.idem teneat Scotus 8. Meta.q.4.difficile tamen eſt videre,quomodo inter ſe realiter diſtinguantur.

Pro declaratione itaque iſtius ſciendum,q̄ aliqua diſtingui realiter poteſt tribus modis contingere.Vno modo,quia tota eſſentia vnius eſt totaliter diſtincta ab eſſentia alterius,ita.ſ.q̄ vnum nullo modo eſt aliquid alterius,ſicut quantitas & ſubſtātia.2.quia vnum addit aliquid reale partiale ſupra alterum,vt homo albus diſtinguitur ab homine,quia ſupra hominem dicit albedinē.3.quia eſſentia vnius ex natura ſua habet,q̄ non ſit alterū, licet illud ſuam eſſentiam ingrediatur.

In quo ſenſu totum eſſentiale realiter a ſuis partibus ſimul ſumptis diſtinguitur.

Cum ergo dicimus totum diſtingui realiter ab omnibus partibus ſimul ſumptis , non intelligimus primo modo,quaſi totum, & ſuæ partes ſint res totaliter diſparatæ , ita q̄ partes non ſint aliquid totius : non etiā intelligimus ſecundo modo quaſi totum per aliquam partem additam partibus;diſtinguatur à partib.ſimul ſumptis,ſed tertio modo;totum enim ex natura ſua qua eſt totum, habet q̄ non ſit partes;ſed q̄ ſit conſtitutum ex partibus:homo enim diſtinguitur à materia & forma ; non quia materia & forma non ſint

ali-

aliquid hominis, nec quia hō per partiale aliquod additum partibus distinguatur partibus, sicut homo alb. distinguitur ab homine, tamquam addens albedinem supra hominē: sed quia homo ex natura sua, qua est talis natura composita, habet quòd non sit materia & forma, sed quòd sit ex his. Nam cum dicimus totum non distingui à partibus per aliquid additum, hoc potest habere duplicem sensum. vnus est, quòd totum per nullam omnino entitatem additam partibus distinguatur ab illis, & iste sensus est falsus & impossibilis: impossibile est enim, ꝙ aliquid distinguatur ab altero realiter, & quòd per nullam entitatem distinguatur. alius sensus est, quòd totum non distinguatur a partib. per aliquod additum partibus. s. quòd non sit ipsum totum, & iste sensus est verus: non enim totum distinguitur à partibus per aliquam entitatem, quæ nō sit ipsum totum, sed per seipsum ex natura sua, qua habet, quòd sit tale totū, habet quòd ab ipsis partibus distinguatur. Difficultatē autem in hac re facit, quia cum dicitur distingui totum a partibus, videtur dici totum esse quandam entitatem, omnino aliam à partibus, quæ & ipsas partes excludat: sicut cum dicimus Sor. à Platone distingui: sed, sicut dictum est, hunc sensum non accipimus, sed dicimus ita totum distingui à partibus, quod tamen ipsas partes includit, tamquam eam entitatem, quæ est totum constituens.

Totum non distingui ꝑ additum a partibus dupliciter intelligi pōt.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad 1. dicitur, quod totum distinguitur à partibus per aliq̄ entitatem, non quæ sit aliud a toto, sed per entitatem, quæ est ipsummet totū. Ad improbationem negatur, quod ex illa entitate, quæ est totum, & ex ipsis partibus constituatur aliud totum: illa enim entitas est totum, & partes eius ipsum constituūt: vnde non oportet procedere in infinitum in totis: procederet autem ratio, si totum supra partes aliquid poneret, quod rationem partis haberet, sed hoc non dicimus.

Totum qūo cathegorematice & sin cathegorematice a partibus distinguatur.

Ad secundam dicitur, quòd totum potest dupliciter sumi. s. categorematice, & sincategorematice: categorematice significat compositum, & perfectum ex partibus: sincategorematice idem est, qd quælibet pars. si ergo sumatur totum categorematice, dicitur quod totum distinguitur a suis partib. se ipso toto. i. sua entitate cōposita, & perfecta ex partibus: humanitas enim sua entitate, & natura composita ex materia, & forma ab ipsa distinguitur materia & forma, si autem sumatur totum sincategorematice, dicitur quòd totum distinguitur ab omnibus partibus, nec seipso toto. i. qualibet sui parte, nec aliquo sui, quod nō sit ipsum totum, sed seipso toto, accipiendo totum categorematice.

Intelligere vnum sine alio dupliciter cōtingit.

Ad 3. dicitur, ꝙ responsio ibi data bona est. Ad improbationem dicitur, quod est ratione vtriusq; idest ratione partium, vt vnitæ sunt. Ad huius improbationem dicitur, quod intellectum intelligere vnum sine alio, potest esse dupliciter, vno modo ꝑ primam operationem intellectus, intelligendo sci licet vnum, altero non intellecto, sicut si aliquis apprehenderet quidditatem hominis, non apprehensa quidditate risibilis, diceretur intelligere hominem sine risibili. alio modo per secundam operationem intellectus, remouendo. s. vnum ab altero per propositionem negatiuam, sicut si aliquis apprehenderet hominem non esse risibilem. Si accipiatur consequens in primo sensu, negatur falsitas consequentis, non est. n. inconueniens, intellectum apprehendere materiam & formam hominis unitas, & non intelligere quidditatem hominis, si autem accipiatur in secundo sensu negatur consequentia, non. n. oportet, si aliquid est prius altero natura, ad quod alterum naturaliter consequitur, ꝙ possit vere intelligi esse sine posteriori, saltem suæ naturæ derelictū, licet apprehendi possit altero non apprehenso, vt est de homine, & de risibili, non. n. potest intelligi vere, hominem non habere risibilitatem, si suæ naturę relinquatur.

Ad 4. negatur consequentia. Ad probationem posset dici primo, quod entitas totius numeri senarij non est vna vnitate numerali, quia vnitas numeralis dicitur tantum de rebus materialibus, sed est vna vnitate transcendente: vnde cum aliis sex vnitatibus non constituit numerum septennariū. Sed ista responsio non valet, quia ēt vnitas, quæ ē principium numeri est vna vnitate transcēdenti, & non vnitate numerali, alioquin procederetur in infinitum in vnitatibus, & tamen constituit, & variat numerum. Et ideo dicitur secundo, quod in numero est duplex vnitas, vna est partialis, siue rationem partis habens, ea. s. ex qua componitur numerus, & ista addita, aut subtracta variatur numerus, alia est totalis. s. entitas ex partialib. vnitatibus resultās, & per istam nō variatur numerus, vnde ad argumentum, quo probatur consequentia, dicitur, ꝙ licet numerus senarius includat sex vnitates partiales, & vnā totalem, quę. s. est ipsum totum, non sequitur, ꝙ sex sint septem, quia numerus accipit variationem solum ex vnitatibus partialibus, non autem ex vnitate, quę est totum.

Numerus ex vnitatib. partialibus variatur, nō ex vnitate totali.

Prædicatio duplex identica, & causalis.

Ad 5. dicitur, quod duplex est prędicatio, vna identica. s. qua idem significatur per prædicatum & subiectum, sicut cum dicitur homo est homo, aut rationale est animal, alia causalis. s. cum causa prædicatur de effectu, sicut cū dicitur domus est lapides, cæmentum &c. est. n. sensus, quod domus est composita ex lapidibus cæmento, &c. Philosophus ergo, & Auicenna loquuntur de prædicatione causali, homo enim est anima & corpus, id est est compositus ex anima & corpore, & similiter animal: non autem de prædicatione omnino identica.

2. de anima tex. 10.

ADDITIO.

QVIA tres sunt modi compositionis, vt ait Auer. 1. physicor. comment. 5. compositio speciei ex suis causis, & compositio generis ex suis speciebus; tertia est compositio indiuidui ex suis partibus, additur & quartus modus cōpositionis, ratione qua partes sunt in duplici differētia, quia quędā sunt partes essentiales, vt materia, & forma, & quædā sunt partes integrales, propterea dixit auctor, quod est multiplex totū vniuersale, vt animal respectu suarū specierum, quę dicuntur partes subiectiuæ, datur & totum definibile, vt homo respectu generis, & differentiæ, datur, & totū essentiale, vt Bucefalus respectu suæ animæ & corporis; & totum integrale, siue quantitatiuum, puta domus respectu

respectu parietis, tecti, & fundamenti, datur & totum potestatiuum, vt anima rationalis continens plures virtutes, & facultates, veluti etiam mistum continens elementa, datur & totum per accidens, vt homo & albus: aliquando totum capitur pro ente perfecto, vt habetur tertio physicor. totum est extra quod nihil est, aliquando totum capitur pro omni, vt scribitur 1. cœli ad principium, totum & omne, & perfectum idem sunt, vbi D. Thom. 1. p. q. 76. artic. 8. & apud Dionysium de diuinis nominibus. cap. 2. vbi distinguit de toto ante partes, & de toto ex partibus. in præsenti disputatione est sermo de toto essentiali, hoc est illud, quod realiter distinguitur a partibus coniunctim, vt habetur in secunda conclusione.

Tex. 64.

Tex. 17.

Considera quomodo principes huius quæsiti fuerunt Auicen. & Auerr. Auic. 3. lib. suæ Metaphysic. ca. 4. absolute dixit omne totum distingui à suis partibus, & singulis, & coniunctim, vt declarat de denario. Auer. 1. physicor. scripsit nullum totum distingui à suis partibus, sed omne totum esse suas partes coniunctim: hoc patet expresse apud ipsum: opinionem Auicennæ sequutus est D. Thom. 1. physicor. in expositione 18. text. vbi mouet hanc dubitationem, an totum distinguatur à partibus, & in 7. Metaphysicor. in expositione vltimi text. quem postea sequutus est subtilis Doctor Scotus 3. sentent. distinct. 2. q. 2. & Herueus quolibet. 2. quæstio. 14. vt potes videre apud Capreolum 3. senten. distinct. 2. Verum inter Thomistas non est æqualis concordia, quia aliqui ex eis tenent, quòd totum non distinguitur à partibus simul sumptis, etiam loquendo de toto essentiali: adducunt sententiam D. Thom. 4. contra gentes. cap. 51. vbi dicit humanitatem esse materiam & formam simul coniuncta, & pri. par. quæst. 75. ar. 4. ait hominem esse corpus & animam simul, item p. 2. quæsti. 13. ar. 1. & huius opinionis volunt etiam fuisse Græcos, puta Themistium, Philoponum, Alexandrum, Simplicium, Eudemum, immo & ipsummet Auerr. quia dupliciter dicuntur partes simul sumptæ: vno modo quo ad omnium collectionem tantum, vt nulla sit excepta; altero modo, quo ad vnionem quandam inter se præter illam collectionem, vt partes simul sumptę dicantur omnes partes talem vnionem habentes; dicunt modo, quòd S. Thom. intelligit, quòd totum non distinguitur à partibus simul sumptis 2. modo, & argumenta aduersariorum procedunt primo modo, quia si totum distinguitur à partibus simul sumptis, quæritur de illa tertia entitate distincta ab entitatibus partium simul, vel facit compositionem cum illis, vel non, si non; ergo homo non est vnus per se, sed plura, quia habet substantias non componentes in se. Si vero facit, ergo præter compositionem materiæ, & formæ est illa compositio, quam nullus imaginatur; præterea non est intelligibile, quod aliqua res tertia fiat ex duabus, nisi per mistionem. & corruptionem illarum duarum, sicut mistum fit ex elementis corruptis, & colores medii ex extremis, at materia & forma non miscentur, sed manent vnitæ, non ergo intelligi potest, quomodo tertia substātia ab omnibus simul iunctis, & vnitis distincta producatur, & sic volunt, vt D. Thom. & tot illustres doctores confiteantur illud, quod si superstitissent, non dicerent; propterea indubitanter teneas tu, quòd totum essentiale distinguitur realiter a partibus simul vnitis, qa causæ per se, & essentiales alicuius distinguuntur essentialiter, & realiter à causato: sed materia & forma sunt per se, & essentiales causæ simul vnitæ, igitur totum realiter distinguitur ab eis simul iunctis, & hoc voluit Ar. 2. de anima text. 2. vbi distinxit substantiam in materiam, & formam, & compositum, & dixit compositum esse tertium, quod est ex his. hoc voluit Auerr. 3. de anima. comment. 3. in solutione 2. quæstio. vbi inquit, Et est manifestum, quòd materia & forma copulantur ad inuicem, ita quòd congregatum ex eis sit vnicum, & maxime intellectus materialis, & intentio intellecta in actu, quod enim componatur ex eis non est aliud tertiū aliud ab eis; sicut est in aliis compositis ex materia & forma; quid clarius? non ergo valet glossa de toto essentiali, quod totū est suæ partes simul iunctæ constitutiuæ, & integratiuæ; licet de toto integrali hæc glossa verificari possit, & ad auctoritatem S. Thom. iam respondit auctor in respon. ad sentent. quòd sunt prædicationes causales, non autem identicæ, vel denominatiuæ ad illud excerptum in quo exteri dicunt argumenta, quibus probatur totum distingui à partibus simul sumptis teneri quo ad collectionem tantum, dicimus hoc esse falsissimum, quia argumentum de causa & causato, est demonstratiuum, & concludit absolute. Ad primam rationem exterorum, in qua quærunt, si illa tertia entitas facit compositionem cum partibus, vel non, dicas tu, quòd facit compositionem quæ vocatur compositio cum his, non autem compositio ex his vt docet D. Thom. q. 3. 1. par. Ad secundam rationem in qua dicunt, non intelligere quomodo ex materia, & forma fit aliquid tertium, & tamen materia & forma manent, dico, quòd hoc non est mirum, quia nolunt intelligere veritatem, cum Aristotel. dicat 2. de anima text. 6. Quare ex materia & forma fiat vnum, non est quærenda alia causa, nisi quia hoc est potentia, & illud actus: si ambo essent, & entia in actu, concluderet ratio sua, sicut dicit de elementis, & de mediis coloribus ex extremis.

Prædicatio causalis, & identica.

Opinio Græcorum.

Resolutio quæsiti.

QVAESTIO VI.

Vtrum infinitum sit ignotum.

At vero si est indiuisibile, nullum erit quantum &c. Tex. XVIII.

VÆRITVR sexto, Vtrum infinitū sit ignotum: & videtur, quod non.

Primo, Continuum est infinitum, quia est indiuisibile in infinitum, & est notū, ergo aliqd infinitū est notū.

Secundo. In intellectu possunt esse infinitæ species. ergo intellectus potest cognoscere infinitum, ergo infinitum non est ignotū. patet prima consequentia: quia intellectus potest cognoscere omnia, quorum habet species, probatur antecedens. In intellectu possunt esse duę species; ergo in eo possunt esse infinitæ species. probatur ista consequētia, quia simili modo arguit Phi. 4. physic. duo corpora possunt eē simul in eodē loco, ergo & quæcumque corpora possunt esse simul in eodem. Respondeo.

4. Physi. tex. 76.

De infinito dupliciter cōtingit loqui materialiter & formaliter.

Ad euidentiam istius difficultatis, Primo notanda sunt aliqua: deinde dicetur ad quæsitū. Sciēdum itaque primo, ꝙ quia infinitum est quædam natura, cui attibuitur ratio infinitatis, de infinito possumus loqui dupliciter. vno modo de ipsa ratione infiniti: alio mō de eo, cui attribuitur ratio infiniti. s. de linea, aut superficie, & huiusmodi, si ponerentur infinita.

Sciendum 2. ꝙ duplex est infinitum. s. materiale &

le & formale: cum enim materia finiatur per formam, eo quòd materia antequam recipiat formã, est in potentia ad multas formas, & cum vnam recipit, iam non remanet amplius in potentia: similiter forma specifica finiatur per materiam, inquantum forma secundum se communis est ad multa indiuidua: dum autem recipitur in materia fit forma determinata huius rei, potest aliquid dici infinitum dupliciter. Vno modo per carentiam termini, qui est forma: & tale dicitur infinitum materiale, ideſt non terminatum per formam: & hoc modo infinitum secundum quantitatem, dicitur infinitum materiale, tum quia quantitas immediate consequitur materiam, tum etiam, quia terminus quantitatis habet rationem formæ eius: punctus enim est quasi forma lineæ finitæ: & linea forma superficiei: & ideo quod est infinitum ideſt carens termino quantitatis, dicitur infinium materiale: quia est quasi materia sine forma. alio modo potest aliquid dici infinitum, per negationem materiæ terminantis, & limitantis eius esse: & istud dicitur infinitum formale: quia est sicut forma non limitata per materiam, & hoc modo prima substãtia, quæ est Deus, est infinita: quia suum esse non recipitur in aliquo, vt possit per illud terminari, sed est ipsum esse non receptum in alio. Inter ista duo infinita est differentia: quia infinitum materiale habet rationem imperfecti: dicitur enim infinitũ per carentiam formæ, forma autem habet rationem perfectiui: ideo tale infinitum dicitur per carentiam perfectionis. Infinitum autem formale habet rationem perfecti, nam forma non perficitur per materiam, immo magis imperficitur, eo q̃ sua amplitudo ad perficiendum plura limitatur, vnde tale dicitur infinitum per negationem imperficientis.

Differentia inter infinitum materiale & formale.

Infinitũ materiale, siue quãtitatiuũ dupliciter potest intelligi, & cognosci.

Sciendum. 3. quod infinitum materiale, siue q̃titatiuum posse cognosci, potest dupliciter intelligi, vno modo, quod cognoscatur per modum infiniti, scilicet numerando vnam partem post aliam: cũ enim de ratione quantitatis sit ordo partium, cognoscere infinitum per modum infiniti, est cognoscere omnes partes eius, numerando vnam post aliam: alio modo, quod cognoscatur per modum finiti, scilicet quod eius partes simul cognoscantur, non autem numerando vnam partem post aliam.

3. de anima, tex. 23.

Aduertendum 4. quod intellectus noster, si debet intelligere infinitum, non potest illud intelligere per modum finiti, scilicet simul intuendo distincte omnes partes eius: non enim potest plura simul intelligere, vt dicitur. 3. de anima, sed oportet si distincte cognoscere debeat, quòd illud intelligat p modum infiniti, cognoscendo vnam partem post aliam, vnamquamque scilicet per se considerando.

Infinitũ formale est, secundum se maxime notum. Tex. 20.

Quantum ad secundum ponuntur 4. conclusiones. prima est, Infinitum formale est secundum se maxime notum, probatur. Vnumquodque est cognoscibile, inquantum est in actu, vt dicitur 9. metaph. ergo quod maxime est in actu, est secundum se maxime cognoscibile: sed infinitum formale est maxime in actu, dicitur enim infinitum formale per negationem omnis materiæ, & potẽtialitatis: ergo est secundum se maxime cognoscibile.

2. Conclusio. Licet infinitum materiale, sit secũdum se ignotum, est tamen cognoscibile per modum finiti ab aliquo intellectu, prima pars probatur. Id quod secundum se caret forma, est secundũ se ignotum: quia per actum vnaquæque res cognoscitur: vnde & materia prima non cognoscitur, nisi per analogiam ad formam, sed infinitum materiale secundum se caret forma, dicitur enim infinitum materiale per carentiam formæ terminantis: ergo est secundum se ignotum. Secunda pars probatur. Intellectus potest simul intelligere, quæ simul per vnam speciem intelligibilem repræsentantur: sed omnes partes continui, quæ sunt infinitæ simul repræsentãtur alicui intellectui per vnam speciem: quia saltem intellectui diuino repræsentantur per diuinam essentiam, quæ est similitudo omnium: ergo saltem ab intellectu diuino potest cognosci infinitum per modum finiti.

Infinitũ per modum infiniti, a nullo intellectu cognosci potest.

3. Conclusio est. Infinitum per modum infiniti à nullo intellectu cognosci potest: ideſt cognoscendo & enumerando vnam partem post aliam: probatur. Quandocumque cognoscitur totaliter aliqua quantitate per partem post partem, aliquãdo peruenitur ad partem vltimam, sicut si aliquis cognoscit mille homines, prius cognoscendo vnum, & post alium, aliquando peruenit ad vltimum; sed in cognitione infiniti non potest ad vltimam partem peruenire, cum infinitum non habeat vltimũ: ergo infinitum per modum infiniti nullo modo cognosci potest. consequentia nota cum minori, & probatur maior. Ex oppositio enim prædicati infertur oppositum subiecti: valet enim non peruenitur ad vltimam partem quantitatis: cognoscendo vnam partem post aliam: ergo non cognoscitur totaliter.

4. Conclusio est. Infinitum materiale est ignotum nobis, etiam per modum finiti. probatur. Intellectus noster non potest simul plura intelligere, ergo non potest simul intelligere infinitas partes distincte.

1. Physi. tex. 25.

Si autem quæratur, quomodo intelligat Philosop. istam propositionem, Infinitum inquantum infinitum est ignotum, arguendo contra Anaxa. dicitur, quod intelligit eam in isto sensu, quod infinitum materiale quantum ad id, secundum quod est infinitum, scilicet aut secundum quantitatem continuam, aut secundum quãtitatem discretam, aut quocunque alio modo est secundum se ignotum ideſt non habens ex se vnde cognosci possit, & est ignotum nobis tam per modum finiti, quam per modum infiniti. Ex quo habetur, quod si principia rerum naturalium sint infinita, erunt ignota nobis, & per consequens res naturales erunt ẽt nobis ignotæ.

Species infinitas non repugnat esse in intellectu ex parte intellectus, secundum rationem infiniti ex intellectu agẽte.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam dicitur, quod licet continuum habeat infinitas partes in potentia, est tamen finitum in actu, & cognoscitur inquantum est finitum in actu, nõ autem distincte secundum omnes partes suas, quæ sunt infinitæ in potentia.

Ad 2. dicitur primo, quod non repugnat intellectui ex se habere infinitas species intellectuales, immo sicut est in potẽtia ad vnam speciem, ita ad infinitas, quia vna non impedit alteram.

Dicitur 2. q̃ repugnat intellectũ habere infinitas:

tas species: tum ex ratione infiniti: quia tunc esset infinitum in actu, infinito autem repugnat esse actu, tum etiam quia intellectus agens non potest cum phantasmate producere simul infinitas species in intellectu, sed oportet q̃ eas successiue producat, & in finito tempore, & sic numquam simul essent in intellectu.

3. phyſic. Tex. 56.

Dicitur 3. quod vtique valet ista consequentia. Si duæ species possunt esse simul in intellectu, ergo & infinitæ species possunt esse in intellectu, quãtum est ex parte intellectus, sed tamen aliunde repugnat infinitas species esse actu in intellectu, vt dictum est, non autem repugnat ibidem esse duas species.

Tex. 76.

Dicitur 4. quòd consequentia facta, & consequentia quam facit philosophus in 4. phyſic. sunt similes, loquendo ex parte intellectus. nam eadem repugnantia est, quod duo corpora sint in eodem loco, & quod infinita, quia. ſ. quantitates æquales non possumus imaginari esse distinctas, nisi per situs: vnde remota est repugnantia, qua ratione duo corpora possunt esse simul, eadem ratione & infinita. Sed posito, quod duo corpora possibile esset esse simul, adhuc tamen repugnaret infinita corpora esse simul, non ratione corporis, sed ratione infiniti: quia infinitum non potest esse in actu. Similiter in proposito, non est maior repugnantia, quod duæ species sint simul in intellectu & quod infinitæ, quoniam est ex parte intellectus, & specierum; ideo ista conditionalis est vera, si in intellectu possunt esse duæ species eadem ratione & infinitæ, quoniam ex parte specierum, & intellectus: sed cũ hoc stat, quod duæ species sint simul in intellectu, & tamen non possint ibi esse infinitæ propter aliã repugnantiam, vt dictum est.

Dicitur quinto, quod licet in intellectu possint esse duæ species in actu imperfecto, & habitualiter: non tamen possunt ibi esse in actu perfecto. i. ita q̃ intellectus simul actualiter intelligat per illas species: quia intellectus non potest simul vti pluribus speciebus intelligibilibus; vnde propter multiplicem defectum ratio non concludit.

ADDITIO.

Infinitũ dicitur multis modis.

DIGNVM annotatione duximus, cum dicat D. Thom. prim. par. quæst. 7. & quæst. 45. ar. 5. ad 3. & quæst. 86. articul. 2. nihil præter Deum est infinitum actu, nec potest esse etiam per potentiam Dei, nec secundum essentiam, nec secundum esse, nec secundum virtutem, nec secundum magnitudinem, nec secũdum multitudinem, quod auctor quoque tertio phyſicor. quæst. sua 6. & 7. hoc asserit: vane videtur, quòd perquirat hic, an infinitum sit ignotum, si non datur infinitum, & non ens non potest cognosci prim. posteri. text. 5. nisi dicamus, quòd Auctor quærit hoc totum propter rationem, quam adducit Aristote. in text. contra Anax. ponentem principia rerum naturalium infinita, & arguit: quia infinitum, secundum quòd infinitum est ignotum; quia si est infinitum, secundum magnitudinem, vel multitudinem, erit ignotum, secundum quantitatem: si autem est infinitum secundum speciem, puta quod constituatur ex infinitis secundum speciem diuersis, tunc erit ignotum secundum qualitatem, quia id quod est notum apud intellectum comprehenditur ab ipso, quantum ad omnia quæ ipsius sunt, quod non potest contingere in aliquo infinito. Si ergo alicuius rei principia sunt infinita, oportet ea esse ignota, vel secundum quantitatem, vel secundum speciem: sed si principia sunt ignota, oportet esse ignota ea, quæ sunt ex principiis: quia tunc arbitramur cognoscere vnumquodque compositum, cum scimus ex quibus, & ex quantis sit, tum etiam quia infinitum multis modis dici potest propter variationem illius dictionis, in quę potest negare, aut priuare, aut contrarium ponere, & si negat efficitur infinitum negatiue, de quo dixit philosophus 3. phyſicor. punctum esse infinitum; quia non est finibile, veluti dicimus vocem inuisibilem, quia non est colorata, si vero dictio in, priuat, tunc efficitur infinitum priuatiue, quod est quantum actu, sine principio, & fine, tamen est aptum finiri, de quo Philosophus, multis rationibus probat 3. phyſicor. non reperiri, & D. Thom. prim. par. quæst. 7. articul. 3. quia nihil in rerum natura esse potest sine terminis, quod sit aptum finiri, nisi forte motus cœli secundum aliquos Auerroistas, ex 12. primæ philosophiæ, si autem ly in, dicat contrarietatem, efficitur infinitum contrarie, quod quidem est sine principio, & fine, nec est aptum natum aliqua ex parte finiri, & hoc dupliciter, aut actu, aut potentia, vt patet de continuo. Datur adhuc infinitum secundum entitatem, sicui est essentia Dei, datur infinitum secundum vigorem, vt potentia Dei, de quo D. Thom. prim. par. quæstio. 25. & datur infinitum secundum durationem, vt est cœlum, datur infinitum secundum indeterminationem, quod est materia prima. propter igitur hanc varia tionem & multiplicitatem infiniti necessarium erat perquirere, num infinitum sit cognoscibile, & determinauit Auctor, quòd infinitum ex parte formæ est secundum se maxime cognoscibile, licet non infinitũ ex parte materiæ.

Motus cœli quomodo ẽ infinitus.

Qũo infinitum sit intelligibile.

Nota quoque, quod clarior resolutio habetur a D. Thom. vt ostendi in quæstionibus meis metaphysicalibus contra Antonium Andream, in 2. metaphyſicor. quod infinitum non est intelligibile à nobis per se, & quo ad definitionem quid rei, sed bene est intelligibile sub ratione, & definitione quid nominis, vnde non est concedendum ipsum posse intelligi per speciem propriam, & proprio conceptu ab eo genito, sed per speciem ipsius finiti seu conceptu genito ab ipsa re finita, veluti silentium percipitur ab auditu, sed non per speciem silentii, sed per speciem soni, quæ primo, & per se repræsentat sonum, per accidens autem silentium; quia vt scribitur nono prim. philosoph. eadem est species contrariorum, vnius enim per se, alterius per accidens, sic ergo in via Thomistica ipsum infinitum non est per se intelligibile per rationem quid rei, sed per accidens per rationem quid nominis, quia infinitum non per se continetur sub ente sensibili, quod est per se obiectum intellectus, quod dicitur quidditas rei materialis, igitur non est per se intelligibile, nam obiectum nostri intellectus, ait D. Thom. prim. part. quæstio. 12. est quidditas rei materialis. Adde quòd si infinitum intelligeretur, aut vna, aut pluribus intellectionibus, non vna, quia vna intellectio fit ab vna specie, sed infinitum non potest per se efficere speciem in intellectu, quia tunc esset in actu, & ita infinitum, omne enim est in actum finitur, nec pluribus, quia tunc oportet fingere plures species, & sic plures formæ, & plura accidentia eiusdem speciei possent esse in eodem subiecto, quod est contra Aristotel. 5. diuinorum, & prim. par. quæst. 12. adducit aliam rationem D. Thom. quia

Pulchra rõ.

inter

inter obiectum & potentiam debet esse proportio. Sed inter infinitum & inter intellectum finitum non est proportio, propterea noster intellectus non poterit cognoscere infinitum, quãtum videlicet ad quid rei, sic enim concludunt istæ rationes, immo fuit dubitatio, an Deus cognoscat infinita apud Theologos: & multi tenuerunt, quòd Deus scientia visionis non cognoscit infinita, quæ opinio est erronea, vt ostendit D. Thom. prim. par. quæst. 14. quia Deus scit cogitationes, & affectiones cordium, quæ in infinitum multiplicabuntur, creaturis rationabilibus permanentibus absque fine, & quia Deus cognoscit per suam essentiam, tanquam per speciem intelligibilem, quæ est similitudo sufficiẽs omnium quæ sunt, vel esse possunt, non solum quantum ad principia communia, sed etiam quantum ad principia propria cuiuscunque rei, iccirco per istam speciem cognoscit infinita etiam secundum quòd sunt abinuicem distincta, nedum scientia simplicis intelligentiæ, sed etiam scientia visionis.

Duplex est scientia, alia visionis alia simplicis intelligentiæ.

QVAESTIO VI.

Vtrum cuiuslibet rei naturalis, detur maximum, & minimum.

Igitur infinitum, secundum quòd infinitum ignotum est, &c. Tex. XXXIII.

VÆRITVR septimo. Vtrum cuiuslibet rei naturalis detur maximum, & minimum, Videtur quod nõ. Primo, si daretur minimum rei naturalis, sequeretur, quod corruptio substantialis non esset terminus alterationis, sed hoc est contra philosophum 1. de generatione. ergo &c. probatur consequentia. Accepto minimo ignis, diuidatur, tunc arguitur sic: aut partes illæ remanent separatæ, aut non, sed corrumpuntur: si dicatur, quod remaneant, ergo dabitur minus minimo, quia pars est minor suo toto, hoc autem est impossibile: si dicatur, qđ corrumpãtur, & ibi nulla est alteratio præcedens: ergo talis corruptio non est terminus alterationis.

Text. cõ. 18.

Tex. 7.

2. omne graue est grauius aliquo; vt dicitur 4. cœli: ergo non datur minimum graue. patet consequentia, quia ex oppositio consequentis infertur oppositum antecedentis. si enim datur minimum graue: ergo nõ omne graue est grauius aliquo, qa minimum graue non est grauius aliquo: alioquin minimo daretur minus.

1. cœli. cõ. 8.

Tertio. Continuum omne est diuisibile in infinitum: ergo non datur minimum. Si dicatur, quod continuum naturale est diuisibile in infinitum in partes inexistentes, non autem in partes per se existẽtes, est enim deuenire ad aliquam partem, quæ si diuideretur, partes eius non subsisterent, sed corrumperentur: Contra, quia philosophus. 5. metaph. definiens quantum, dicit, Quantum vero dicitur, quod est diuisibile in eis, quæ insunt, quorum vtrumque aut singulum vnum sit, & hoc aptum natum est esse: quæ vltima verba exponit S. Tho. dicens, qꝓ ea ponit philosophus ad remouendum diuisionem in partes essentiales, quæ sunt materia & forma: nam neutrum eorum aptum nntum est esse vnum aliquid per se: ergo quantum est diuisibile in partes, non solum inexistentes, sed etiam per se subsistentes.

Tex. com. 8.

4. Ignis est augmentalibus in infinitum, vt dicitur 2. de anima, ergo non datur maximum cuiuslibet rei naturalis.

2. de anima Tex. 41.

5. Quia dato maximo igne, apponatur sibi aliquod combustibile, tunc quæritur, aut maximus ignis comburet illud combustibile, aut non: si dicatur, qꝓ non, contra: Paruus ignis potest illud cõburere, ergo à fortiori maximus ignis, si dicatus qꝓ sic tunc ignis ex conuersione illius combustibilis augebitur, & sic efficietur maior, ergo dabitur maior igni maximo.

6. Sequitur, quod dato maximo homine, non posset pingue fieri, neque tumefieri ex percussione; quod est inconueniens, ergo non datur maximum.

Rñdeo. Ad euidentiã istius difficultatis, primo declarabitur titulus qõnis, secũdo dicetur ad quæsitum. Sciendum itaque primo, qꝓ ens naturale dicitur à natura: dupliciter autem aliquid habet ordinem ad naturam: vno modo tamquam ad sui principium intrinsecum, & essentiale, quia. s. natura est eius principium constitutiuum, & hoc modo compositum ex materia & forma dicitur res naturalis: alio modo tamquam ad principium à quo fluit, quia. s. consequitur naturam: & hoc modo omne accidens originatum à composito ex materia & forma, dicitur res naturalis: per rem ergo naturalem intelligimus tam illud, quod est cõpositum ex materia & forma, quam illud quod est accidẽs compositi ex materia & forma.

Sciendum 2. qꝓ minimum alicuius naturæ est, quo non datur minus secundum quantitatem in tali natura; & maximum quo non datur maius in tali natura.

Quæritur ergo vtrum cuiuslibet rei naturalis det maximũ, & minimũ. i. vtrũ det aliqd ita paruę quantitatis, quod ipso non detur aliquid minoris quantitatis in tali natura, & aliquid ita magnum quod non detur aliqnid maius in tali natura, ver. gra. vtrum detur homo ita paruus, qꝓ ipso non potest dari minor homo, & aliquis ita magnus, qꝓ ipso non potest dari maior homo.

Non incõuenit aliquid vni repugnare secũdum vnam rõnẽ, & tamen secundũ aliã conuenire.

Quantum ad secundum notãdum primo, quod non inconuenit aliquid vni repugnare, secundum vnam rationem considerato, quod tamen non repugnat sibi subalia ratione, ver. gra. esse disciplinę susceptibilem, non repugnat asino, inquantum est animal: quia tunc nullom animal esset disciplinabile: repugnat tamen sibi, inquantum est irrationalis.

Notandum secundo, quod ens naturale, & est naturale inquantum habet formam naturalem, & est continuum inquantum est vnitum formæ, quæ est quantitas continua: possumus ergo considerare ens naturale, inquantum ens naturale, & possumus ipsum considerare solum sub ratione continui.

Sciendum

Sciendum 3. quod de minimo rei naturalis possumus loqui dupliciter: vno modo de minimo potest esse minus per se subsistenti, scilicet quo non per se subsistens in tali natura: vt ver. gratia. illud sit minimum aquæ, quo non potest dari minus subsistens in natura aquæ. alio modo de minimo inexistente scilicet, quo non est minus in toto. ver. gra. accepta aliqua tota aqua, illa pars totius aq̃ diceretur minima, qua nulla esset minor existens in illa tota aqua. Istis notatis ponuntur tres cõclusiones, quarum prima est: Rei naturalis inquantũ continua est, idest considerata in ea sola ratione cõtinui, non datur minimum. probatur. Si daretur minimum rei naturalis considerata sola ratione quantitatis: tunc quantitatis etiam mathematice considerate, daretur minimum: sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur consequentia, quia considerare in re naturali solam rationem quantitatis, est considerare quantitatem mathematice, mathematicus enim considerat sine materia ea, quæ habent esse in materia. probatur falsitas consequentis, qa continuum mathematice acceptũ, est diuisibile in infinitum, cum nihil sit in eo diuisioni repugnans.

2. Conclusio est ista, Non datur minimum rei naturalis inexistens. v. g. non datur minima pars a quæ inexistens toti aquæ, sed quacunque parte data, datur minor existens in tota aqua. probatur, si daretur tale minimum, sequeretur quod totum naturale esset compositum ex diuisibilibus, sed hoc est falsum, ergo non datur minimum inexistens. probatur consequentia. si datur minimum inexistens, sequitur, quod illud sit indiuisibile, quia si esset diuisibile, tunc haberet aliquid minus se, scilicet partem, & per cõsequens non esset minimum, ergo totũ naturale resoluetur ad indiuisibilia, sed vnumquodque componitur ex his, in quæ resoluitur, ergo totum naturale cõponetur ex indiuisibilibus, falsitas consequentis patet, vt habetur 6. physicorum, quia indiuisibile additum indiuisibili nõ facit maius. Patet etiam ex verbis Commen. dicit enim quòd conuenientia est inter mathematicum & naturalem in hoc, quod quilibet ponit lineam diuisibilem in infinitum, semper enim diminuitur (dicit Commen.) siue consideretur, secũdum quod est in materia, siue secundum quòd est in imaginatione.

Tex. cõm. 2.

Auer. 4. phy. comm. 60.

Cuiuslibet rei naturalis datur minimum per se potens subsistere, & maximũ.

3. Conclusio est ista, cuiuslibet rei naturalis datur minimum per se potens subsistere, & maximũ: probatur: ad quamlibet formam naturalem consequuntur determinata accidentia: sed quantitas est vnum de accidentibus consequentibus formam naturalem; ergo cuiuslibet rei naturalis est determinata quantitas, & non potest minui, nec augeri in infinitum.

Dicetur forte ad istam rationem, quod concludit quantitatem vniuscuiusque indiuidui esse determinatam. v. g. quantitatem Sortis, ita quod non potest augeri, nec minui in infinitũ, quia sequitur formam Sortis, quæ requirit determinatam quantitatem, non autem concludit, quod in tota latitudine speciei detur maximum & minimum. v. g. minimus & maximus homo.

Sed contra, sicut formam naturalem cõsequuntur determinata accidentia, ita formam specificã: non enim potest homo habere albedinẽ lactis, neque figuram quancumque: ergo non solum forma numeralis requirit quantitatem determinatã, sed etiam forma specifica, est enim aliqua quãtitas ita parua, & aliqua ita magna, sub qua non posset saluari forma hominis.

Contra istam cõclusionem arguitur ex Scot. 2. sent. vbi etiam habetur argumentum contra respõsionem ad 3. positum in principio quæstionis.

Scot. 2. sẽt. d. 2. q. 9. 2ã.

Primo sic. Partes alicuius totius sunt eiusdẽ rationis cum toto, secundum materiam & secũdum formam: ergo qua ratione potest totum per se existere, eadem ratione quælibet pars eius.

2. Partes sunt naturaliter priores toto: ergo possunt esse sine toto, & per consequens omnes poterunt per se existere: ergo non datur minimum potens per se existere. probatur vltima cõsequentia. quia non datur minimum inexistens, ergo si vnaquæque pars potest per se existere, non datur etiã minimum per se subsistens.

3. quælibet pars habet naturam, vt possit esse in diuiduum eiusdem speciei cum toto, ergo quælibet potest per se existere extra totum.

4. Etiam argui potest sic. In motu locali non potest esse minimum, & tamen est vt forma naturalis: ergo nõ cuiuslibet rei naturalis datur minimũ: maior probatur, quia si daretur minima pars motus localis, daretur minima magnitudo, super quã fit motus, sed hoc est falsum, quia non datur minima magnitudo inexistens, vt dicit 2. conclusio; ergo &c. Ad ista respondetur.

Ad primum quidem dicitur, quod consequẽtia non valet. non enim per se existere consequitur naturam, quocumque modo se habentem, sed speciali modo & determinato, id est, vt stat sub tanta q̃titate, ideo potest aliquod totum per se existere, & tamen partes suæ per se existere non possunt.

Q. 3. cõm. 3.

Ad 2. dicitur primo, quod supponit falsum, scilicet quod totum integrale sit aliud à suis partibus, cuius oppositum dictum est superius. Dicitur 2. et illo admisso, quod prima consequentia est falsa, nõ enim omne, quod est prius altero natura, & causalitate, potest esse sine alio, idem vniuoce manens, caput enim, quod est pars hominis, non potest esse separatum ab homine, si enim separetur, nõ erit 'am plius caput, nisi æquiuoce.

Ad 3. negatur antecedens, licet enim pars in homo geneis, sit eiusdem naturæ cum toto, hoc tamẽ nõ sufficit ad hoc, vt possit esse per se indiuiduum, sed requiritur, vt habeat quantitatem, quam sibi determinat forma ad hoc, vt sit in actu, hoc autem non conuenit cuilibet parti existenti.

Datur minimũ in motu locali, si ad diuisionem mobilis diuidatur, secus autem, si ad diuisionem imagnitudinis.

Ad 4. dicitur primo, qꝓ motus localis potest dupliciter diuidi, vno modo ad diuisionem mobilis. Alio modo ad diuisionẽ magnitudinis, super quã fit motus. Si diuidatur ad diuisionem mobilis, sic datur minimum per se subsistens, sicut est de aliis accidentib. s. albedine, aut dulcedine, & sic de aliis, non qꝓ accidentia sint sine subiecto, sed dicũtur subsistere per se, quia. s. existunt separata ab aliis suis partib. quantitatiuis. Si autem diuidatur ad diuisionem mangitudinis, super quam fit motus sic nõ datur minimum, vt deducebat argumentum.

Dicitur 2. quod si diuidatur per comparationẽ

ad magnitudinem, super quam fit motus, tunc nõ cõsideratur, vt forma sensibilis rei, quæ mouetur, sed solum tunc habet rationem quanti: ideo nõ sequitur, quod non detur minimum rei naturalis, si non detur minimum motus, sed q̃ non detur minimum quanti considerata in eo sola ratione quantitatis, q̃ cõcessum est in prima cõclusione.

1. Physi. tex. 36. Confirmatur hæc conclusio auctoritate philosophi, nam arguens contra Anaxagoram expresse ponit.

Dicunt autem quidam, q̃ philosophus in illo loco voluit, q̃ est dare minimum corpus, per se sensibile de tali specie: ita q̃ minus eo per se subsistẽs de tali specie sentiri non potest, & hoc sufficiebat contra positionem Anaxag.

Sed manifeste conuincitur, hanc responsionem nullam esse, quia etiam Anaxag. hoc ponebat, ponebat enim insẽsibiles partes infinitas, vt dicit philosophus. 1. phy. te. 34.

Præterea 2. de anima dicit philosophus, quòd natura constantium omnium terminus est, & ratio mægnitudinis.

Auer. 1. phy. com. 36. 2. de anima Tex. 41. Arguitur etiam auctoritate Commentatoris dicentis. Si compositum est finitæ, & terminatæ quãtitatis, necesse est, vt partes ex quibus componitur sint finitæ in mensura, & in numero, sed composita sunt finitæ quantitatis & terminatę: ergo & partes eius sunt terminatæ, & finitæ. Item commento 37. dicit, Caro enim habet in paruitate magnitudinem terminatam, quam non pertransit. s. q̃ non inuenitur caro habẽs magnitudinem minorem ista. Item commento 38. Manifestum est per se, quod quantitas carnis est terminata in magnitudine, & paruitate. Item 6. physic. Minimum de omni genere rato est determinatæ quantitatis. Item 7. phy. Primum motum in igne est minima pars, quæ potest esse ignis in actu.

Idẽ. 6. physi. cõm 32 & 7. phy. cõm. 2.

Sequitur ex ista conclusione, q̃ nihil potest agere ad corruptionem partis minimi, quin agat ad corruptionem totius. Si. n. ageret in vnam partem corrumpendo eam, & non corrumperetur totum minimum, tunc aliqua pars minimi per se maneret, & sic daretur minus minimo per se subsistens, & quod dicitur de substantia dicitur etiã de qualitate: nam si daretur in aliquo minima calliditas, non posset aliquod alterãs agere ad corruptionem partis illius, quin ageret ad totius corruptionem: & ideo posito alterante sufficiẽter applicato, in instanti totam illam minimam calliditatem corrũperet: nec repugnat alterationi formæ habentis minimum gradum, vt fiat in instanti præsertim in primis qualitatibus.

Nõ põt minimi pars corrumpi quin totum corrumpatur.

Generatio & corruptio alia est naturalis, alia violenta, & quid vtraq;

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum quidem dicitur, q̃ generatio, est duplex, vna naturalis, & similiter corruptio, q̃ scilicet fit p abiectionem dispositionum secundum ordinem à natura institutum, & istam præcedit alteratio, & de hac loquitur philosoph. de qua loquendo negatur consequentia: & ad probationem dicitur, quod diuiso minimo corrumpuntur partes: sed nõ ista corruptione. Alia est generatio, quæ non est secundum ordinem naturæ, & similiter corruptio, quæ non fit per abiectionem formæ secundum ordinem naturæ, quæ magis dicitur corruptio violenta, quam naturalis. De hac non loquitur philosophus, vnde negatur falsitas consequentis.

Posset secundo dici, q̃ in tali corruptione partiũ minimi, diuisio tenet locum alterationis.

Contra istam responsionem, inquantum dicit, q̃ partes minimi corrũperentur, arguitur ex Sco. vbi supra, Si corrumperẽtur: quæritur in quid corrumperentur: si dicatur, quod in continens, vel in aliud elementum: Contra, quia tunc non erit ad q̃ positum, quærimus enim de minimo potenti existere per se, ex ratione intrinseca, hoc est cui q̃ aliquid intrinsecum repugnet minus eo esse: si autem corrumpantur partes eius in continens, repugnabit alicui dari minus eo, solum ex ratione extrinseca, scilicet ratione cõtinentis corrumpẽtis minus eo; vnde remoto omni extrinseco continenti, aut corruptiuo, non corrumpentur partes illæ, & per consequens dabitur minus minimo. 2. dist. 2. q. 9.

Dicitur ad hoc primo, quod si corrumpantur in elementum, vel aliquod continens, talis corruptio non solum est ab extrinseco, sed etiam ab intrinseco: quia. s. formæ illius ignis, repugnat esse sub minori quantitate.

Dicitur 2. quod casus implicat cõtradictionem, dum ponit quod remoueatur omne corruptiuum, & ponit esse aliquod diuisiuum carnis: nam omne diuisiuum minimi est eius corruptiuum.

3. Dicitur, q̃ casus est naturaliter impossibilis, q̃. s. remoueatur omne corruptiuũ minimi rei naturalis. Si autem fieret per potẽtiam diuinam, tũc conuerterentur partes illæ in id, quod Deo placeret, quodcunque sit illud. non oporteret solicitari. Posset etiam dici, quod illæ partes annihilarentur per talem diuisionem, non quidem, quia ipsa diuisio esset per se, & principalis causa annihilationis: sed esset causa sine qua Deus non annihilaret.

Ad 2. dicitur, quod philosophus nõ loquitur ibi secundum opinionem propriam, sed secundum opinionem illorum, qui definiẽtes graue, & leue definiebant solum graue, & non leue in respectu: & non graue & leue simpliciter, vt patet ex processu philosophi ibid. 1. cœli. te. 7.

Ad 3. dicitur primo, q̃ cõtinuum mathematice consideratum est diuisibile in infinitum: non autẽ continuum naturale inquantum naturale.

Dicitur 2. loquendo de continuo naturali, quod respõsio ibidem data est bona: essentiale. n. est cuilibet quanto, diuidi posse in infinitum in partes. i. habere infinitas partes, quarum vna nõ sit alia: sed non est essentiale quanto in materia existenti diuidi in partes infinitas per se subsistentes. Ad improbationem illius responsionis dicitur, quod philosophus ibi definit quantitatem, non autem quãtum naturale, vnde tex. cõm. 18. habet istũ terminum quantitas, vbi tex. noster hunc terminum quãtum. 5. met. te. 18.

Ad 4. dicitur, quod mens philosophi non est, q̃ ignis simpliciter possit augeri ad quancumque quantitatem, immo ipse ibidem dicit, quod omniũ natura constantium est determinata ratio magnitudinis, & augmenti. Sed quod cum vellet inferre, augmentationem in rebus viuentibus non fieri ab igne, vt aliqui philosophi voluerunt, assumpsit, q̃ ignis est augmentabilis in infinitum. i. potest excedere omnem magnitudinem rei viuentis, si sibi apponatur combustibile, ex quo sequebatur, quod si esset 2. de anima tex. 7. Vide Caiet. 1. p. q. 7. ar. 3. ad dub. Sco.

esset causa augmenti, & quod perduceret viuentia ad multo maiorem quantitatem, quam sit quantitas viuentium.

Ignis dicitur vnus dupliciter, simpliciter. & per aggregationem. Respondetur 2. quod loquitur Aris. de igne qui est vnus per aggregationem secundum quod in diuersis materiis forma ignis introducitur: nam cum aliquod combustibile ignitur, non augmentatur ignis præexistens, sed fit vnus ignis per aggregationem tantum, & talis ignis augeri potest in infinitum, sicut augeri potest cumulus lapidum per adiũctionem aliorum lapidum, nos aũt loquimur de vno simpliciter, quia vnus numero augeri non potest in infinitum, ut. s. semper vnus numero producatur maior in infinitum, voco autẽ vnum ignẽ numero, qui constat ex vna duntaxat materia, & vna forma, non autem, qui aggregatus est ex multis formis ignis, & multis materiis.

Ad 5. dicitur, vel quod ille ignis non combureret tale combustibile, vel si combureret & conuerteret illud in ignem, tanta quantitas ignis corrumperetur ex alia parte ab influxu cœli, aut ab aliquo contrario sibi applicato, eo quod natura intendat determinatam quantitatem in elementis.

Ad improbationem primæ partis responsionis dicitur, quod licet paruus ignis cõbureret, non tamẽ ille maximus, quia forte repugnaret maximo, eo quod non posset esse sub maiori quantitate, non autem repugnaret paruo igni.

Potest etiam dici conformiter ad prædicta, qđ combureret quidem, & conuerteret illud combustibile in ignem, non tamen daretur maius maximo, quia per talem conuersionem combustibilis in ignem, non augeretur ignis præexistens, sed alius ignis generaretur; & sic fieret aliquod maius per aggregationem plurium ignium, non autem fieret aliquid vnum simpliciter, quod esset maius maximo.

Ad 6. respondetur primo, quòd maximus homo non posset tumefieri ex percussione, propter repugnantiam formæ ad maiorem quãtitatem. Respõdetur 2. quod in heterogeneis, licet detur maximũ ad quod peruenire possit per naturale augmentũ, & ab intrinseco, non tamen datur maximum, ad quod peruenire possit per violentiam, & ab extrinseco: vnde talis homo ex percussione tumefieret, & tunc dicitur, quod non est inconueniens maximo naturali dari maius, & per violentiam, & ab extrinseco.

minimum, nec de indiuiduis in quibus est, sed nõ cognoscitur. In hoc. n. omnes Philosophi conueniunt quod oportet dare minimũ per se existens, & præcipue in heterogeneis, nam Auerroistæ cõiter tenent, quod entia naturalia determinantur ad maximum & minimum: datur. n. in minima pars ignis, minima caro, i minimum os, quæ nõ patiuntur amplius diuisionem: siquidem diuisio minimi est eiusdem corruptio, & quemadmodũ datur minimum sub quo minori non potest stare forma naturalis, sic datur maximum, sub quo maiori forma naturalis esse nequit; & sic minimum est constans ex materia, & forma, vt habet Auerr. 3. metaph. tex. 17. quod minima pars ignis est composita ex materia, & forma, & minimus calor est terminatus per se, & sicut minima forma, & ita est in corporibus simplicibus, sicut in compositis; hoc clarius scribitur 6. Physi. commen. 9. & 49. & 8. physic. 44. & commen. 62. & in multis aliis locis, hanc opinionem sequutus est D. Tho. ubi supra, & sequuti sunt oẽs Philosophi vsq. ad hęc nostra tẽpora, & currit per omnes scholas, immo Simplicius auctoritate Theophrasti idem substinet in hoc primo libr. physi. & quia Theophrastus fuit discipulus Aristo. & oretenus ipsum intellexit, signum ergo est, quod hæc fuit, & est vera & germana sententia Aristo. & præcipue 2. de generatione, ubi habet, quod ex minima parte aeris producuntur decem partes ignis propter nimiam raritatem, & primo de generatione cap. vlt. vbi loquitur de mistione, dicit, quod non potest fieri mistio, nisi miscibilia reducantur ad minima, adeo ut minimum vnius tangat minimum alterius, & dat exemplum de grano ordei, non enim potest misceri cum grano frumenti, nisi fiat farina, & reducantur ad minimas partes. hic ergo locus inficiari non potest, quin omnes dicant de mente Philosophi dari minimum in entibus naturalibus, & 8. physic. tex. 23. ubi loquitur de scissione lapidis, & dicit, quod scissio, & concaŭatio lapidis fit tota simul. nunc si quæras a Scoto, & a sequacibus; illud totum; quod simul cauatur, vel habet partes, vel non, si non habet partes, ihoc est minimum, quod simul introducitur existens indiuisibile, si habet partes, falsum est ergo dicere, quod totum habens partes simul cum partibus introducatur, quod est contra Ar. Deinde Philosophus, in tempore & in motu, quæ sunt entia successiua, adinuenit minima, siquidem in tẽpore ponit nunc, siue instans 4. physicor. tractatu de tẽpore, & in motu posuit momentum, & quare in continuo, quod etiam est de genere successiuorum. 3. physic. ad principium, non inuenit minimum, aliter esset diminutus, & in libr. de sensu & sensato. cap. 6. ait quod species sensibiles sunt diuisibiles ad diuisionem suppositorum, & deuenitur in ipsis ad minima, quæ resoluuntur in continentia, ut minimus sapor infusus mari, q̃ clarius ponit primo de gen. c. de mistione. de gutta vini, si ponatur in mille amphoris aquæ, immo 8. physi. adeo amplexus est istam opinionem Aristo. quod posuit 44. con tex. quod in entib. diuisibilibus deueniendũ est ad vnũ primũ, quod est minimũ indiuisibile, & 7. politicorum c. 4. adeo sibi placuit hæc opininio; quod loquẽs de ciuitatib. dixit, q̃ & ipsæ habent certos limites, sicuti aãalia, & plantæ, de quibus 2. de aña 41. determinauit oĩum natura constantium. i. viuẽtiũ (quia de istis loquitur ibi) est certus terminus augmenti, & decrementi, & aduerte, quod loquimur modo scrutando merita naturæ, quia respectu potentiæ Dei absolutæ nulla res habet certum & terminatum limitem suæ magnitudinis, aut paruitatis, vt scripsit D. Tho. pri. par. quæst. 25. vnde imponendum est perpetuum silentium huic quæsito, amplectẽdo opinionem D. Thom. quæ est tot illustrium virorũ, & reiiciendo opinionem Scoti, qui in hac disputatione sibi ipsi

Opinio Simplicii de minimo.

Sensus quæsiti.

ADDITIO.

Triplex est compositio. NOTA, quod cum triplex sit compositio, ut docet Philosophus 2. de partibus. ca. 1. prima compositio est elementorum ex materia & forma, secunda partium similarium ex elementis; tertia partium organicarum ex similaribus. partes organicæ, & heterogeneæ determinantur ad maximum, & minimum, quia cum detur terminus agendi & actionum, & actiones proueniãt a partibus organicis, debet etiam in ipsis dari terminus ad maximum, sub quo maiori nõ possunt ab ipsis actiones prouenire, & ad minimum sub quo minori non possunt actiones produci. presens igitur disputatio non est de speciebus in quibus est, & cognoscitur maximum, &

Contra Scotum.

sibiipsi aduersatur:tenet enim ipse in heterogeneis dari minimum per se existens,quia hæc talia habent determinatam virtutem, & sic determinatam quantitatem in maius,& in min⁹, sed in homogeneis negat minimũ, bone Deus,si heterogeneum componitur ex homogeneis,& in homogeneis non datur minimum per Scotũ, igitur nec in heterogeneis dabitur contra ipsum Scotũ, & contra alios hoc uolentes,deinde 2.de anima, Actus actiuorum recipiuntur in patiente bene disposito ; sed vna dispositio est quantitas,si ergo reliquæ dispositiones ipsius materiæ sunt determinatæ, igitur & quãtitas ipsa, vt omnibus luce meridiana clarius est.

QVAESTIO VIII.

Vtrum prima principia rerum sint prima contraria.

Hoc autem facere est impossibile &c.
Tex. XXXIX.

VAERITVR octauo. Vtrum prima principia rerum, sint prima contraria,& videtur quod non.

Primo prima principia non sunt ex aliis, sed prima contraria sunt ex aliis; ergo prima contraria non sunt prima principia: consequentia nota cum maiori,minor probatur,prima contraria continentur sub genere,& sunt ex ipso,eo quod contraria sunt, quæ maxime distant sub eodem genere, ergo prima contraria sunt ex alio.

In Caiet. de substantia.

2.Prima principia naturalium rerum,sunt principia substantiæ, quia substantia est primum ens mobile:sed principia substantiæ non sunt cõtraria, quia substantiæ nihil est contrarium, vt dicitur in prædicamentis.ergo &c.

3.in cælo non sunt principia contraria;& tamen cœlum est ens naturale:ergo prima principia entium naturalium,non sunt contraria.

4.principia rerum naturalium sunt simul in eis, sed contraria non possunt esse simul in eodem subiecto:ergo contraria non possunt esse principia.

5.ad generationem rei sufficit,quod vnum sit actiuum,& sit alterum passiuum:& hæc sunt materia & forma,quæ non sunt contraria:ergo nõ oportet principia esse contraria. Responsio.

Ad euidentiam istius difficultatis, primo præmittentur aliqua, 2.dicetur ad dubium.

Intelligendum itaq. primo,quod duplicia sunt principia rei,scilicet intrinseca & extrinseca:intrinseca sunt,quę sunt in ipsa re,sicut materia & forma extrinseca sunt,quę sunt extra rem, faciunt tamen ad productionem rei, sicut agens & finis. Loquimur autem hic, & loquitur philosophus in litera de principiis intrinsecis;non autem de principiis extrinsecis,

Sciendum secũdo,quod duplicia sunt principia intrinseca rei,scilicet principia trãsmutationis rei, & principia esse rei:principia intrinseca transmutationis rei dicuntur illa,quę necessario sunt in re,ex eo quòd transmutatur:& ista sunt materia,forma, & priuatio,vt dicetur inferius:principia intrinseca esse rei sunt illa,ex quib.rei essentia constituitur,sicut materia & forma in compositis ex materia & forma.

Principia intrinseca rei sunt duplicia.

Sciendum 3.quia in omni contrarietate includitur oppositio priuationis & habitus, eo quòd vnũ contrariorum semper est deficiens, & imperfectũ respectu alterius,ideo contrarietas aliquando accipitur in proprio significato,scilicet pro oppositione duarum formarum,aliquando accipitur magis extenso vocabulo, vt etiam nomen contrarietatis extendatur ad priuatiuam oppositionem, ut scilicet priuatiue opposita dicantur contraria.

Prima principia rerum naturalium sunt prima contraria.

Istis præmissis ponitur conclusio ista de mente Phil.tex.42.& in sequentibus. Prima principia rerum naturalium sunt prima contraria, quæ conclusio intelligenda est de principiis intrinsecis quoad fieri,& de aliquibus talibus principiis, non est.n. verum de omnibus,nam materia & forma, quæ ẽt sunt principia,non sunt contraria, cum vnum perfectio alterius sit.

Ibidem.

Istam conclusionem probat philosophus dupliciter,primo auctoritate,secundo ratione. Auctoritate,quia antiqui philosophi omnes principia contraria ponebant. Illi enim qui ponebant unum ens immobile,ponebant principia calidum & frigidũ, quæ sunt contraria,& calidum attribuebant igni, frigidum vero terrę, illi vero qui ponebant vnum principium mobile,dicebant rarum,& densum esse principia,quæ aliquo mõ sunt contraria : similiter Democritus ponebat vacuũ & plenũ, & similiter illa cõtraria esse principia rerum, vt patet ex philosopho.

Sed circa opinionem Parmenidis dubium est. Si.n.posuit vnum ens immobile,non videtur quomodo potuerit ponere calidum & frigidũ esse principia:iam enim essent plura entia.

1.Met.lect. 9.tex.c4.

Sed dicendum vt habetur. 1.Meta.quod Parmenides posuit esse vnum solum ens secundum veritatem,& secundum iudicium rationis, posuit autẽ esse plura secundum iudiciũ sensus , vnde dicebat, quod vnum istorum contrariorum,s.calidum erat ens secundum iudicium rationis,& secundum veritatem,alterum autem.s.frigidum secundum rationem,& secundum veritatem erat non ens,sed secundum iudicium sensus erat ens.

Ratio hꝫ habetur tex 42.

Ratione vero arguitur sic. De ratione primorũ principiorum sunt tria.s.quod nõ sint ex aliis,quia si essent facta ex aliis,non essent prima , quod non sint ex alterutris.i. quod vnum non fiat ex altero, quia si vnũ fieret ex altero,vnumquodq.esset principium,& principiatum,& sic non essent simpliciter principia,& tertio ꝙ omnia sint ex illis , quia omnia sunt ex secundis principiis , aut ex primis immediate,& si sunt ex secundis principiis (cum illa sint ex primis) sequitur quod ẽt omnia sint ex primis. Sed ista tria conueniunt primis contrariis. prima.n.contraria non fiunt ex aliis,eo ꝙ sunt prima,neque fiunt ex alterutris, & si.n. frigidum fiat ex calido,inquantum id, quod est subiectum calidi-

Tex 41.

ditatis, fit subiectum frigiditatis, numquam tamẽ frigiditas fit ex caliditate,ita quòd frigiditas componatur ex caliditate , aut mutetur in frigiditatẽ. omnia etiam fiunt ex contrariis,nam album fit ex non albo,& non ex quolibet non albo,quia non fit ex scamno,sed ex tali non albo,quod est nigrũ,aut ex medio.s.rubeo,aut viridi,aut alio colore,similiter musicum fit ex non musico , & non ex quolibet non musico,sed ex opposito.s.ex immusico.i.quod est natum habere musicã,& non habet:item consonans fit ex inconsonanti,& sic de aliis,ergo omnia fiunt ex cõtrariis,aut ex mediis,& cum media fiãt ex contrariis,sicut colores medii,vt rubedo & viriditas ex albedine,& nigredine, sequitur quod omnia fiant ex contrariis , ergo contraria prima sunt prima principia.

1.Physi.tex. 42.& 43.

Sed circa istam rõnem sunt duo dubia.primum est,quia videtur, quod philosophus contradicat sibiipsi. Dicit.n.quod contraria non fiunt ex alterutris,posterius vero tex.sequentibus dicit, ꝙ vnum quodque fit ex suo cõtrario; ista aũt contradicũt.

2.Dubium est,quia cũ corrumpitur homo, tunc fit cadauer pallidum,& tamen tunc non fit pallidũ ex contrario,quia stat,quod homo prius non fuerit niger,aut albus,sed pallidus , ergo non oportet vnumquodque fieri ex contrario. Si dicatur, quòd si fuit homo pallidus , non est generatum pallidũ, hoc nihil est,nam remota forma substantiali a materia,remouentur omnia accidentia consequentia formam,ergo non potest remanere eadem numero palliditas in homine & cadauere,ergo oportet , vt nouiter producatur.

Ad primum istorum de mente Simplicii respondetur,quòd dupliciter potest intelligi aliquid ex alio fieri,vno modo,quia fit post illud:alio mõ,quia illud est eius materia & elementum,sicut lectus fieri ex ligno dicitur. Primo modo, nõ inconuenit cõtrarium ex contrario fieri , immo est necessarium, & sic contraria prima ex inuicem fiunt, secũdo vero modo vnum contrarium non fit ex alio,non.n.vnum cõtrariũ subiicitur alteri,veluti eius materia.

2.Respondetur de mente Ammonii,cui prædicta responsio non placet,quòd secundum quẽ sensum dicitur prima contraria non fieri ex aliis , secundum eundem dicitur ea ex alterutris non esse. primum autem dicitur , non quia prima non fiant ex aliis,tamquam ex subiectis ,& permanentibus: sed quia nulla sunt illis priora, & vniuersaliora ex quibus fiant,ideo & secundum dicitur,non quia vnum non fiat ex altero tamquam ex materia , sed quia vnum altero principalius, & vniuersalius esse non potest,cum æqualis sint virtutis inter se, & nullum ipsorum plus altero in ratione principii aliquid habeat,cum hoc autem stat,quòd alia contraria inferiora ex aliis contrariis fiant.

Videtur autem mihi hæc Ammonii interpretatio ad mentem Arist.non esse , neque enim secundum eundem omnino sensum intelligendum est prima contraria non esse ex aliis,& non esse ex alterutris,cum ab Arist. alia & alia horũ dictorum assignetur causa. Causam enim quare non sint ex aliis assignat hanc,quia prima sunt , quare autem non sunt ex alterutris pro causa assignat,quia sunt contraria.

Et si dicatur,vt ipse Ammonius interpretatur ꝙ per esse contraria intelligit æqualis virtutis esse: patet ex Arist.processu,hoc ad eius mentem non esse:quare Simplicii responsio melior esse videtur.

Potest etiam dici secundum Auer. ꝙ vnum contrarium non mutatur in aliud:albedo.n. non fit nigredo:tñ subiectũ ex vno cõtrario mutat in aliud.

Ad secũdum dicitur,quòd aliquid fieri dupliciter potest intelligi: vno modo primo & per se: alio modo secundario & consecutiue.illud fit primo,& per se,quod est primus, & ꝙ se terminus mutationis,sicut Sor.est primus,& per se terminus generationis suæ:tunc omne,ꝙ fit,ex contrario fit.Sor.nõ fit ex non Sorte:& de hoc philosophus intendit,cũ dicit omne,quod fit,ex cõtrario fieri . Illud autem dicitur fieri secundario,& consecutiue,quod scilicet principalem terminum mutationis consequitur , sicut omnia accidentia Sortis consequuntur formam substantialem Sortis, existentem in materia,& id quod fit isto mõ non oportet, quòd fiat ex cõtrario. Dicitur ergo,quod pallidum in exemplo dato fit consecutiue:ideo nõ oportet,quod fiat ex contrario.

Sed cum contrarietas aliquãdo accipiatur proprie:aliquando vero pro oppositione priuationis & habitus:remanet dubium , quomodo accipiat philosophus contrarietatem , dum dicit principia rerum naturalium esse contraria.

Albertus 1. phys. trac. 34.cap.3.

Circa istam difficultatẽ aliter sentit Albertus , & aliter Commentator. Pro notitia opinionis Alberti,secundum mentem eius.

Sciendum primo,quod sicut est de genere,& differentiis respectu speciei constituendæ , ita est de materia,& contrariis respectu rei constituendæ ꝑ fieri,& moueri secundum naturam.

Sciendum secũdo,quod genus est generalis forma,quę ideo generalis dicitur , quia est imperfecta,& indeterminata,& cum trahitur ad perfectũ, determinatur cõfusio eius & communitas, & conducitur ad esse speciei,Verbi gratia,animal est generalis quædam natura non determiaata ad hominem aut asinum:sed secundum se indeterminata, & imperfecta:per istam autem differentiam rationale,determinatur ad istam naturam perfectam, & determinatam,quæ est homo.

Sciendum tertio,quod antequam diuidatur genus per differentias,omnes differentiæ sunt in eo, in quadam habituali potestate,& confusa, non habẽtes esse distinctum,est enim in genere quidam habitus confusus,qui nihil aliud est,quam quædã habitualis potestas , qua natura generis continet habitualiter omnes differẽtias,sicut si diceremus, quod homo habens habitum philosophiæ , habet in se quandam habitualem potestatem, qua continet in se potentialiter omnes conclusiones philosophiæ,cum autem actualiter accipiuntur ipsæ differentiæ,dum.s. diuiditur per intellectum genus in differentias,& componitur cum illis , iam distant inter se sub illo genere,quæ prius erant vnitæ in illo habitu confuso,& mutuo se expellunt a genere. per hoc enim,quod vna differentia vnitur generi actualiter, alia nõ potest vniri sibi actualiter,cum enim adiungitur animali rationale,sibi non potest actualiter adiungi irrationale:animal.n. ratio

nale non poteſt eſſe irrationale, & quia per hunc modum ſe habent contrariæ qualitates ad ſubiectum, ꝙ. ſ. ſunt ſimul in eodem ſubiecto habituali poteſtate, ſed in actu vna expellit alteram a ſubiecto: ideo differentiæ ſubſtantiales dicuntur contrariæ a philoſopho.

10 Metaph. tex. 13. Per omnia ſimiliter dicit eſſe de materia & cõtrariis, hoc excepto, quod genus eſt forma generalis, & materia non eſt forma, ſed ſubiectum generale. Primo enim materia eſt ſubiectum formarum in entibus: & habet in ſe habitum confuſum formarum: qui habitus imperfectus eſt & indiſtinctus, & hic eſt quædam habitualis poteſtas, qua materia claudit in ſe omnes formas, ſi accipiatur materia ſimpliciter, aut plures, vel paciores, ſi accipiat materia propinqua, & appropriata. Secundo, ipſæ formæ ſe hũt ſub illo habitu confuſo: ſicut differentiæ ſub genere, ita ſcilicet ꝙ ſe expellunt a materia ſecundum eſſe ſuum actuale; dum enim vna eſt in materia, altera non poteſt ibi eſſe, & propter hoc etiam ipſæ formæ dicuntur contrariæ: ſicut & differentiæ ſubſtãtiales. Tertio, materia numquam habet eſſe, niſi ſub altera formarum, ideo cum motus conueniat materię ſecundum eſſe, oportet quod conueniat ei ſecundum exitum de contrario in cõtrarium, ideſt de vna forma, a qua habet vnũ eſſe, ad aliam formam, a qua habeat aliud eſſe.

Dicit ergo ꝙ principia rerum naturalium, ſecundum fieri, & tranſmutationem ſunt contraria proprie, ideſt duę formæ, à quarum vna ad alterã tranſmutatur materia.

Sed aduertendum vlterius ſecũdum Albertum, quod quælibet formarum exiſtentium in eadem materia poteſtate habituali, & eſt cõtraria alteri, & eſt priuatio ad illam. Si enim conſiderentur illæ formæ, ſecundum quod dant eſſe materiæ actualiter, ſic ſunt contrariæ, quia dum vna eſt in materia non poteſt eſſe altera in ea. Si autem conſiderantur, ſecundum quòd ſunt vnitæ in illo habitu confuſo materiæ, ſic vnaquæque habet aptitudinem ad alteram ſecundum eſſe. ſed deficit ab actuali eſſe eius, & ſic comparatur ad ipſam ſicut priuatio. Vnde quòd moueantur adinuicem, habent ex hoc, ꝙ vnaquæque priuatiue ſe habet ad alterã. Sic enim tam habent ſubiectum commune, quam aptitudinem habitualem recipiendi formam oppoſitam, vnde licet principium motus ſit ab aliquo contrario, tamen contrarium non eſt principium motus, niſi vt priuatiue oppoſitum.

Iſta declaratio pulchra eſt, & ſubtilis: ſed non videtur eſſe ad mentem philoſophi. Nam exemplificans, quomodo vnumquodque fiat ex contrario, dicit, ꝙ muſicum fit ex non muſico, & non ex quocunque non muſico: ſed ex immuſico. Ex quo arguitur ſic. Muſicus fit ex immuſico, & non ex aliqua forma contraria muſicæ, ſed ſolum ex priuatione: ergo omne quod fit, fit ex cõtrario proprie dicto: tex. n. Comm. apparet, quod phil. per contrarium intendit priuationem, quã ponit principium per accidens.

Tex. cõ. 66.

Auer. cõ. 43. Ideo alia eſt expoſitio Commentatoris dicentis, ꝙ per contraria intelligit philoſophus non ſolum proprie dicta contraria, ſed etiam priuationẽ & habitum, vnde iſta ſunt verba ſua. Intendit hic per contrarium, illud quod eſt commune contrarijs, & priuationi, & habitui, & ideo cum induxit exẽplũ de cõtrariis ſcilicet albo, & nigro, induxit aliud exemplum de priuatione, & habitu. Sed aduertendum, ꝙ aliter intelligendum eſt, principia prima eſſe contraria, & aliter vnũquodq; fieri ex contrario: in ſecunda. n. propoſitione accipitur contrarietas, vt eſt quoddam commune ad contrarietatem propriam, & ad priuationẽ, & habitũ: in prima autem aliter. Nam dupliciter principia poſſunt dici prima. ſ. primitate cauſalitatis, & cũ illa quæ ſunt cã omniũ aliorũ, & ipſa nõ ſunt ex alijs, & ſic prima principia ſunt forma ſubſtãtialis, & priuatio ſibi oppoſita & primitate ꝓdicationis, & ſunt illa quæ ſunt communia omnibus principijs particularium tranſmutationum, & iſta ſunt forma in communi & priuatio. Si ergo loquamur de primis primitate cauſalitatis, cum dicitur prima principia eſſe cõtraria, accipitur contrarietas pro oppoſitione priuationis & habitus: nam forma ſubſtãtialis, & ſua priuatio ſũt oppoſita priuatiue: ſi vero loquamur de primis principijs primitate communitatis; tunc dicuntur contrarietas communiter; vt ſe extendit ad contrarietatem propriam, & priuatiuam oppoſitionem.

Principia dici poſſunt prima primitate cauſalitatis, & primitate prædicationis.

Sed contra iſtam expoſitionem, quæ eſt etiam Auicennæ arguit Albertus. Et primo ſic, vbi Ariſt. probat non ſolum duo contraria eſſe principia, ſcilicet ratione vtitur ad hoc, ꝙ ad agendum non ſufficiunt duo contraria: ergo ſecundum philoſophum principia ſunt agentia: ſed priuatio non agit cum nihil ſit: ergo priuatio & habitus non ſunt illa duo contraria, quæ philoſophus dicit eſſe principia. Secundo: cum diſtincta ſint genera oppoſitorum, quid cauſæ fuit dicere, principia eſſe contraria? cum tamen per ſe principia ſint priuatio & habitus.

Tex. 51.

Ad primum iſtorum reſpondetur, quod non intendit philoſophus principia eſſe agentia: ſed vult quod duo contraria non ſufficiunt ad agendum, ideſt ad trãſmutationem, & ad hoc vt aliquid agatur & fiat, ſed requiratur etiam ſubiectum quod tranſmutetur ſecundum illa, & cum dicit ibidem, ꝙ vtrumque contrariorum trãſmutat aliquid, intelligit, qđ vtrũq. contrariorũ eſt id, ſm quod aliquid tranſmutatur formaliter, vel quia eſt forma, vel quia ſe habet ad modum formæ, eo quod denominet ſubiectum, ſicut eſt priuatio: non quod ipſa contraria ſint actiua.

Ad 2. dicitur, quod prima principia primitate cauſalitatis nominauit contraria, cum tamen ſint priuatio & habitus: quia conſueuimus vti nomine contrarietatis in his, quæ non poſſunt ſimul ſtare, hic autem conſiderat philoſophus prima principia oppoſita, inquantum ſe expellunt ab eodem ſubiecto: conſiderat enim ea, inquantum ſunt principia tranſmutationis, ideo illa vocat contraria.

Dicitur 2. quod cum dicitur omne fieri ex contrario, per contrarietatem accipit oppoſitionem tam contrariam quam priuatiuam, & omnem vocat contrarietatem, ratione dicta.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum

primum negatur minor, ad probationem dicitur primo, quod non omnia principia ſunt contraria poſitiue: ſed aliqua priuatiue.

Dicitur. 2. quod genus non eſt principium contrarium, eo modo quo contraria principia ſunt aliorum: contraria enim ſunt principia tranſmutationis rerum, genus autem eſt principium contrariorum, vt forma eorum. Et hoc ſufficit ſecundum Albertum ad prima principia ſcilicet, quod non ſint ex alijs ſecundum illum modum, quo alia ſunt ex ipſis.

Dicitur 3. quod ſi accipiantur principia prima primitate cauſalitatis ideſt quæ ſunt cauſa omniũ aliorum, & ipſa non cauſantur ex alijs cuiuſmodi ſunt forma ſubſtantialis, & priuatio ſibi oppoſita, talia principia non conſtituuntur ex genere, quia non ſunt in genere, niſi reductiue, ſi autem accipiãtur prima principia primitate prædicationis, quæ ſcilicet ſunt communia omnibus principijs particularibus omnium tranſmutationum, cuiuſmodi ſunt forma, vt continet ſub ſe formam ſubſtantialem, & accidentalem, & priuationem ſibi oppoſitam, talia non conſtituuntur ex genere, quia non ſunt in genere, ſed circuunt omne genus, in omni enim genere eſt priuatio, & habitus. Ex quo patet, quod illa propoſitio eſt falſa, ſcilicet prima cõtraria continentur ſub genere, & ſunt ex ipſo, prima enim contraria, ſiue primitate cauſalitatis, ſiue primitate prædicationis, non ſunt ex genere.

Et ſi dicatur, quod contraria habent genus pro principio, dicitur, quod verum eſt de contrariis poſitiuis: ſed prima contraria non ſunt contraria poſitiue, prima enim primitate cauſalitatis ſcilicet forma ſubſtantialis, & priuatio ſibi poſita, opponuntur priuatiue pure, primitate prædicationis, ſcilicet forma in communi, & priuatio abſtrahunt a contrarijs poſitiue, & a contrarijs poſitiue in aliquibus, principia ſunt contraria poſitiue, in aliquibus vero priuatiue, vt dictum eſt: vnde magis dicũtur genera contrariorum, quam contraria.

Tex. 10. 21. & 22.

Aduertas, ſe. q. 8. ad q. 7 ac text. 7. ad 6. pertinere, & huius 8. q. hic vet⁹ eſt text. 41. omnes igitur cõtraria principia faciunt.

Quomodo ſubtilitãt. nihil eſſe contrarium intelligendum ſit.

Ad 2. dicitur, quod principia ſubſtantiæ ſunt cõtraria priuatiue, & quod ſubſtantiæ licet nihil ſit contrarium poſitiue (vt intellexit philoſophus in prædicamentis) tamen ſubſtantiæ poteſt eſſe aliquid contrarium priuatiue, formæ enim ſubſtantiali contrariatur ſua priuatio.

Ad 3. dicitur, quicquid alij dicant, quod cum philoſophus dicit principia rerum naturalium eſſe cõtraria, loquitur de principiis rerum naturalium, ꝙ tranſmutantur, inquantum tranſmutãtur. Cælum autem ſecundum ſubſtantiam ſuam non tranſmutatur: quia eſt ingenerabile, & incorruptibile, vt dicitur. 1. cœli: ideo non oportet principia ſubſtantialia cœli eſſe contraria.

Ad 4. dicitur, quod principia eſſe rei ſunt ſimul in re, non autem principia tranſmutationis rei: modo dictum eſt contraria, de quibus eſt hic ſermo, eſſe principia tranſmutationis, non autem principia eſſe rei.

Ad 4. negatur maior: niſi enim paſſiuum eſſet priuatiuum, forma non poſſet tranſmutari ad formam: ideo præter ſubiectum & formam oportet etiam eſſe priuationem formæ in ſubiecto: dicitur tamen ſecundo, quod forma non eſt actiua: alia eſt enim cauſalitas formæ, & alia cauſalitas effluentis.

ADDITIO.

Tex. 6. Quæritur contraria de quibus hic Ari. diſputat.

ADDE hic, quòd prima principia, quæ ſunt prima cõtraria, de quibus agit hic philoſophus, nõ ſunt illa, de quibus Ar. 4. metaph. ait, quòd contraria prima ad quæ omnia alia reducuntur à prima philoſophia ſunt ſcienda: quoniam ibi philoſophus, per prima contraria intelligit vnum & multa, ad quę omnia entia reduci oportet; propterea in primo Phyſico. text. 6. inueſtigaturus numerum principiorum naturalium, primo poſuit diuiſionem principij per vnum & multa, ſed hic per prima contraria intelligit materiam, formã, & priuationem, quæ non fiunt ex aliis nec ex alterutris, ſed omnia fiunt ex his, & nedum forma & priuatio ſunt contraria vt docet Auctor in corpore quæſiti, ſed etiã materia ipſa poteſt dici vnum contrariorum; & ad rationem quæ contra hoc inducitur, quòd vnum contrariorum non eſt perfectio alterius, dico, quòd tenet de ſecundis contrariis, non autem de iſtis primis, quia forma eſt perfectio materiæ, & nihilominus formæ & materiæ conueniunt proprietates & conditiones primorum contrariorum, ſiquidem materia non fit ex aliis, cum ſit ęterna, nec fit ex materia aliqua, vel forma, & priuatione, & omnia naturalia fiunt ex ea: vnde per vitam meã neſcio, quare omnes allucinantur in hoc, negando materiam eſſe vnum ex contrariis, nonne etiam videmus, quòd formæ, & materiæ conueniunt illa quæ dicuntur ab Ariſtotel. 2. cœli, contrariorum ſi vnum fuerit in natura, ergo & reliquum quoque eſſe oportet, & ſi verum eſt quod materia ſine forma eſſe nequit, ſequitur de neceſſitate, quòd ſi materia eſt in rerum natura, igitur & forma, ſunt ergo materia & forma contraria, ea nempe contrarietate, quæ eſt ſecundum conditiones illas tres, quę competunt principijs rerum naturalium, ſed non contrarietate priuatiua aut poſitiua, quia ſic propoſitio hæc; prima principia ſunt prima contraria, non eſt vniuerſalis, ſed indefinita, ſcilicet forma, & priuatio ſunt contraria, & ſic currit communis opinio philoſophantium: ſed quod ego imaginatus ſum, videtur conſonare ſatis dictis Ariſtote. in hoc primo phyſico. vbi aſſignat leges & attributa primorum principiorum, quod ſatis etiam corroboratur intuendo id commune, quod apparet omnibus contrariis, nonne inter ipſa quædam ſunt determinantia, quędam determinata: vt perpulchre oſtendit philoſophus 49. primi phyſicor. aſſignans, quo modo antiqui ponentes principia cõtraria aſſerit, quòd conueniebant in hoc, quòd eadem dicebant principia ſecundum analogiam, quilibet enim in poſitione propria poſuit principia determinantia & continentia alia, & vt Alexand. ibi exponit, principia determinantia & continentia ſunt formaliora, contenta & determinata ſunt materialiora, nam formæ eſt continere, & materiæ contineri 4. phyſicor. & determinatio eſt à forma, primo cap. de ſubſtantia orbis: ex his patet etiam tonſoribus & lippis, quòd materia & forma ſunt cõtraria mõdo quo dictum eſt ſupra. Com. 49.

Vis adhuc tutius certificari, lege illud quod ſcribitur 4. meteororum, & 2. de generatione contrariorum, contrariæ ſunt cauſæ: ſed materia & forma producunt contrarios effectus: ergo & ipſæ erunt tanquam contrariæ cauſę; & ſic colligo iſtam propoſitionem eſſe vniuerſalem, prima principia naturæ, ſcilicet omnia ſunt prima Tex. 56. Tex. 18.

ma contraria:nec te moueant quæ adducuntur in contrarium,quod contraria scit,licet non contingit esse simul 10.Metaphysico.quia si contraria ponuntur in eodem,sequitur contradictoria verificari, & contraria simul esse, quod nullus intellectus intelligere potest-4. Metaphysic.& primo de generatione, & corruptione, & pluries primo physicor.sexcentis in locis ait philosophus materiam vnam semper contrariis supponere oportet,siue transmutetur secundum locum, siue secundum augmentationem, & diminutionem, siue secundum alterationem,& 70.tex.primi physicor.colligens philosophus numerum principiorum, ait,primum quidem igitur dictum est, quòd principia contraria sunt, posterius autem,quod necesse est,& aliud quoddam subiici & esse tria.vnde dicit manifeste,quòd materia est subiectum contrariorum , & non contrariatur alicui, quia omnis contrarietas est inter duo . Si ergo prima materia est vnum ex contrariis,cui contrariabitur, non formæ,non priuationi,quia eis subiicitur,sequitur quòd ista imaginatio est falsissima,& contra Aristote.& omnes philosophos,sed vnico verbo hæc omnia & similia concordare de facili potes,dicendo quòd verificatur de his,quæ sunt contraria contrarietate priuatiua,vt habitus,& priuatio,puta cæcitas & visio,& contrarieta te positiua,vt calidum & frigidum,non autem de materia quæ est vnum ex contrariis,illa scilicet contrarietate,quæ est secundum proprietates,leges,& attributa primorum principiorum,hæc est rei veritas, quam nullus inficiari potest,nec appareat tibi hæc veritas noua philosophia,sed antiquissima & iuxta placita Aristot. quæ omnibus præualent,cum sint fortiora & potiora, & magis rationi consona,sed tu prudens lector sustine vt vis & ne carpas alios in opinionibus suis.

Tex.14.

Tex.21. Tex.11.

Quio materia aliquo pacto dicitur cõtraria formę.

QVAESTIO IX.

Vtrum sint tantum tria principia rerum naturalium, scilicet materia,forma,& priuatio.

Vnde est sicut duo dicenda sunt esse principia,&c. Tex. LXIII.

QVAERITVR nono. Vtrum sint tantum tria principia rerum naturalium,scilicet materia,forma,& priuatio,& videtur, quod non.

Primo,quatuor sunt principia aliquarum mutationum naturalium:ergo non sunt tantum tria: antecedens probatur.Cum aliquid mutatur de albedine in nigredinem,est ibi subiectum, quòd transmutatur,est terminus ad quem, s. nigrum est,non nigrum, quia mutatur de non nigro in nigrum,est & album quia mutatur etiam ex albo in nigrum , ergo sunt quatuor principia .

2. Principia sunt ex quibus omnia sunt,sed nõ omnia naturalia sunt ex materia, forma, & priuatione,quia accidentia non sunt composita ex matera,& forma;ergo illa non sunt principia .

3.Principia secundum se sunt notiora rebus naturalibus,cum materia secundum se sit pura potẽtia,priuatio autem sit negatio, quorum vtrumque secundum se est minime cognoscibile: ergo materia,& priuatio non sunt principia . Confirmatur, quia eadem sunt principia essendi,& cognoscendi: sed materia & priuatio non sunt principia cognoscendi,cum potentia & negatio sint remota ab actu , & vnumquodque cognoscatur inquantum est in actu:ergo non sunt principia essendi.

4. Principia sunt contraria, sicut dictum est supra,sed ista non sunt contraria , priuatio enim & materia,similiter materia & forma non sunt contraria,ergo &c.

Ad euidentiam istius difficultatis sciendum , q̃ cum philosophus inquirat hoc loco numerũ principiorum,tam essendi quam fiendi,inquirit principia solum eius,quod per naturalem transmutationem producitur.s.eius,quod est primo,& p̃ se terminus trãsmutationis,& quia solum compositum siue fit compositum ex materia & forma substantiali,siue ex subiecto & forma accidentali, non autem forma per se sumpta,est primo & per se termi nus transmutationis,vt dicitur 7.Metap. ideo inquirit principia rerum naturalium compositarũ, non autem principia formarum.

Tex. 49. & sequentib.

Tex.26.

Tex.49.

Ad quæstionem ergo respondetur quatuor conclusionibus philosophi,quarum prima est.Non est solum vnum principium rerum naturaliũ: probatur,Vnum non est contrarium sibiipsi: sed principia rerum naturalium sunt cõtraria(vt superius probatum est) ergo non tantum vnum est principium rerum naturalium.

2.Conclusio est . Principia rerum naturalium non sunt infinita:hanc conclusionem probat philosophus duabus rationibus inter alias. Prima ratio est ista.Prima principia sunt prima contraria: sed non sunt infinita prima contraria:ergo prima principia non sunt infinita,consequentia nota cum maiori ex supradictis:minor vero probatur : prima contraria simpliciter sunt illa,quæ sunt primi generis scilicet substantiæ,sed substantiæ sunt tantũ duo principia contraria,quia vnius generis est tantum vna prima contrarietas:ergo prima contraria sunt tantum duo, & per consequens non sunt infinita .

Tex.50.

Circa istam rationem tria occurrunt dubia.Primum est quid nomine substantiæ intelligatur,cum dicitur quòd substantia est vnum genus .Secundũ est . Quæ sint illa prima contraria primi generis. Tertium est . Quid generis nomine significetur hoc loco.

Quid nomine substãtię intelligatur, cum dicitur substãtia est vnũ genus.

Quantum ad primum respondet Alex. nomine substãtiæ,forma materialis, siue potius compositum ex forma,& materia intelligitur , in hoc enim solo genere substantiæ contrarietas inuenitur,non autem in omni substantia.

Tex.50.

Simplicio vero placet, vt nomine substantiæ nõ illud genus accipiatur,quod generibus entium est condiuisum,sed tota natura mutabilis, de qua hoc loco loquitur Aristot.& cuius principia quærit:Contrarietas enim formæ & priuationis, non in solo genere substantiæ , sed etiam in generibus accidentium,quæ mutationem suscipiunt,inuenitur.

Sanctus vero Thom.absolute ipsum genus substantię

stantiæ videtur nomine substantiæ intelligere.Licet enim Aristo.principia tantum substantiæ mobilis siue mutabilis inquirat;ad probandum tamẽ q̃ illa nõ sint infinita,efficax medium est , q̃ in genere substantiæ vna tantum sit prima contrarietas,quæcunque sit illa: quia constat,q̃ si ipsius totius generis substantiæ est vna tantum prima cõtrarietas,particularium generum substantiæ,nõ erunt infinitita principia prima ,quæ sunt prima contraria.

Posset autem opinio Ale.& S.Thom. cum opinione Simplicii concordari,dicendo,q̃ dupliciter possumus intelligere cõtraria esse prima.s.primitate dignitatis,& perfectionis,& primitate cõis p̃dicationis,si de primitate dignitatis,& pfectionis loquamur,sic vera est opinio Alexandri,& S.Thoquibus & Ammonius subscribere videtur . Nam sicut genus substantiæ est primum inter omnia genera,dignitate & perfectione:ita & prima eius cõtrarietas,primis aliorum generum contrarietatibus est prior,& hanc primam substantiæ contrarietatem primo inuestigat Aristot.secundario vero contrarietates in alijs generibus inuentas. Nec obstat Simplicij ratio contra Alex. inquientis , quod tunc erit tãtum vnum primum genus entis, non autem decem prima genera,dicitur enim, q̃d vtique est tantum vnum primum genus dignitate & perfectione,sunt autem decẽ prima genera primitate predicationis,quæ scilicet non recipiunt in recto alicuius superioris generis prædicationem. Si vero de primitate communis prædicationis loquamur,opinio Simplicij vera erit,sic enim prima contraria , quæ de contrarietate omnium generum mutabilium prædicantur , erunt contraria naturæ mutabilis absolute , & in communi , non autem huius determinati generis , quod est substantia,& ideo nomine substantiæ, nõ primũ genus intelligemus, sed materiam mutabilem absolute.

Quæ sint prima contraria primi generis.

Quantum ad secundum tenet Syrianus, q̃ prima contraria sunt excessus & defectus,ad.hanc.n. differentiam omnium contrarietatem reduci ait. Sed licet verum sit in omni genere, hanc excessus & defectus contrarietatem inueniri,non loquitur tamen Arist.de hac contrarietate hoc loco , vt ex eius processu manifeste apparet. Alex. vero & Simplicius dicunt,q̃ per primam contrarietatem Aristot.contrarietatem formę & priuationis intẽdit, hæc enim primo in natura materiali corruptibili inuenitur.S.Tho.concordare cum Alexandro & Simplicio videtur . Nam quod dicit hoc loco , primam cõtrarietatem cuiuslibet generis esse primarum differentiarum,per quas diuiditur genus, declarat exponendo,inquiẽs, q̃ oppositio formæ & priuationis in omni mutatione inuenitur, & q̃ formæ substantiales non sunt contrariæ, licet differentiæ substantiales contrariæ sint , secundum quòd vna accipitur cum priuatione alterius, sicut patet de animato & inanimato .

S.Thom. Tex.68.

Quantum ad 3.nomine generis accipit Syrianus prædicamentum,in quolibet .n. prædicamento(ait) vna prima contrarietas inuenitur. Ammonio placet,vt nomine generis accipiamus , non id quod vere & proprie genus est,sed ipsum primum subiectum,morem enim Arist.ait esse,vnamquam que subiectam naturã genus appellare.Nam sicut circa numerum contrarietas paris & imparis consideratur, & circa superficiem contrarietas lenis & asperi:ita circa subiectam substantiam contrarietas formæ & priuationis : & sicut numerus à pari & impari distinguitur , semper tamen cum altero illorum inuenitur, ita & substantia , quæ est subiectum,ad formam & priuationem se habet.Simplicio videt,quod nomine generis naturæ cuiusque communitas sit accipienda.Sic.n. naturam mutabilem,vnum genus dicere possumus: sicut si diceremus naturam intelligibilem, ingenerabilem,& immaterialem,omnino vnum genus esse.Quid vero sentiat S.T.in expositione,non explicatur,sed ex his quæ dicit interpretando Aristo.rationem,videtur cum Syriano atque cum Simplicio(qui videntur melius Aristotel. mentem hoc loco interpretari)cõuenire.Nam(vt ait Simplicius) quomodo nomen generis pro subiecto,& materia possumus hoc loco interpretari,cum nondum ostederit Aristo.oportere esse aliquod tertium principium contrarijs subiectum,sed paulo post hoc sit ostensurus?

Quid generis nomine Arist. intelligat tex.50.

Secunda ratio est ista.Si principia sunt infinita, cum principia sint contraria,oportebit omnia contraria esse principia:sed hoc est falsum : ergo &c. Probatur falsitas consequentis dupliciter.

Primo, prima principia sunt prima contraria. sed non omnia contraria sunt prima contraria, cũ quædam sint causata ex alijs,sicut dulce,& amarũ ex calido & frigido,humido & sicco:ergo &c.

2.Prima principia non fiunt ex alterutris(vt dicitur tex.42.)& etiam patet ratione, quia principia oportet semper manere:illa autem quæ fiũt ex alterutris non semper permanent , eo q̃ vnumquodque fit ex alio,& corrumpitur in aliud:sed aliqua contraria fiunt ex alterutris,vt amarũ ex dulci,& albũ ex nigro.ergo aliqua contraria non sunt prima principia.

Ad euidentiam istius rationis notãda sunt tria. Primo,quòd vbi littera nostra habet ex alterutris littera commen.habet ex alijs,& est tex.græcó conformis,& sic exponit Commentator volens, q̃ iõ aliqua contraria non sint prima principia, q̃ sunt ex alijs,vt sapores aliqui ex amaro,& dulci,& alij colores ex albo & nigro, prima autem principia non fiunt ex alijs.

Auer. cõ.50.

Sciendum 2.saluando tex.antiquæ trãslationis, q̃.s.aliqua contraria fiant ex alterutris(vt exponit S.Tho.)hoc non contradicit ei,quod superius dixit Arist. dum dixit,q̃ prima contraria nõ sunt ex alterutris,eo q̃ sint contraria, vbi videtur velle, q̃ nulla contraria fiant ex alterutris.Si enim sumantur sole formę contrariæ sine subiectis, tunc non fiunt ex alterutris,non enim caliditas fit ex frigiditate,& hoc modo intellexit: si autem sumantur cõtraria simul cum subiectis,tũc fiũt ex alterutris,ex albo enim fit nigrũ, & hoc modo intellexit in ista ratione.

Tex.42.

Tex.42.

Aduertendum tamen circa istam declarationẽ, quæ est S.Thom.q̃ si ly ex,importet ordinem solũ, vt sit sensus vnum fieri ex alio, idest post aliud , tunc iuxta superius dicta de mente Simplicij, vna

Tex.50.

forma

forma contraria potest fieri ex alia, eo modo quo fieri potest competere formæ: calliditas enim fit ex frigiditate, ideſt poſt frigiditatem in ſubiecto, qđ prius habebat frigiditatem, & poſtea accipit caliditatem. Si autem ly ex, denotet cauſalitatem denotando. ſ. id cui additur tranſmutari in aliud, tũc vna forma contraria non fit ex alia, non enim frigiditas fit ex caliditate, ideſt, caliditas non tranſmutatur in frgiditatẽ, aut eius materia fit & ſubiectũ, ſed bene frigidũ fit ex calido, quia quod prius erat calidum efficitur frigidum, accipit ergo Sã. Thom. iſtam propoſitionem in ſecundo ſenſu.

Sciendum 3. q̃ iſtam propoſitionem, Principia oportet ſemper manere, Alexander (vt Simplicius refert) dicebat primo ad hunc ſenſum, debere intelligi, quòd prima, ſcilicet principia ſunt ſempiterna: quia ſi fierent, etiam corrumperentur, & conſequẽter ea, quæ ex illis fiunt: & ſic aliquando deficeret generatio nullo exiſtente, ex quo aliquid fieret: ad debat autem & Platonis rationem, hanc ſcilicet, ſi fierent, ex principiis fierent, hoc autem eſſe non poteſt, quia tunc non eſſent prima principia.

Dicebat tamen 2. quod principiorum quędam ſunt, quæ præexiſtunt, & iſta ingenerabilia ſunt & ſempiterna ſecundum numerum, ſicut primum efficiens, & materia, quædam vero ſunt, ſecundum q̃ fit generatio & corruptio, & ſunt contraria, & iſta non ſunt ſecundum numerum ingenerabilia, & ſempiterna.

Dicebat 3. quod tantum prima principia ſunt ſempiterna, non autem principia proxima.

Dicebat 4. q̃ ipſa principia contraria, ſi in ſingularia accipiantur, non ſunt ſempiterna, ſed corruptibilia, ſed ſi in vniuerſali accipiantur, tamquam communiſſima, ſub quibus omnia contraria continentur, priuatio. ſ. & forma, ſic ſunt ſempiterna, vniuerſalia enim incorruptibilia ſunt,

Sed contra hanc Alexandri interpretationem, arguit Simplicius. Primo contra prima eius dicta ſimul. Contraria ſecundum te ſunt ea, ſecundum q̃ fit generatio & corruptio, & talia ſecundum numerum non ſunt ſempiterna: ſed philoſophus dum induxit, q̃ principia oportet ſemper manere, de principiis, tamquam de contrariis eſt locutus: ergo illud eius dictum, non eſt ad hunc ſenſum intelligendum, quod ipſa principia ſunt ſempiterna. Tex. 50.

2. Contra quartum eius dictum, Illud dicẽs philoſophus, intendit aliquid proprium primis principiis dicere, ſed quod principia prima in vniuerſali ſint incorruptibilia, in ſingulari vero corruptibilia, non eſt illis proprium, ſed omnibus contrariis conuenit, non enim ſola forma & priuatio in vniuerſali eſt incorruptibilis, ſed etiam albedo vniuerſalis, & nigredo vniuerſalis: ergo non eſt ſenſus verborum Ariſt. quod prima principia in vniuerſali ſumpta, ſint ſempiterna.

3. Contra totam poſitionem arguit. Phil. demõſtrare intendit (vt ipſe Alexander exponit) eſſe vnam primam contrarietatem, ſed ad hoc nihil confert, quod principia ſint ſempiterna, non. n. ſi ſunt ſempiterna, iam ſunt duo: ergo &c.

Reſpondet autem ipſe Simplicius de mẽte Ammonii, q̃ principia oportere manere ſemper, ſempiternitatem hoc loco non ſignificat, non enim intendebat Ariſtote. demonſtrare hæc principia ingenerabilia eſſe, & incorruptibilia, ſed quomodo ſecundum ipſarum mutationem generatio fit, & corruptio: ſed ſignificat, quod oportet in omni regenerabili & corruptibili, quę tranſmutatur, inueniri aut formam, aut priuationem, aut potius vtrũque, vnumquodque enim formam habet, & priuationem illius formæ, in quam natum eſt tranſmutari: album enim habet albedinem, & nigredinis priuationem. Hoc autem iſtius primæ contrarietatis eſt proprium, ideo hoc ipſum induxit Ariſto. tamquam cauſam, quare alia poſteriora cõtraria non ſunt naturalium rerum principia, nulla enim aliarum contrarietatum in omni re naturali inuenitur, neque enim naturalia omnia alba ſunt, neque omnia nigra: ſed bene in omnibus eſt forma, in ſempiternis quidem ſola, in generabilibus autẽ & corruptibilibus ſimul cum priuatione, non eiuſdem quidem formæ, ſed oppoſitæ, in quam poteſt tranſmutari. vnde hoc loco, ly ſemper, non temporis ſempiternitatem, ſed vniuerſitatẽ demonſtrat. Et eſt ſimile, ſicut ſi diceremus materiam primã ſemper manere, non autem materiam ſecundam, quia prima in omnibus rebus materialibus inuenitur, non autem ſecunda.

Quomodo autem S. Thom. dictam propoſitionem intelligat, non apparet, cum ipſam nõ ponat. Fortaſſe enim tex. ſuus illam non habebat, ſed ſi in ſuo tex. erat, videtur eã intelligere ad ſenſum Alexandri. ſ. q̃ oportet prima principia ingenerabilia eſſe. Nam cum poſita hac propoſitione, Fiunt alia contraria ex alterutris, deberet Ariſto. ſubſumere, prima principia non fiunt ex alterutris, ea p̃ termiſſa, ipſius probationem adduxit. ſ. quod principia oportet ſemper manere; nam ſi ſempiterna ſunt principia, conſtat q̃ ex alterutris non fiunt, hanc autem. ſ. principia non fiunt ex alterutris (vt clarior eſſet ratio) aſſumpſit S. Thom.

Propoſitio illa, principia oportet ſemper manere, quo ſit a Thomiſtis ſumenda.

Sed attendendum, ſequendo S. Tho, expoſitionẽ & eius tex. q̃ illam propoſitionem, principia non fiunt ex alterutris, & hanc, principia oportet ſemper manere, non accipit philoſophus tanquam veram, ſed tamquam à quibuſdam antiquorũ philoſophorum conceſſam: licet. n. verum ſit, quod principia non fiant ex alerutris, ſi ſine ſubiectis ſumantur, non. n. albedo conuertitur in nigredinem, ſi tamen cum ſubiectis ſumantur, eſt falſum: nam id quod eſt album fit poſtea nigrum, quidam tamen philoſophorum dicebant verum eſſe, q̃ contraria non fiunt ex inuicem, etiam coaſſumendo ſubiectum: vnde Empedocles negabat elementa fieri ex inuicem. Non eſt autem inconueniens, q̃ philoſophus vbi diſputatiue procedit, vtatur propoſitionibus ab alijs conceſſis, contra quos arguit: licet in ſe verę non ſint. Vbi autem varietatem huius rei determinat, oppoſitum dicit: nam hoc principium quod vocat ſubiectum & materiam, à principio quod oppoſitum vocatur, diſtinguit per hoc, q̃ ipſum in tranſmutatione manet: non autem oppoſitum. Et ſic non eſt verum, q̃ prima principia, quæ ſunt prima contraria, ſint ſempiterna.

3. Concluſio eſt. Tria ſunt principia rerũ nãliũ. Ad hãc concluſionẽ philoſophus inter alias, duas adducit rõnes, quarũ prima ẽ. Prima pricipia sũt ex

ex quib. alia fiunt: ſed ex ſolis contrarijs nõ poſſunt alia fieri: ergo oportet ponere aliud principiũ, conſequentia nota cum maiori, & probatur minor. Si ex contrarijs ſolis poſſent fieri res, hoc eſſet, quia vnum tranſmutaret reliquum: non poſſumus enim imaginari, quòd ex duobus cõtrarijs fiat aliquid, niſi aut vnum tranſmutet reliquum, aut ambo trãſmutent aliquod ſubiectum: ſi ergo ex contrarijs ſolis fiat aliquid, remoto omni ſubiecto, hoc erit, quia vnum agit in reliquum, ſed hoc eſt impoſſibile (non enim raritas nata eſt conuertere denſitatem in aliquid) ergo ex ſolis contrarijs, non poteſt aliquid fieri.

Sed circa hanc rationem dubium occurrit. videtur enim, quòd philoſophus velit principia, quæ poſuit eſſe contraria, eſſe formas actiuas, eo quod vult ea (ſi ſola ſumantur) non poſſe agere in ſe inuicem, & ſi ſola contraria eſſent principia, quòd vnum tranſmutaret alterum, ex hoc enim videtur velle, quod ipſa contraria ſimul cum ſubiecto agãt in ſe inuicem, tum etiam quia vult ea aliquod ſubiectum tranſmutare, & ſic videtur, quòd priuatio, & materia non ſint principia, cum non ſint formæ actiuæ, cuius oppoſitum ſuperius eſt oſtenſum.

Agere cõtingit dupliciter.

Reſpondetur ad hoc dupliciter. Primo, q̃ quia cauſa agens apud nos eſt magis, quam aliæ cauſæ manifeſta, iõ vtimur actionis nomine ad cauſalitatem cauſæ cuiuſlibet ſignificandam: & dicitur, q̃ agere contingit dupliciter: vno modo effectiue eo modo quo dicimus, domificatorem facere domũ: alio modo formaliter, ſicut dicimus, quòd albedo facit parietem album, ſcilicet ſicut forma ad quã conſequitur eſſe album. Prima ergo cõtraria ſunt actiua, & tranſmutatiua ſubiecti, non effectiue, ſed formaliter; id eſt ſunt formę ſecundum quas ſubiectum tranſmutatur: & hoc modo priuatio agit in ſubiectum, quia ſcilicet ſe habet ad modum formæ, eo quod denominat ſubiectum: vnde negatur philoſophum velle prima contraria eſſe formas actiuas proprie.

Poſſet ſecundo dici, quòd philoſophus vult arguere à maiori, admittendo quod ſenſerit contraria, quæ accipit in iſta ratione, eſſe formas actiuas. Vult enim arguere ſic. Si contraria ſufficiunt ad generationem, maxime eſſent contraria propria, quę ſunt actiua: ſed hoc non eſt: ergo nullo modo principia cõtraria ſufficiunt, ex hoc autem non tollitur, quin priuatio ſit principium.

Secunda ratio eſt iſta. Si prima contraria ſufficiunt ad eſſe rerum naturalium, ſequitur q̃ omnia principia ſint accidentia: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo &c. probatur conſequentia. Vna ſubſtantia non eſt cõtraria alteri: ſi ergo omnia principia ſint contraria, ſequitur, quòd omnia ſint accidentia. Falſitas probatur. Si prima principia ſint accidentia, ſequitur q̃ aliquid ſit prius primis principijs, nam ſubiectum eſt prius accidentibus: ſed hoc eſt inconueniens; ergo &c.

Sed videtur, quod philoſophus ſibijpſi contradicat: dixit enim ſuperius, quod in genere ſubſtantiæ vna ſit prima contrarietas, hic aũt dicit, quòd vna ſubſtantia non eſt contraria alteri. Sed dicendum, quod loquitur philoſophus ſecundum opiniones philoſophorũ, qui dicebant omnes formas eſſe accidentia: vnde ſequebatur omnem contrarietatem inter accidentia eſſe: ſuperius autem loquebatur ſecundum veritatem: in ſubſtantia enim eſt contrarietas ſecundum oppoſitionem priuationis, & habitus, non autem ſecundum propriam rationem contrarietatis, quæ eſt oppoſitio formæ ad formã. Quomodo autem ſit contrarietas in ſubſtantia, latius dicetur in quinto.

Quarta concluſio eſt. Nõ ſunt plura prima principia, quam tria; ad hanc arguitur duabus rationibus: & primo ſic. Quod poteſt fieri per pauciora, ſuperfluum eſt ſi fiat per plura: ſed poſita vna contrarietate, & vno ſubiecto, generatio rerum poteſt compleri, nam ad patiendum ſufficit vnum principium materiale, & duo termini, qui ſunt duo cõtraria: ergo non ſunt plura principia tribus. Notã dum eſt ſecundum Comment. quod ideo natura non agit per plura, quod fieri per pauciora poteſt, quia ſi natura ageret pluribus principiis quã oporteat, ageret otioſe: hoc autem non eſt attribuendũ naturæ. Qui enim poteſt ſanare modica actione, inquit Commen. ille aget actione artificiali: ſi autem laborauerit actione maiori, otioſe faciet, & ſuperflue: & ita eſt de natura, ſicut de arte. Tex. 33. Com. 50.

Secundo arguitur ſic. Si plura ſunt prima principia quam tria, oportet eſſe plures primas contrarietates: prima enim principia ſunt prima contrarietas, cũ ſuo ſubiecto, ſed hoc eſt falſum: quia eſt vna ſola prima contrarietas. ſ. quæ eſt primi generis, quod eſt ſubſtantia: ergo &c.

Pro maiori euidentia iſtarum concluſionum, ſciendum primo iuxta prædicta, quod materia, forma, & priuatio poſſunt dupliciter accipi: vno modo vt ſunt de genere ſubſtantiæ, accipiendo ſcilicet materiam primam, quæ eſt ſubiectum formarum ſubſtantialium, & formam ſubſtantialem, & priuationem illi oppoſitam: alio modo, vt ſunt cõmunia omnibus prædicamentis, accipiendo materiam pro ſubiecto formarum, ſiue ſubſtantiales ſint, ſiue accidentales, & forma pro forma, ſiue ſubſtantialis ſit, ſiue accidentalis, & priuationem ſimiliter pro priuatione formæ, quæcumque ſit illa. Si accipiamus iſta primo modo, tunc prima principia ſunt prima primitate cauſalitatis: ſunt enim cã omnium aliorum, & de his maxime inquiſiuit philoſophus et locutus eſt, dum concluſit numerum principiorum naturalium, & illa manifeſtauit, quia ſubſtantia eſt primum ens naturale. Si autem accipiamus iſta principia ſecundo modo, tũc ſunt prima primitate communitatis: prędicantur enim de principiis omnium tranſmutationum; nam in omni tranſmutatione eſt ſubiectum, forma, & oppoſitum: & de iſta locutus eſt philoſophus, dum oſtendit vniuerſaliter in omni tranſmutatione eſſe tria principia. Materia, forma, & priuatio dupliciter poſſunt accipi, primo vt ſunt propria prędicamẽto ſubſtãtiæ, ſecundo vt ſunt cõia omnib. prædicamentis. Tex. 69.

Sciendum ſecundo, q̃ materia, forma, & priuatio, de genere ſubſtantiæ dicuntur eſſe cauſa principiorum omnium aliorum generum: non qđ habitus principietur ab habitu, & priuatio à priuatione, ſed ſecundum q̃ dicit Albertus: quia principia iſta ſunt cauſa ſubſtantiæ compoſitæ, principia autem aliorum generum principiantur, & cauſantur a ſubſtantia compoſita, in triplici genere cauſæ. ſ. materialis, finalis, & efficientis: ſubiectum Text. 60. & 62.

enim contrarietatum accidentalium, ſicut albi & nigri, calidi & frigidi, non eſt materia, ſed potius compoſitum: quod quidem eſt cauſa accidẽtium: in genere quidem cauſæ materialis, inquantum ſunt ipſa, ſicut in ſubiecto: in genere vero cauſæ finalis, inquantum imperfectum ordinatur ad perfectum, ſicut ad finem: in genere autem cauſæ efficientis, inquantum conſequuntur ſubſtantiam cõpoſitam, cum producitur: dum enim producitur Sort. producuntur omnia accidentia eius: vnde Sort. eſt cauſa ipſorum accidentium conſecutiue.

Sciendum tertio, quod ſi accipiamus principia de genere ſubſtantiæ, iſta ſunt tria ſecundum genus principiandi: priuatio enim eſt principium p accidens, materia principium per ſe, tamquam ſubiectum, forma principium per ſe, tamquam terminans mutationem. Si autem accipiamus illa principia vniuerſaliter, ſunt tria etiam ſecundum analogiam, forma enim per prius dicitur de ſubſtantiali, quam de accidentali: & ſimiliter priuatio & materia.

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur. Ad primam dicitur primo, quòd antecedens eſt falſum, & ad probationem negatur conſequentia: dicitur enim quòd nigrum eſt priuatio, & non album aliquo modo, licet non ſit pura priuatio.

Dicitur ſecundo, quòd philoſophus aſſignat principia neceſſaria tranſmutationis, & huiuſmodi ſunt materia, forma, & priuatio, ſiue enim fiat aliquid ex contraria forma, ſiue non, ſemper tamẽ fit ex priuatione: quia in contrariis includitur oppoſitio priuatiua, inquãtum vnum contrariorum eſt deficiens reſpectu alterius: non autem ſemper fit aliquid ex contraria forma: ſed aliquando ex
Tex.68. priuatione pura: & hoc eſt, quod intendit philoſophus, dum dicit, quòd alterum contrariorum erit ſufficiens facere abſentia, & præſentia mutationẽ. Licet ergo in motu ſint quatuor principia, accipiẽdo contrarium, & priuationem pro duobus, tamẽ illa quatuor non ſunt neceſſaria omni mutationi: ſed ſunt tãtum tria neceſſaria, ſcilicet materia, forma, & priuatio.

Ad ſecundũ dicitur, quòd accidentia in abſtracto non ſunt res naturales, de quibus loquitur hic philoſophus, inquirit enim principia rerum, quæ producuntur per tranſmutationem, forma autem non producitur proprie, ſed compoſitum ex ſubiecto & forma: ideo non oportet formas ſiue ſubſtãtiales, ſiue accidentales componi ex huiuſmodi principijs.

Ad tertiũ dicitur primo, quòd principia per ſe ſunt ſecundum ſe notiora principiatis, non autem principia per accidens, cuiuſmodi eſt priuatio. Dicitur 2. quod non omnia principia ſunt notiora: ſed ſolum illa, quæ in ſua eſſentia dicunt aliquem actum: materia autem ſecundum ſe nullum includit actum, ideo non eſt notior compoſito. Dicitur 3. quod licet materia ſecundum ſe conſiderata, nõ ſit notior, quia nec ſic eſt cauſa compoſiti, ſecundũ tamen quòd cõſideratur ſub forma, & eſt in actu, eſt notior, quia vt ſic, non eſt in pura potentia, & ſecundum iſtum modum eſt cauſa compoſiti: vnde eo modo quo eſt principiũ eſſendi, eſt etiam principium cognoſcendi aliquo modo.

Ad confirmationem dicitur primo, quod non omne principium eſſendi etiam per ſe, eſt principium cognoſcendi: ſed ſolum quod in ſua eſſentia includit aliquem actum. Dicitur 2. quod etiã materia eſt principium cognoſcendi aliquo modo, vt ſtat ſub actu. Dicitur 3. quod priuatio non eſt principium eſſendi per ſe, ſed per accidens, vt declarabitur in quæſtione ſequenti.

Ad quartum dicitur, quod non omnia principia ſunt contraria: ſed ſolum duo, ſcilicet forma, & priuatio, vt ſuperius eſt oſtenſum.

ADDITIO.

NOTVM eſt apud omnes Peripateticos, quòd tria ſunt principia rerum naturalium quo ad fieri & generari, ſed quo ad rem factam, & genitam ſunt duo, & hæc talia non oportet, vt ſint notiora principiatis, vt tangitur in reſponſione ad tertium, quia per illa principia, quæ ſunt notiora principiatis ego intelligo principia complexa, quæ ſunt propoſitiones immediatæ, & per ſe notæ in ſciẽtia naturali, de quibus ſolet fieri hæc diſtinctio, principia cognitionis ſunt in duplici differentia, quædam cognitionis tantum, quæ ſunt ex affectibus rerum naturalium, & ſunt propoſitiones euidentes per ſe, quo ad noſtram primam cognitionẽ naturalem, vt motum eſſe, & pluralitatem entium eſſe, & mobilia eſſe, quædam ſunt principia cognitionis, & eſſe ſimul, & iſtæ ſunt propoſitiones per ſe notæ ex cauſis, quæ ſunt euidentes quo ad naturam, vt plura entia habere in ſe cauſas motus, & quietis, nam quid eſt habere in ſe cauſam motus, niſi naturam, quæ eſt principiũ motus, & quietis, de iſtis propoſitionibus tenet vniuerſaliter propoſitio, principia ſunt notiora principiatis, ſed non tenet vniuerſaliter de principiis incomplexis, p
Materia multis nominatur nominibus. cipue de priuatione, & materia, quia cum materia multis nomiuibus nuncupetur, ſecundum nullum illorum poteſt dici principium cognitionis; dicitur enim materia, hyle, ſubiectum, maſſa, origo, elementum, dicitur quoque ſylua, mater, fœmina, turpe, chaos: dicitur materia, quia in ipſam reſoluitur res, vt in alterum principiorum componentium, dicitur hyle, inquantum ipſa exiſtens indiſtincta ſubſceptibilis eſt plurium formarum, & communiter eam ſic nominant poetæ: dicitur ſubiectum, pro quanto ſuſtinet formam, dicitur maſſa, prout ipſa de ſe indiſtincta exiſtens diuerſificatur in diuerſas ſpecies per diuerſas formas ſubſtantiales; dicitur origo, pro quanto ab ipſa incipit rei conſtitutio, ſecundum quem modum eſt priuationi immiſta, à qua ſi intelligitur ſeparata bene eſt principium eſſendi, ſed non fiendi, dicitur elementum, quia ipſa eſt prima in conſtitutione, & vltima in reſolutione, dicitur ſylua, pro quanto ipſa habilis eſt ad omne artificiale ædificium ſecundum formas diuerſas artificiales, & per diuerſos artifices, dicitur mater, quia ex ipſa quaſi pariendo per virtutem agentis educitur forma, dicitur fœmina, quia ipſa imperfecta exiſtens perfectibilis eſt per formam, ſicut fœmina per virum, dicitur turpe per metaphoram in illis in quib. dicitur, ꝙ actu non habẽt habitum virtutis, ſed apta nata ſunt habere, dicitur chaos, quia in ipſa veluti in quodam chaos potentialiter confunduntur oẽs formæ; vnde cum ſm omnia iſta nomina materia dicatur principium contingentiæ, & cõtradictionis, nõ põt aliquo modo dici principium cognitionis. hinc valeat Scotus

Scotus aſſerens materiam ex ſe habere actum entitatiuum ſine forma, & Greg. Ari. 2. ſen. di. 12. q. 2. ponit habere actum exiſtẽtię ſine forma. Nam ſi nõ poteſt eſſe principium cognitionis, quo modo ergo habebit actũ, licet actu ſit ſubſtantia ens, & reliqua prædicata tranſcendentia; non tamen eſt dicẽdum quod ſit actus, quia hoc modo eſt forma, nec eſt in actu, quia ſic vocabitur ſubiectum, prout eſt ſub forma. valeat etiam Franciſcus Tholetanus primo phyſi. q. 13. vbi ponit materiam habere actum imperfectum, & ſic videtur Scotizare.

Attende etiam circa illam propoſitionem, principia oportet ſemper manere, quod verior gloſa eſt, ſi per p manentiam intelligamus non quãcumque, ſed permanentiam in conditionibus principiorum, quia oportet ſemper manere intranſmutabilia, quatenus in qualibet tranſmutatione non fiunt, neque tranſmutãtur ex aliis, neque ex alterutris, &c.

QVAESTIO X.

Vtrum priuatio ſit principium per accidens, diſtinctum a materia.

Sed hoc differt plurimum &c.
Tex. LXXIX.

QVÆRITVR decimo. Vtrum priuatio ſit principium per accidens diſtinctũ a materia, & videtur quod non.

Primo non ens non poteſt eſſe principium entis: ſed priuatio eſt non ens, quia eſt negatio, ergo priuatio non eſt principium.

2. Principia rerum naturalium ſimul ſunt in re naturali, ſed priuatio non eſt in re naturali cum forma, adueniente enim muſica in ſubiecto, non eſt amplius in ſubiecto priuatio muſicæ, ergo &cet.

Text. 60. & 66. 3. Si priuatio eſt principium, hoc eſt quia coniũgitur ſubiecto, vt dicit Philoſophus, ſed iſta ratio non ſufficit, quia potentia materiæ, & aptitudo eius ad formam ſunt in materia, & tamen non ponuntur principia: ergo nec priuatio propter hoc debet poni principium.

4. Si priuatio eſſet principium per accidens, poſſet eſſe tranſmutatio ſine priuatione, quia quod per accidens ineſt, contingit non ineſſe, ſed hoc eſt falſum, & contra Philoſophum oſtendentem, quod omne quod fit, fit ex oppoſito, & omne quod corrumpitur, corrumpitur in oppoſitum, ergo &c.

Tex. 43. & 44. 5. Si priuatio eſſet principium, ſequeretur quod a priuatione ad habitum eundem numero regreſſus fieret, ſed hoc eſt contra Philoſophum in 2. de
Text. cõ. 70. generatione, ergo &c. Probatur conſequẽtia, quia corrupta aliqua forma, adhuc in materia eſt priuatio illius formæ, ergo ſicut antequam haberet formam reducta eſt ab hoc principio, quod eſt priuatio ad formam, eadem ratione cum corrupta eſt forma (quia remanet in ea priuatio, quæ ẽ principium tranſmutationis) poterit materia reduci in actum, reſpectu eiuſdem formæ.

6. Illa quæ ſunt vnum numero diſtincta ſolum ſecundum rationem, non diſtinguuntur realiter, ſicut Tullius, & Cicero, ſed materia & priuatio ſunt vnum numero ſecundum philoſophum, ergo &c. Tex. 60. & 66.
Reſpondeo.

In iſta quæſtione tria ſunt declaranda, primo quid ſit priuatio, 2. quomodo ſe habeat ad ſubiectum, 3. quomodo ſit principium.

Oppoſitio priuationis & habitus, poſt oppoſitionem contradictoriam primum locum tenet.
Quantum ad primum, ſciendum primo, quod oppoſitio priuationis & habitus, poſt oppoſitionẽ contradictoriam primum locum tenet: priuatiue enim oppoſita non habent medium eiuſdem generis, ſicut habent aliqua contraria, album namque & nigrum habẽt rubeum, & alios colores medios, non habent etiam dependentiam adinuicem, ſicut habent relatiue oppoſita, ut pater & filius, ſed priuatio ſe tenet ex parte vnius extremi contradictionis, ſcilicet ex parte negationis, habitus autem ſe tenet ex parte affirmationis, quod eſt contradictionis alterum extremum.

Negatio q̃ ẽ extremum contradictionis aliter negat quam negatio ſignificans priuationem.
2. Sciendum, quod negatio quæ eſt extremum contradictionis, negat totaliter eſſe, non circa determinatum ſubiectum, ſed abſolute & totaliter negat eſſe, quod per affirmationem importatur, & ideo tam de ente, quam non ente dicitur, non videns enim negat abſolute actum viſionis, ideo & chimæra dicitur non videns, & Sortes cœcus dicitur non videns: priuatio autem nõ eſt negatio ſimpliciter, ſed negatio circa ſubiectum ſuſceptiuum habitus, ideo non dicitur, niſi de ſubiecto habitus ſuſceptiuo, ſicut cœcitas negat viſum ſubiecto apto videre, vnde bene dicitur Sor. eſſe cæcum, ſi careat viſu, ſed lapis, quamuis careat viſu, non dicitur tamen cæcus, quia non eſt ſuſceptiuus viſus, licet dici poſſit non videns.

3. Sciendum, quod quia in genere actu eſſe, ẽ primus actus, propter quod nihil ſignificatur eſſe actu, niſi per eſſe, nõ enim aliquis dicitur actu ſanus, niſi quia habet eſſe ſanitatis, ideo priuatio inquantum negatio eſt, attingens. ſ. alterum extremũ contradictionis, quod eſt non eſſe, quod negat ipſum eſſe ſimpliciter, primo & per ſe opponitur eſſe, qđ dat forma, ſecundario aũt ipſi formæ, cæcitas. n. primo & per ſe opponitur eſſe videntis, ſecundario aũt formæ, quæ dicitur viſus. Si aũt conſideretur priuatio, inquantum deficit a contradictione, inquantum. ſ. eſt negatio in tali ſubiecto determinato, primo & per ſe opponitur formæ, ſecundario autem eſſe, quod dat forma: nam cœcitas, inquantum negatio circa hoc ſubiectum, quod eſt oculus, primo & per ſe opponitur viſui, ſecundario autem eſſe illi, quod dat formã viſus, huius ratio eſt, quia quantum ad inhærentiam forma præcedit eſſe: nõ .n. poſſumus imaginari paritem per eſſe albedinis actuari, niſi imaginemur prius, ſibi inhærere albedinem, a qua fluit eſſe album, & quia priuatio, ut negatio circa determinatum ſubiectum, accipitur per modum inhærentis, ideo ſecundum iſtã cõſiderationẽ primo opponitur formæ, & ſecundario opponitur eſſe, quod dat forma. Quia ergo priuatio eſt formaliter negatio circa determinatũ ſubie

ctum:ideo in se considerata & intrinsece est non ẽ ens:negatio enim non ens est:sed extrinsece & continuatiue dicit aliquid ens,scilicet subiectum, hoc est dictu,quod est non ens,circa determinatum subiectum,non ens dico oppositum formæ, & esse receptibili in tali subiecto determinato:sicut cæcitas est non ens circa subiectum susceptiuum visus oppositum visui,& ipsi esse videntis.

Quantum ad secundum,quomodo scilicet hẽat priuatio ad materiam,notandum quod ens,ut habetur.5.Metaph.dupliciter accipitur, vno modo, prout dicit actum existendi;alio modo,vt dicit veritatem,& compositionem intellectus: cum enim intellectus format propositionem affirmatiuam,dicit prædicatum habere conuenientiam cum subiecto:cum aũt format negatiuam, vt dicendo,homo non est lapis,dicit prædicatum habere differentiã cum subiecto:potest ergo etiam accipi ens, vt significat istam conuenientiam, aut differentiam inter subiectum,secundum quod adæquatur re i, in quo consistit ratio veri. Ens primo modo dicitur de natura reali existenti:sed secundo modo dicitur ẽt de non ente. Omne enim quod põt esse extremum propositionis dicitur ens isto mõ:nihil enim aliud significat,cum dico,nõ ens est, quam quod compositio,quam facit intellectus,ver. gra. dicendo non ens est non ens,est vera. Dicitur ergo primo, quod priuatio non est subiectiue in materia, quasi habens ibi aliquod esse:neque enim habet esse substãtiale neque accidentale,cum sit negatio:vnde cum dicitur, Sortes est cæcus,ly est,non significat aliquod esse extra intellectum, sed significat compositionem,quam facit intellectus,dũ apprehẽdit Sor. sine usu,per quam compositionem conformatur rei ad extra,intellectus enim apprehendens Sortẽ sine potentia visiua,apprehendit illam negationẽ per modum entis, faciendo ipsam terminum propositionis, formamdoque istam propositionem, Sortes est cæcus:vnde ly est,in ista propositione vocali, Sortes est cæcus,significat illam cõpositionẽ, quam facit intellectus,dum accipiens negationem uisus per modum entis, componit illam cũ Sorte: ex parte autẽ rei,ista propositio, Sortes est cæcus, significat Sor.carere virtute uisiua.

Tex.acõ.14.

Dicitur 2.q priuatio non est idẽ, quod materia, sed ab ipsa realiter distinguitur:priuatio enim formæ bouis,distinguitur a materia non habẽte formã bouis in potẽtia tamẽ ad formã bouis existẽte.

Aliqua distingui realiter duplici-ter,vno mõ quãdo sunt duæ entitates reales, alio mõ quando vna realitas vnius nõ est i alio.

Sed aduertendum,quod dupliciter possunt aliqua distingui realiter,vno modo, quia sunt duæ entitates reales,quarum una non est alia, hoc modo musica & albedo distinguuntur realiter : alio modo quia realitas vnius non est id,quod significatur nomine alterius:siue illud sit reale, siue ens rationis,& hoc modo materia,& priuatio distinguuntur realiter,oculus enim non est illa negatio, quæ hoc nomine cœcitas significatur.

Istud probatur rationibus Philo. quarum prima ponitur tex.60.& est talis. Illa quorum vno nõ permanente,aliud permanet, distinguuntur realiter,alioquin idem permaneret, & non permaneret, sed non permanente priuatione manet subiectum, ergo priuatio & substantia distinguuntur realiter,minor probatur, Dum homo non musicus fit musicus,adueniente musica, non permanet non musica,idem enim non est musicus,& non musicus,& tamen manet homo, quod est subiectum: ergo &c.

2.Illa, circa quæ vtimur diuerso modo loquẽdi, per se distinguuntur,sed circa subiectum & priuationem,vtimur diuerso modo loquendi, dicimus enim de subiecto,quod hoc fit illud, v.g. homo fit musicus,non autem,quod ex hoc fit hoc, de priuatione autem dicimus,quod ex hoc fit illud,ut quod ex immusico fit musicus:licet posset etiã dici, hoc fit hoc,quamuis non ita proprie,ergo &c. Ista ponitur tex.comment.61. Tex.61.

3.Et ponitur tex.comm.79. Illud quod intrat substantiam rei,distinguitur ab eo,quod nõ intrat substantiam rei: sed materia intrat substãciam rei, nõ autem priuatio,certum est enim quod de essentia hominis musici est homo,& musicus, non autem non musicus:ergo &c. Tex. cõ.79.

4.Et ponitur tex.com.81.Si priuatio esset idem quod materia,tunc priuatio appeteret formam v. gra.non musica appeteret musicam: sed hoc est falsum,quia contrarium non appetit, immo destruit suum contrarium,ergo &c. Probatur consequentia,materia appetit formã,ergo si priuatio est materia,priuatio appeteret formam. Tex. cõ.81.

Quantum ad tertium principale, sciendum primo,q cum tria sint principia rerum naturalium.s. materia,forma,& priuatio,materia & forma,vt inquit philosophus,sunt principium per se, priuatio vero est principium per accidens,nam illa dicũtur principia per se,secundum q hic loquimur de principiis essendi.s.& fiendi quæ intrant essentiam rei postquã facta est.Et hoc modo materia, & forma dicũtur principia per se: constituunt enim essentiã compositi,ex materia & forma. Illud autem dicitur principium per accidens, quod non constituit essentiam rei factæ,licet sit terminus a quo mutationis,& productionis : et hoc modo priuatio est principium rei factæ,non enim non Sortes constituit Sortem. Tex.66.

Oẽ quod cõiungitur cãe per se, est principiũ & causa per accidens.

Sciendum 2.quod omne, quod coniungitur causæ per se,est principium & causa per accidens, sicut si domificator sit albus,dicemus, quod album domificat per accidens,quia accidit domificatori, qui domificat per se,ratio huius est,quia illud dicitur conuenire alicui per se,quod conuenit ei,inquã tale est,idest per formam & rationem,a qua habet quod sit tale,sicut dicimus domificatorem domificare per se,quia hoc conuenit ei per artem domificandi,a qua habet quod sit domificator. Illud autem dicitur conuenire alicui per accidens,qđ conuenit ei, non inquantum tale, sed inquantum est aliquid aliud:sicut dicimus, quod medicus ædificat per accidens,quia ædificare non conuenit sibi per artẽ medicinæ, a qua habet quod sit medicus, sed inquantum medicus est etiam domificator, & quia quod accidit causę per se, est idem subiecto cum ea,sicut medicus est idem subiecto cũ domificatore,si medicus habeat artem domificandi,ideo quod attribuitur alicui per se,inquantum tale est, attribuitur omni,quod ei accidit per accidens:attribuitur.n.ei non inquantum tale est,sed inquantum est idẽ subiecto cũ eo,cui cõuenit per se. Dicimus

mus enim quod medicus ædificat per accidens,qa non ædificat inquantum medicus est, sed quia est idem subiecto cum domificatore,sicut punctus dicitur principium lineæ.

Sciendum 3. quod licet ista principia sint non solum fiendi,sed etiam essendi principia, & propter hoc oporteat ea non solum in omni transmutatione inueniri, sed etiã simul esse in re,postquã est producta,non tamen eadem priuatio,q̃ est principium fiendi,est etiam principium essendi. Nam cum aliquid dealbatur,priuatio albedinis, opposita.s.albedini,est principium dealbationis,sed post quam illud est dealbatum,illa priuatio nõ est principium,cum nõ sit in tali re,sed priuatio nigri,tũc est principium essendi:dum.n.aliquid est sub albedine,sub priuatione quoq; nigredinis inuenitur.

Radẽ priuatio non est principium fiendi & essendi.

Istis notatis dicitur primo,q accipiendo principium,vt dicit primum in aliquo ordine, priuatio est principium in fieri per se,& tunc nihil aliud est dicere aliquid fieri ex priuatione, quam fieri post priuationem,sicut fieri musicum ex immusico,est fieri musicum post immusicum. Probatur sic. Qđ conuenit alicui inquantum tale est, cõuenit ei per se,vt superius declaratum est: sed quod aliquid acquirens formam,acquirat eam post priuationem, conuenit priuationi inquantum priuatio est, oportet enim prius priuationem esse in materia, quam materia per transmurationem accipiat formã : ergo esse principium in fieri,conuenit priuationi q̃ se mõ dicto. Dicit 2.quod accipiendo principiũ q̃ causa,priuatio non est principium per se,sed principium per accidens,tam in essendo, quam in fiendo:& hoc modo intellexit Phil.cum dixit priuationem esse principium per accidens,& nõ per se. Prima pars probatur. Illud est principiũ per se, quod intrat essentiam rei factæ,causa enim per se intrinseca constituit essentiã rei : sed priuatio non intrat essentiam rei factæ,tũ quia priuatio, quæ fuit principium in fieri,non manet in re facta,tum quia est negatio,quæ non constituit ens:non enim Sor. constituitur ex non Sorte,neq; ex alia negatiua. Hoc modo autem materia, & forma dicũtur principia: integrant enim essentiam rei factæ, nam essentia Sortis cõstituitur ex sua materia,& ex sua forma: Secunda vero pars probatur. Illud quod est vnum numero cum causa per se,est causa per accidens, vt superius declaratum est,sed priuatio est vnũ numero, cum materia quæ est principium per se, qa materia numquã separatur à priuatione,eo quod dum est sub vna forma,est sub priuatione alterius formæ:ergo priuatio est principium per accidens. Tex.66.

Priuatio alio modo ẽ causa per accidens ad generationẽ & similia.

Aduertendum est autem secundum Simpliciũ, quod aliud est quærere principia naturalium,ex q bus primo inexistentibus sunt per se, & non p accidens, & aliud mutationis principia quærere. Primo enim modo priuatio est causa per accidens,eo quod non sit intrinseca substantiæ rei: secundo vero modo est causa per se. Sicut enim mutationis ad esse forma est causa,ita priuatio mutationis in non esse:quamuis etiam fortasse, & mutationis in esse,est per se causa:non enim ex quocumque est mutatio,sed ex non tali, apto tamen esse tale.Sed aduertendum,quod priuationem absolute dixit esse corruptionis causam per se, generationis autem esse causam sub dubio ponit:quia enim ex non esse tali specificatur corruptio,hoc ex esse specificatur generatio,potest absolute dici,qd priuatio est per se causa corruptionis: quia vero non specificatur generatio ex non esse,neque priuatio ex materia, quæ est causa per se; sed illi accidit,nõ potest dici proprie causa per se,potest tamen dici improprie,& aliquo modo causa dici per se generationis,inquantum necesse est, vt forma in generatione priuationi succedat: & hoc est quod dicebamus, secũdum quod in ratione principii importatur ordo,priuationem esse principium per se.

Attendendum etiam secundum Simplicium, q priuatio secundum quod ponitur causa per accidens generationis, ab alijs causis per accidens, eo quod accidunt subiecto,per se,nihil conferunt,neque necessaria sunt ad ea, quæ fiunt, inquantum huiusmodi:quando enim dicimus album esse causam musici per accidens,album ad generationem musici nihil confert:non enim necesse est, vt præexistat musico,neque quod adueniente musica recedat.Absque priuatione autẽ generatio fieri non potest,necesse enim est ipsam generationi præexistere,& adueniente forma recedere: non enim adueniret forma,priuatione non recedente.

Sed circa secundam partem conclusionis, duo occurrunt dubia.primum est.Si priuatio est principium per accidens,quæritur in quo genere cãlitatis sit principium 2.dubiũ est,quia priuatio est causa per accidens,quia est idem subiecto cum materia,eadem ratione forma erit causa per accidens, quia est idem subiecto cum materia,semper enim materia est sub aliqua forma,sicut semper est sub aliqua priuatione:hoc tamen est falsum, quia forma ponitur causa per se:ergo nec priuatio propter illam rationem debet poni causa per accidens.

Ad 1.istorum dicitur,quod priuatio cum sit q̃dam materiæ dispositio,vt est ad formam transmutabilis, reducitur ad genus causæ materialis: omnis enim dispositio materię ad genus causę materialis reducitur.

Ad 2.dicitur,q licet materia ita semper sit sub forma,sicut sub priuatione,aliter tamen est de forma,& aliter de priuatione. Primo,quia forma ex ratione sua habet,qđ sit causa per se:formæ enim inquantum forma,est dare esse,& speciem ei, cuius est forma: priuatio autem ex ratione sua non habet quod sit principium per se.Secũdo, quia forma nõ est dispositio materiæ,inquantum mouetur ad formam:ideo enim materia appetit formam,& mouetur ad eã, quia habet eius priuationem,ideo priuatio eo quod est idem subiecto cum materia, est principium per accidens, non autem forma, sed est principium per se.

Ad rõnes in oppositum respondetur. Ad primã dicitur primo,quod priuatio licet secundum se sit non ens,quia est negatio,connotat tamen ens.s.subiectum:est enim negatio in subiecto, vt dictũ est in quæstione.Dicitur 2.quod illud, qđ est non ens isto modo, licet non possit esse principium per se, potest tamen esse principium per accidens: & hoc modo dictum est,priuationem esse principium.

Ad 2.dicitur primo,q minor est falsa, accipiendo priuationẽ vniuersaliter,in materia enim sem-

pereſt priuatio. Dicitur 2. ꝙ principium per accidens in fieri, nõ oportet ſimul eſſe cum alijs in re facta, vnde maior eſt falſa de tali principio. modo priuatio oppoſita formæ quæ introducitur, eſt ſolum principium fiendi, ideo non manet aduenien te forma. Dicitur 3. ꝙ ſi loquamur de principio, tam per accidens, quam per ſe in eſſendo, maior eſt vera: ſed tunc negatur minor, & ad probatio-nem dicitur, ꝙ priuatio muſicæ eſt principium fiendi, non autem eſſendi hominis muſici: ſed priuatio formæ oppoſitæ muſicæ, eſt principiũ eſſendi, & illa ſimul eſt cum homine muſico.

Ad 3. negatur minor: ad probationem negatur conſequentia, cuius ratio poteſt eſſe duplex. Primo, quia potentia materię, nõ eſt aliud ſecundum rẽ quam materia, priuatio autem eſt aliud à materia. Secundo quia poſito, ꝙ potentia materiæ, & aptitudo ad formam ſint diſtincta ā materia, non tamen habent alium modum principiandi à materia: ideo non ponuntnr aliud principium à materia, ſed comprehenduntur ſub materia, priuatio autem licet ad cauſam materialem reducatur in-quantum eſt cauſa, habet tamen etiam alium modum principiandi. ſ. ſicut terminus à quo: ideo ponitur aliud principiũ à materia. Dicitur vlterius, ꝙ poſito ꝙ priuatio non haberet alium modum principandi à materia: tamen Phil. ponit eam principium expreſſe, quia aliqui ſpecialiter errabant circa eam, nullo modo eam diſtinguentes à materia.

Tex.66. Ad 4. negatur conſequentia, ad probationem, negatur aſſumptum: nam, vt dicit Comment. eſt quoddam principium per accidens neceſſarium, cuius modi eſt priuatio in vniuerſali, & eſt per accidens rariſſimum, primum autem non contingit non ineſſe, ſed bene ſecundum.

Ad 5. negatur conſequentia, ad probationẽ, negatur prima conſequẽtia. Et dicitur primo, quòd priuatio, quæ eſt in materia poſt corruptionem formæ, non eſt eadem numero cum priuatione, quæ erat in materia antequam acciperet forma, nec materia eſt in potentia ad eandem formam numero, quam amiſit. Dicitur 2. ꝙ duplex eſt priuatio ſecundum Simpli. in 1. phyſ. vna, quæ opponitur habitui, & aduenit rei tantum poſt formam, tanquã videlicet eius deſtructio, quam San. Thom. vocat priuationem non reſpicientem ſubiectum, niſi mediante habitu. alia vero, quæ eſt oppoſita formæ, q̃ & ante & poſt formam ſubiecto ineſſe poteſt, tãquam videlicet eius abſentia, quam S. Tho. priuationem vocat, immediatum ordinem habentem ad ſubiectum. A priuatione ad habitum non eſt regreſſus, vt inquit Phil. non enim ex cæco poteſt quis naturaliter fieri videns, neque viuens ex mortuo: à ſecunda vero poteſt fieri regreſſus ad formam, licet non eandem numero: poteſt enim aer ex tenebroſo fieri lucidus. Si autem quis obijciat, quod aliquis poteſt naſci cæcus: & ſic nõ eſt verũ, ꝙ cæcitas tantum poſt habitum aduenìat ſubiecto, & ſic de alijs.

Duplex eſt priuatio.

10. meta. in expoſitio. tex. 16. 8. meta. te. 24. & poſt predica.

Dupliciter reſponderi poteſt: primo, ꝙ ille, qui numquam habuit viſum, non proprie dicitur cæcus, ſed non videns: quia cæcitas eſt quædam corruptio viſus, & negatio vilus præexiſtentis in ſubiecto apto nato. 2. quod cæcitas aduenit ſubiecto poſt viſum, aut actu exiſtentem, aut debentem tali tempore ineſſe. Si. n. viſus in animali præcedẽs corrumpatur, cœcitas aduenit animali poſterius tempore, quam viſus, tamquam corruptio rei præexiſtentis, ſi vero non corrumpatur viſus præcedens, ſed homo generetur cœcus, cœcitas non ſequitur viſum poſterius natura, tanquam corruptio non rei præexiſtentis, ſed rei, quæ tali tempore debebat naturaliter ineſſe, & ideo dicitur & ab Ariſt. & à Simpli. ꝙ talis priuatio opponitur non ſimpliciter formæ, ſed habitui formæ. ſ. quæ debet naturaliter ineſſe rei, talis. n. rõnem habitus habet, inquã tum in natura rei eſt radicata.

Vnũ numero duplici-ter.

Ad 6. dicitur primo, ꝙ vnum numero dicuntur aliqua dupliciter. Vno modo, quia ſunt idem indiuiduum eiuſdem naturæ ſpecificæ ſicut Marcus, & Cicero: alio modo, quia habent eandem materiã, ſicut illa quæ ſunt in eodem ſubiecto, vt album, & muſicum in Sorte: & illa quorum vnum eſt in altero, ſicut in ſubiecto, ſicut homo & muſicus. Dicitur 2. quod aliqua poſſunt dici diſtincta rõne dupliter. Vno modo, quia diſtinguuntur conceptu intellectus, ſicut albedo & ſimilitudo, poſito quod relatio, & fundamentum ſit idem realiter, alio modo, quia diſtinguuntur ſpecie; nam & ſpecies dicitur ratio, ſicut albedo & muſica. Ad argumentum ergo dicitur, quod illa, quæ ſunt vnum numero primo, diſtincta ſolum rõne primo modo, ſunt idem realiter, ſed tunc dicitur ad minorem, ꝙ Phil. non intendit iſto modo, materiam & priuationem eẽ vnum numero. Illa autem, quæ ſunt vnum numero ſecundo modo, & diſtincta rõne ſecũdo modo, non ſunt idem realiter, licet. n. muſica & albedo ſint idem numero in Sorte muſico & albo, non ſunt tamen idem realiter: vnde in iſto ſenſu maior eſt falſa, & minor eſt vera, & ad mentem Phil. priuatio enim eſt in materia, ſicut in ſubiecto, eo modo quo priuatio poteſt eſſe in ſubiecto; vnde dicitur vnum numero cum ſubiecto, ſicut homo & albus vnum numero dicuntur.

ADDITIO.

PRINCIPIVM dicitur ſeptem modis, vide Alexã. 5. metaph. tex. comm. 1.

Vide quid ſit priuatio apud auctorem libr. 2. contra gentes, c. 71. & lib. 3. c. 14.

Loquens D. Thom. de natura priuationis ait, quomodo ſumi poteſt multipliciter, & primo, quando aliquid non habet, quod natum eſt habere ab alio, etiam ſi ipſum nõ ſit natum habere illud, ſicut ſi lapis dicatur mortuus, quia caret vita, quam quædam res natæ ſint habere. Alio modo dicitur priuatio, quãdo aliquid nõ habet, quod natum eſt habere ab aliquo ſui generis: ſicut ſi talpa dicatur cæca, tertio modo, quando ipſum non habet, quod natum eſt habere, vt catulus carens viſu, & Græci ſtereſim vocant, & dicunt dari priuationem ante rem, qualis eſt illa, quæ formam præcedit, datur quoque priuatio apud ipſos, quam vocant priuationem poſt rem, qualis eſt cæcitas poſt viſum, hanc Latini appellant carentiam, de qua Ariſtote. 5. metaphyſi. ait, ꝙ dicitur tribus modis, quia aut eſt priuatio pura, vt in eo

eo qui non habet pedes omnino; aut praue, vt qui habet pedem claudum: aut debiliter, vt qui habet pedem debilem; & tanta eſt neceſſitas priuationis in vniuerſo, vt dicat luciditſimus Themiſtius primo phyſicor. ſuper text. 80. quod priuatione exiſtente omnia naſci atque oriri neceſſe eſt: nihil enim omnino fieri poteſt niſi corruptio alicuius diſſolutioque præcederet, ipſa vero non exiſtente omnia ſempiterna & immortalia fari oportet. Hinc caue opinionem Romani Egidii, ponentis primam materiam in cœlo eiuſdem rationis cum iſta ſine priuatione, materiam enim conſeſtim ſequitur contrarietas ex libr. ſecundo de morte & vita, & per conſequens priuatio: vnde Auerr. primo phyſicor. comment. 81. ſcripſit, quod priuatio eſt cauſa, quod deſiderium naturale ſit in materia, & Themiſtius quoque 5. phyſic. tex. 22. dicebat, quod priuatio ad eas res pertinet, quæ paratam habent naturam vt poſſint id capere, quod nõ dum ceperũt, atque id agere, eoque modo, quod & quo non agunt.

Diuerſi artifices tractãt de priuatione:

Attende quoque diligenter; quòd de priuatione loquitur logicus, phyſicus, & metaphyſicus; logicus tractat de priuatione, prout eſt negatio formę in ſubiecto apto nato habere vtranque ordine irregreſſibili. Sicut cæcitas eſt priuatio viſus, & mors eſt priuatio vitæ, & ſic effatus eſt Ariſtotel. de priuatione in poſt prædicamentis. cap. de oppoſitis. ſed naturalis philoſophus tractat de priuatione, inquantum neceſſario requiritur, tanquam cauſa ſine qua non, ad quamlibet generationem, & ſic priuatio eſt negatio alicuius formę in ſubiecto apto nato habere illam, ut tenebra eſt priuatio luminis, & ignorantia eſt priuatio ſcientiæ. hoc enim modo ponitur vnum principium rerum naturalium, ab Ariſtotet. in text. 66. huius, & ſic non eſt natura aliqua neque forma, ſed formæ velut mera abſentia & ſemper machinatur ad maleficium 79. huius & facit ut materia ſit poteſtate non actu, & nunquam tranſmutatur, ſed ſubiectum eius ut ſcripſit Auerr. 51. huius, & 4. phyſicor. 62. & 5. phyſicor. 88. Metaphyſicus conſiderat de priuatione, indagando eius naturam quid ſit: vtrum ſit ens reale, an rationis tantum: & utrum ſit ſubſtantia vel accidens; & utrum ſit idem cum ſuo ſubiecto, an aliquid ab eo diſtinctum, & ſic dixit Auerr. libr. deſtruc. diſp. prima in ſolutione 15. dubii, quod priuatio ita ſe habet quod in ea nulla eſt poſſibilitas, ſi enim in priuatione eſſet poſſibilitas, poſſibile eſſet, quod priuatio reduceretur ad eſſe: hinc eſt quod non intelligitur per ſe, ſed reſpectu ſui habitus 12. metaphy. comment. 37. munus en im metaphyſici eſt tractare de accidentibus, inquantum ſunt entia.

Priuatio nõ eſt ſubſtãtia neque accidens.

Vide Simpli. primo phyſico. ſuper tex. 58. ubi latius diſputat de natura priuationis, & quomodo differt a materia ex modo loquendi, & ex re ipſa. Themiſtius quoque ait loquens de priuatione, quod non eſt nec ſubſtantia nec accidens, non eſt natura neque forma, ſed formæ velut mera abſentia, & ipſa formæ contrariatur, quaſi pingui minerua, cum in ſe inuicem agere non poſſint, neque pati, primo phyſico. text. 67. & 69. & pluribus modis capitur in ſciẽtia diuina, & in logica, ut docet commen. in paraphraſi metaph. tractatu primo c. de oppoſitis.

QVAESTIO XI.

Vtrum materia prima ſit ingenerabilis, & incorruptibilis.

Corrumpitur autem & fit &c.
Tex. LXXXII.

QVÆRITVR vndecimo: Vtrum materia prima ſit ingenerabilis, & incorruptibilis: & videtur quod non.

Primo. Quod eſt ſubiectũ generationis, generatur, ſicut ꝙ ẽ ſubiectũ dealbationis, dealbatur, ſed materia ẽ ſubiectũ generationis, nulla enim rõne poſuit Phil. materiam, niſi vt ſit ſubiectum generationis & corruptionis: ergo materia generatur: & per cõſequens etiam corrumpitur.

2. Quod mutatur de non eſſe ad eſſe, & de eſſe ad non eſſe, generatur & corrumpitur, quia generatio eſt mutatio de non eſſe ad eſſe, & corruptio mutatio de eſſe ad non eſſe; ſed materia mutatur de non eſſe ad eſſe, & econuerſo: materia enim non habens eſſe Sortis, accipit eſſe Sortis, & habens eſſe Sortis, deſinit habere illud eſſe: ergo &c.

3. Si materia ẽ ingenerabilis, & incorruptibilis, eſt Deus: ſed hoc eſt falſum: ergo &c. Probatur cõſequentia: quia erit principium non habens principium, & hoc intendimus ſignificare hoc nomine, Deus: ergo &c.

4. Illud, quod eſt cauſa generationis & corruptionis aliorum, eſt generabile & corruptibile, ꝙa, Propter quod vnum quodque tale, & illud magis: ſed materia eſt cauſa generationis aliorum, vt habetur ex 1. Phy. ergo &c.

1. Phy. te. 80 & 82. & 7. met. Tex. 29

5. Si materia eſt ingenerabilis & incorruptibilis, aut hoc eſt quantum ad ſuam communitatem, & vniuerſalitatem, aut quãtum ad ſuam indiuidua tionem. i. aut quantum ad materiam in communi, aut quãtum ad hanc materiam, puta Sortis in particulari, ſi primum hoc etiam conuenit formæ; nam & quælibet forma, ſicut & quodlibet vniuerſale in communi accepta eſt incorruptibilis, vuerſale enim ſemper eſt, vt dicitur 1. Poſter. ſed quantum ad eius indiuiduationem, falſum eſt. Nã certum eſt, quod materia Sortis, & generatur, & corrumpitur. Tex. Cõ. 11.

Actus & potentia diuidunt ens, & quodlibet genus entis 9. Metaphy. tex. 1.

Ad euidentiam iſtius difficultatis. Primo videbitur quid ſit materia, & 2. dicetur ad principale quæſitum. Quantum ad primum, ſciendum primo quod potentia & actus diuidunt ens, & quodlibet genus entis, vt dicitur. Oẽ. n. ens, aut ẽ ens in actu, aut ens in potentia; ſimiliter omne prædicamentũ habet in ſe aliquid, quod eſt potentia ad formas illius generis, & habet actus & formas pertinentes ad illud genus, ſicut in genere qualitatis eſt aliquid vt actus, ſcilicet albedo, dulcedo, ſcientia, & huiuſmodi, & aliquid quod eſt potentia ad formas qualitatis.

Recipiens in potentia iſta dẽt eſſe denudatũ a natura recepti.

Sciendum ſecundo, ꝙ recipiens aliquid, debet in eſſentia ſua eſſe denudatum ab illo, id eſt illud non debet pertinere ad eſſentiam eius, ſicut quod recipit iſtam albedinem, non debet ſecundum eſſen

tiam suam componi ex ista albedine, & ratio est, quia idem non recipit seipsum: vnde oportet esse aliam naturam recipiētis, & aliam recepti: propter quod cum tam forma substantialis, quam accidentalis, inquantum huiusmodi sint entia imperfecta, non valentia per se existere, & ideo oporteat, quod in aliquo subiecto recipiantur, sicut subiectum formarum accidētalium, in essentia sua nullam includit formarum accidentalium, quas recipit, ita subiectum formarum substantialium, in sua essentia nullam includit formarum substantialium, & per consequens nullum actum.

Sciendum 3. quod cum rei compositæ corruptio non procedat in infinitum ad hunc sensum, quod hoc cōpositū corrūpatur in illud & illud in aliud, & sic in infinitum, quia tunc res componeretur ex infinitis principiis, vnumquodque. n. resoluitur in ea ex quibus componitur, oportet dari aliquod vltimum, ad quod corruptio ei terminetur, & aliquod primum, ex quo res componatur per se, id est, quod non componatur ex alio, & intret substantiam rei factæ.

Dicitur itaque primo, quod per primam materiam intelligimus primum subiectum, ex quo res fit manens in re: & quod in vltimo res materiales resoluuntur, & hoc est quod dicit Philos. vbi dicit, Dico autem materiam, primum subiectum, vnicuique ex quo fit aliquid cum insit, non secundum accidens, & si corrumpitur, in hoc abibit vltimum. Tex 82.

Dicitur 2. quod istud primum subiectum, quod vocamus materiam, est potentia de genere substātiæ receptiua omnium formarum substantialium, si enim esset actus, aut in actu non esset vltimum, in quod corrumpitur res, compositum enim includens actum, resoluitur ad illud.

Dicitur 3. quod ex quo prima materia est receptiua omnium formarum, in sua essentia nullam habet formam: existens tamen in potentia ad omnes formas, ideo secundum essentiam suam est pura potentia, id est potentia nullum includens actum in essentia sua.

Sequitur ex his, quod materia prima, neque est simpliciter non ens, neque simpliciter ens, id est, ens in actu, sed est ens in potentia. Est igitur materia substantia, quæ est pura potentia, receptiua omnium formarum substantialium, & vltimum in qđ omne quod corrumpitur, resoluitur.

Quo ad denominationem subiecti & termini, aliter loquēdū est in generatione accidentali, aliter in substātiali generatione.

Quantum ad secundū sciendum, quod aliter est de generatione & corruptione tam substantiali, quam accidentali, inquantum generatio & corruptio est, & aliter de aliis mutationibus: aliæ enim mutationes, quæ sunt species motus, magis denominant subiectum, quam terminum motus. Dicimus. n. quod paries dealbatur, & quod hō fit musicus, nō autem quod homo albus dealbetur, aut homo musicus fiat musicus: generatio autem & corruptio magis denominant terminum motus, quā subiectum: dicimus enim quod homo albus generatur, & homo musicus generatur, nō autem quod fiat homo, aut albedo, dū homo accipit albedinē, & similiter dicimus, quod Sortes generatur, non aūt qđ materia Sortis generetur; ratio istius diuersitatis est, quia corruptio & generatio sunt mutationes inter esse & non esse; motus autem est mutatio a forma ad formam; esse autem magis est compositi, quam materiæ, aut formę: forma vero magis recipitur in subiecto quam in cōposito: ideo generatio, quæ terminatur ad esse, magis denominat compositum, quod producitur per generationem quod est primo susceptiuum esse; Sortes enim dicitur generari, quia primo & per se acquirit esse, non autē materia, cui non conuenit esse, nisi secundario: alte ratio autem magis denominat subiectum, quod est susceptiuum formæ: paries enim dicitur dealbari, quia recipit formam albedinis.

Sciendum 2. quod licet generatio & corruptio magis denominent terminum, quam subiectum, tamen improprie potest dici subiectum generari, id est esse subiectum generationis: ideo dupliciter potest dici aliquid generari: vno modo, sicut terminus productus per generationem, ut Sortes: alio modo, sicut subiectum deferens generationem. Dupliciter aliquid generari dicitur.

Ponuntur ergo duæ conclusiones, quarum prima est. Materia est generabilis & corruptibilis, sicut subiectum deferens generationem; probatur, quia per materiam primam intelligimus primum subiectum generationis & corruptionis. Et ad hūc sensum dixit Commē. quod in spermate, quod fit homo, necesse est, vt fit aliquid recipiens formam hominis, & est in rei veritate illud, quod dicitur generari, scilicet illud, in quo inuenitur iste motus. Materia est generabilis & corruptibilis, sicut subiectum deferens generationem. 1 phys. comment. 60.

Secunda cōclusio, quæ est de mēte Phil. est ista. Materia non est generabilis, neque corruptibilis, sicut terminus generationis, aut corruptionis, id est non accipit esse per generationem: neque desinit esse per corruptionem: probatur. Si materia generaretur aut corrumperetur, sequeretur, quod primum haberet aliquid prius se, & vltimum haberet aliquid posterius se: sed hoc est inconueniens: ergo &c. Probatur consequentia: materia est primum subiectum in generatione, & ultimum in corruptione, & omne quod generatur ex aliquo prius generatur, ergo si materia generatur, primū habet aliquid prius ex quo generatur: similiter si corrumpitur in aliquid posterius, ergo vltimū habet aliquid posterius, in quod corrumpitur. Tex 82.

Aduertendum autem, quod non absolute dictum est, materiam esse ingenerabilem, & incorruptibilem, sed materiam primam, quia cum duplex sit materia; scilicet prima, & proxima: prima est illa, quam diximus esse puram potentiam, in essentia sua nullū includentem actum, & primum subiectum receptiuum formarum substantialium. Proxima vero illa, quæ qualitatibus, & dispositionibus facientibus pro aliqua forma, est affecta. Materia prima est ingenerabilis & incorruptibilis, non autem materia propinqua. Materia est duplex: & qđ dicatur generabilis, & quæ non.

Ad argumenta in oppositum respondetur.

Ad primum quidem dicitur, quod alia ratio est de generatione, & corruptione, & alia de dealbatione: (vt dictum est in quæstione) conceditur. n. quod subiectum generationis generatur subiectiue. i. est subiectum deferens generationem, non autem terminatiue, id est tanquam terminus per generationem productus.

Ad 2. dicitur primo, quod generatio substantialis est de non esse simpliciter in actu, ad esse simpliciter in actu, & corruptio de eē simpliciter in actu, ad non

ad non esse simpliciter in actu: ad hoc enim quod aliquid generetur, oportet, quod prius nullo modo habuerit esse actu, & accipiat de nouo esse simpliciter in actu. Dicitur 2. qđ materia prima non mutatur de nō esse simpliciter, ad esse simpliciter, sed de non esse hoc, ad esse hoc: cum enim ex aere generatur ignis, materia, quæ prius habet formam aeris, & postea formam ignis, mutatur de non esse ignis, ad esse ignis, non autem de non esse simpliciter, quia prius habebat esse actu per formam aeris, & ratio huius est: quia materia nunquam est separata ab omni forma substantiali, sed semper habet aliquam formam, ideo nunquam separatur ab esse, sed semper habet aliquod esse. Similiter dicendū est de corruptione: materia. n. non mutatur de esse ad non esse simpliciter: sed de esse hoc, ad non esse hoc.

Ad 3. negatur consequentia: ad probationem dicitur, quòd licet materia non habeat principium, quod producat eam per generationem, id est ex aliqua suppposita materia, habet tamen principium, quod producit eam per simplicem emanationem, hoc est ex nihilo. Et si obiiciatur, qđ ex nihilo nihil fit secundum opinionem omnium philosophorum 1. Phys. dicitur, quod verū est ex nihilo nihil fieri per generationem, sed etiā verum est aliquid fieri ex nihilo per simplicem emanationem. Ex nihilo nihil fit; qūo intelligatur.

Ad 4. negatur maior, ad probationem dicitur primo, qđ illa propositio tenet in his, quæ sunt eiusdem ordinis, quæ conueniunt in nomine & ratione cum suo effectu; modo dicitur, qđ materia licet sit causa generabilium & corruptibilium, non tamen est generabilis & corruptibilis, ideo non oportet, qđ sit magis generabilis & corruptibilis, sicut sol licet causet calorem in istis inferioribus, non tamen est magis calidus, quia non est calidus, & non est causa vniuoca. Dicitur 2. qđ illa ꝓpositio non tenet in causis materialibus. Propter qđ vnūquodq; & illud magis: qūo intelligatur.

Ad quintum respondet Simplicius, & dicit primo, qđ materia est ingenerabilis & corruptibilis secundum suam communitatem accepta, non autem quantum ad suam iudiuiduationem: nam cum ex aqua fit aer, materia aeris fit ex materia aquæ, manet tamē semper materia prima. Dicitur secundo, qđ licet materia hæc & indiuidualis, sit generabilis, & corruptibilis, absolute tamen eam Arist. ingenerabilem, & incorruptibilem dicit, cū sit secundum suam tantum communitatem ingenerabilis, & incorruptibilis, quia à se communitatem tantum habet, & inquantum est materia, indiuiduationem autem habet non à se, sed à forma. Per hoc autem videtur ad instantiam adductam velle respondere, si ponatur incorruptibilis secundum communitatem tantum, quia videlicet hoc etiam formæ, & omni speciei conuenit, dr. n. qđ licet hoc conueniat & formæ, & cuilibet speciei, illa tñ nō dicunt absolute ingenerabilia, & incorruptibilia, quia nō solum ex se cōmunitatem habent & vniuersalitatem, secundum quam dicuntur incorruptibilia, sicut materia, sed etiam indiuiduationem ex se habent, secundum quam generabilia & corruptibilia dicunt: dicūt. n. potius absolute natu-

ræ corruptibiles, quam incorruptibiles, quia corruptibilitas eis conuenit secundum vnumquodque esse indiuiduale, quod in rerum natura habēt ex seipsis: corruptibilitas autem conuenit eis tantum in quadam abstractione. Sed circa istam responsionem dubitat. Sicut enim materia à forma indiuiduationem habet, ita & forma secundum doctrinam S. Tho. per materiam indiuiduatur: ergo quantum ad dici ingenerabile & incorruptibile, non differt materia à forma: quia materia indiuiduationem à forma habeat, non autem forma à materia, sed a se. Respondetur, qđ licet forma, quātum ad incommunicabilitatem indiuiduationem habeat à materia, ipsa tamen intrinsece est indiuidua secundum suam substantiam positiue: materia autem prima dicitur indiuidua, id est ab alia materia distincta, non intrinsece & positiue, & ratione sui sed ratione formæ, & accidentium in ipsa existētium, quæ ab aliis formis, & accidentibus sunt distincta. Potest etiam ad principalem rationē dici, quod materia secundum suam communitatem, & inquantum est materia prima, incorruptibilis est: nō autem sm suam indiuiduationem.

Ad huius improbationem dicēdū, qđ alia est communitas formæ, & speciei, & alia communitas materiæ: nam communitas speciei, & formæ est communitas prædicabilis, quę sibi non conuenit secundum quod est in re, sed secundum quod est in intellectu: non enim inuenitur homo vniuersalis, inquantum huiusmodi extra intellectum; cō munitas autem materiæ est communitas subiecti, quæ extra intellectum sibi conuenit: est enim omnium formarum commune subiectum, inquantum materia prima est: ideo ipsa absolute incorruptibilis est, quia secundum suam communitatem est incorruptibilis, non autem forma, & species rei corruptibilis.

ADDITIO.

NOTA istam distinctionem, quæ reduci potest ad quandam aliam de materia, quæ est duplex; alia communis, & alia propria, & differunt inter se, qa quæ habent materiam communem, possunt ad inuicē transmutari, & vnum est in potentia ad suum oppositum, sicut & reliquum, vt sunt corpora simplicia; aqua enim est in potentia aer, & aer est in potentia aqua; Sed in his quæ habent materias proprias & diuersas, non est transmutatio reciproca inter ea, nec vnum est potentia reliquorū, vt materia propria phlegmatis est vnctuositas, & materia choleræ sunt res amaræ, & licet vnctuositas sit in potentia phlegma, tamen phlegma non est in potentia vnctuositas, & licet viuum sit in potentia mortuum, tamen mortuum non est in potentia viuum, vide Caietan. in libello de ente, & essentia cap. 2. in quæst. 5. & p. p. q. 29. artic. 1. & auctorem li. 1. c. 21. Materia duplex.

Circa illam propositionem, quæ habetur in calce responsionis ad quintum argumentum, communitas materiæ est communitas subiecti, quæ extra intellectum sibi conuenit, aduerte, quod videtur esse contra dictum Auerr. 5. metaphysicor. commen. 29. vbi habet, qđ prima materia est tāquam genus altissimum, & per

genus

Quomodo materia potest dici genus.

genus altissimum intelligunt Auerroistæ genus generalissimum,genus autem generalissimum facit communitatem,& vniuersalitatem in intellectu,secũdum communitatem formæ, & sic materia habebit etiam communitatem formæ, quæ est communitas prædicabilis contra auctorem hic,nisi dicamus,quòd non est intentio Auerr.assimilare primam materiam generalissimo, quantum ad prædicationem,& vniuersalitatem prædicationis:tunc enim manifeste sibi contradiceret in 1. metaphysicor.comment.17.& in 12.metaphysic. comment.14.vbi inquit, quòd prima materia non habet intentionem alicuius communis,aut alicuius vniuersalis prædicabilis de pluribus sicut genus, sed talis similitudo consistit in hoc,quod sicut genus altissimum non habet supraueniens genus,in quod possit resolui, sicut enim decem genera generalissima,vt dicit Porphyrius tamquam decem rerum principia,principii autem proprium est primum esse 5.metaph.comment...sic prima materia non habet priorem materiam,in quam resolui tur,ideo appellatur simplex,& altissimũ genus, & quia non haberet priorem materiam, in quam resoluitur ipsa,hoc est in rerum natura,non autem apud intellectũ, ideo tam propositio Auctoris hic,quam propositio Auerr.verificantur in rerum natura, & nulla est controuersia inter illas,licet materia possit quoque tripliciter considerari, vno modo quantum ad essentiam suam, alio modo quantum ad esse actuale sibi à forma communicatum,tertio quantum ad esse distinctum in partes eiusdem rationis,quartus quoque modus addi pot, prout materia est quoddam totum vniuersale respiciés hanc materiam,vel illam tanquam partes subiectiuas, & sic considerata non inconuenit eam habere quandam vniuersalitatem,& communitatem ex parte intellectus, sed non loquebatur Auctor de ista materia in præsenti disputatione.

Attende etiam circa distinctionem,quæ habetur in calce corporis quæstionis,quod materia est duplex,prima & proxima,prima est illa quæ est pura potentia, & nullum includit actum,quòd circa hoc est triplex opinio,quidam asserunt materiam habere actum existentiæ,vt fuit Grego.Arim.2.sentent.dist.12.q.2. quidam autem asseruerunt habere actum entitatiuum,vt Scot. dist.12.q.2.& sic dicunt Deum per sui omnipotẽtiam posse facere materiam existere sine omni forma, & vltra plurimas rationes,quas adducũt pro hac opinione, facit auctoritas Themistii,qui asserit materiam in prima sui notione consideratam esse aliquid actu, & quia ista auctoritas multos Thomistas in errorem traxit,cogor in hoc verba Themistii adducere, & eius intentionem declarare,ait enim Themi.in aurea sua digressione de materia,quod entium qualitercunque existentium,quædam sunt sibi attributa secundum se,quædam vero vt comparantur ad alia,vt ligno bipedali esse cõpetit,vt secundum se consideratur, sed si bipedale esse non competit ligno, nisi vt comparatur ad aliud puta ad pedale, eodem modo asserit materiã secundum se consideratam aliquid esse,& hoc secundum se sibi competere,sed potestate esse hoc habet, vt comparatur ad alterum,non enim penes hoc quod est esse, habet hoc potestate,esset enim materia materiæ,.sed manifestum est,quod ipsa est actu;hæc sunt verba Themistii vbi aduerte,quod aliud est dicere,hoc est actus, & hoc est in actu,& hoc est actu,non enim dicit, quod materia est actus,quia materia esset forma,nec dicit quod est in actu,quia materia esset subiectum compositum ex materia & forma,sed dicit,quòd est actu, scilicet materia, quia est quædam substantia & natura actu distincta à forma,sed hæc natura est potentia, quæ est differentia substantialis eius,vt dixit Auer.1.c.de substantia orbis, materia substantiatur per posse,& 5.phy.comm.8.dixit etiam Auerr.in esse materię,non admiscetur actus omnino,pro quo etiam faciunt verba Ar.7. diuinorũ, tex.8.asserentia materiam non esse quid,neque quantũ neque quale,neque vniuersaliter aliquid eorũ,quib.ens est determinatum,sed potestate omnia hæc:ex quibus cognoscitur error,qui vsque ad hæc tempora perseuerat,q materia neque habet actum existentiæ,neque entitatiuum,vt Henricus de Gandauo,Gregorius Arimi nensis,& Scotus ostendere conati sunt,sed dicitur materia esse pura potentia distincta a forma,licet sit actu materia,actu substantia,actu ens,& hæc est opinio D. Thom.contra omnes contrarium asserentes,ex quibus potes non sequi opinionem Tholetani 1.physic.q. sua 13.vbi ponit tres conclusiones falsas,in quib.asserit,materiam habere actum secundum se,quia est substantia; ergo actus,sed vide ipsum.

Diuersa opnio de actu materiæ.

QVAESTIO XII.

Vtrum sit vna materia numero generabilium et corruptibilium.

Dico autem materiam primum subiectum vniuscuiusque,ex quo fit aliquid,cum insit &c. Tex. LXXXII.

QVÆRITVR duodecimo.Vtrum sit vna materia numero generabilium & corruptibilium, & videtur quod non . primo, Idem numero non potest esse in diuersis: sed materia prima est in diuersis scilicet in Sor.Pla.boue & alijs, ergo non est vna numero.

¶2.Supponitur,quòd materia sit sua potentia, vt vult S.Tho.tunc sic. Plures sunt potentiæ materiæ,ergo sunt plures materiæ: patet consequentia quia materia est sua potentia: antecedens probatur. Potentia multiplicatur ad multiplicationem actus,quia potentia dicitur ad actum, sed sunt plures actus & plures formæ receptibiles in materia, ergo sunt plures potentiæ materiæ. 1.phy.expones tex.79.

3.Vnum numero est,quod vnam habet formã, vt Sor.sed materia non habet vnam formam ad essentiam suam pertinentem(vt dictũ est superius) ergo non est vna numero.

4.Id quod est commune pluribus secundum p̃dicationem,nõ est vnum numero:sed materia prima est communis pluribus,ergo &c. Probatur minor,quia id à quo sumitur communitas alicuius, est commune:sed à materia sumitur communitas generis:secundum doctrinam S.Tho.ergo &c.

Ad euidentiam istius difficultatis,primo declarabitur titulus quęstionis.2.dicetur ad quæstionẽ. metap.cõ 3.10.

Sciendum itaque primo, q cum duplex sit materia.s.prima, & propinqua,non loquimur hic de materia propinqua,quia certũ est esse plures materias propinquas:est enim materia propinqua(vt superius dictum est)materia informata dispositionibus, tex. est m Alia pri teria & alia ma, aterea est m qui propin

nibus propriis alicuius rei naturalis:certum est autem diuersarum rerum esse diuersas dispositiones proprias,vnde & oportet materias propinquas esse plures,& diuersas:sed loquimur de materia prima,secundum entitatem suam considerata, quam superius diximus esse puram potentiam de genere substantiæ.

Sciendum 2.q non loquimur hic de materia prima,vt etiam inuenitur in corporibus cœlestibus, quia illa est alterius rationis à materia istorum inferiorũ,sed loquimur de materia istorum inferiorum,ideo in quæstione fit mentio de materia generabilium,& corruptibilium.

Sciendum 3.quod vnum idem est quod indiuisum,vnum autem numero idem est, quod totaliter indiuisum,non prædicabile de pluribus inferioribus.Quæritur ergo,vtrum materia prima generabilium,& corruptibilium sit vna numero,id est vtrum sit vnum ens indiuisum, non prædicabile de pluribus,sicut superius de inferiori, an magis sint plures materiæ numero distinctę,de quibus p̃dicetur hoc commune, materia prima tanquam vniuersale.

Materia prima omniũ generabiliũ & corruptibilium est vna numero.

Quantum ad secundum, ponitur ista conclusio de mente Philo.& Comment. Materia prima omnium generabilium,& corruptibilium,est vna numero.Probatur:& primo sic . Supponitur quòd omnia generabilia, & corruptibilia sunt adinuicem transmutabilia,vel immediate, sicut cum ex aere generatur ignis,vel mediate,sicut cũ ex equo generatur canis per multas trãsmutationes,vt voluit Phil.te.76.Tũc arguitur sic.Illa quæ sunt trãs mutabilia ad inuicẽ,debent habere idem subiectũ quod sit sub vtroque termino transmutationis, vt patet ex Phil.in multis locis:sed omnia generabilia & corruptibilia sunt transmutabilia adinuicem per suppositum,ergo debent habere vnum numero subiectum,sed per materiam primam intelligimus subiectum cuiuslibet transmutationis: ergo materia prima est vna numero omnium generabilium,& corruptibilium. 1.phy.cõ.60. 66.69.&81.

2. Omnis distinctio est per aliquam formam, quia actus est qui distinguit & separat, vt dicitur 7.Meta.sed materia prima nullam includit formã in essentia sua,cum sit pura potentia,nullum includens actum,ergo &c.

3. Si essent plures materiæ numero distinctæ, aut distinguerentur per aliquid superadditum ipsis materiis,aut seipsis,non per aliquid superadditum,quia loquimur hic de materia secundum essentiam suam,vt consideratur sine omni actu: non etiam distinguuntur seipsis, quia illa quæ distinguuntur seipsis,distinguuntur plusquam numero, cum in nullo conueniant, materia autem non potest sic distingui:ergo nullo modo sunt plures materiæ numero.

Vnũ numero dupliciter, scilicet negatiue & positiue.

Aduertendum autem, quòd vnum numero potest accipi dupliciter,vno modo positiue, alio modo negatiue. Positiue dicitur vnum numero, quod habet vnam formam, per quam distinguitur ab omni alio,sicut Sortes,negatiue autem dicitur vnũ numero per priuationem omnis principii distinguentis, quia scilicet non habet aliquid per quod distinguatur.Materia ergo prima est vna numero negatiue,non autem positiue:id est, est vna numero non per vnitatem formę,sed per principii cuiuslibet distinctiui priuationem. Cum enim sit pura potentia,in ea non consideratur. Et hic modus similis est ei, quo dicitur vniuersale esse vbique & semper,negatiue:quia scilicet non habet in se aliquid,per quod determinetur ad hunc locum,& ad hoc tempus.Videtur autem hoc esse de mente Cõment.vbi dicit. Est igitur vnum substantiale: sed habens materiam recipiendi istas dispositiones subst antiales. Comment. comm.63.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primũ dicitur primo, quòd aliud est loqui de materia secundum se considerata,& aliud loqui de ipsa secundum quòd est sub forma: secundum se enim considerata,est vna propter priuationem principii distinctiui:secundum autem quòd est sub diuersis formis,est plures propter pluralitatem formarũ.Dicitur 3.ad maiorem, quòd habet veritatem ad hunc sensum, quod idem numero non est in diuersis:& tunc cõceditur totum,scilicet, quod materia secundum quod existit in diuersis,non est vna numero.Si autem intelligatur,quod idem numero secundum essentiam suam negatiue,non possit esse aliquo modo in diuersis,in quibus multiplicatur:maior est falsa:idẽ enim vnum, quod erat vnum numero etiam positiue,recipitur in diuersis vasis,dũ diuiditur in plura numero. Ad 2. dicitur primo,quod potentia materiæ est vna secundũ rẽ, sed plures secundum rationem:habet enim diuersos respectus ad diuersas formas. Nam secũdum quod est receptiua formæ ligni, habet respectum ad formam ligni:secundum quod est receptiua formæ bouis,dicit respectum ad formam bouis.Dicitur 2.quod ex hoc non infertur pluralitas materiæ realiter,sed solum secũdum rationem : eadẽ enim, materia cum respectu ad formam ligni,distinguitur à seipsa ratione, secundum quod consideratur cum respectu ad formam bouis.

Ad 3.patet ex dictis,concludit enim de vno numero positiue, quomodo non dicitur materia vna numero esse.

Ad 4. negatur minor: nam materia non habet rationem vniuersalis,proprie loquendo: nisi forte secundum vocem,& conceptum, quem format intellectus de isto termino,materia:vniuersale enim dicit aliquam formam : vniuersale dico quod est genus,aut species. Ad probationẽ dicitur primo, quod maior est falsa. Dicitur 2.quod genus dicitur sumi a materia, quia sumitur ab esse imperfecto,& determinabili,quod quia conuenit cum materia in hoc:quod est potentiale & perfectibile,dicitur materiale,sicut animal sumitur ab esse sensitiuo,quod dicitur potẽtiale, & materiale respectu esse intellectiui.Minor ergo est falsa : nam genus non sumitur à materia simpliciter,sed ab esse materiali,& potentiali,siue à materia,vt habet esse tale imperfectum,& potentiale.

ADDITIO.

CIRCA distinctionem illam, quam tradit Auctor de vno numero,quòd est duplex,alterũ positiue,

fitiue,vt est illud, quod habet vnam formam,per quam distinguitur ab omni alio,vt Sortes:aliud est vnum numero negatiue,scilicet per negationem formæ , & sic materia est vna numero.Occurrit difficultas , quia non videtur,quòd materia possit intelligi per priuationem omnium formarum,quia materia cœli, suppositâ nunc opinione Auerr.quòd sit subiectum in actu, & tamen non potest intelligi sine forma,vt patet per ipsum Aue. in libro de substantia orbis ca.2.quòd si intellectus poneret materiam cœli sine intelligentia,esset sicut de motu,vnde sicut motus non remanet,sic nec orbis : igitur orbis non potest abstrahi à sua forma, multo igitur minus prima materia,quæ est in fine , & in vltimo gradu potentialitatis,& imperfectionis poterit abstrahi ab ipsa forma,& augetur difficultas,quia materia nõ cognoscitur nisi per analogiam ad formam .Hanc difficultatẽ soluunt Auerroistæ,negando quòd intellectus non possit intelligere cœlum absque intelligentia, quia ponunt cœlum subiectum in actu , & ad casum quem ponit Auerr.dicunt ipsum esse possibilem secundum imaginationem,& quærit Auer.posito, quòd intelligentia non esset,quid esset de orbe,& respondet , quòd esset sicut de motu,quia si intelligentia quæ est causa efficiens, & finalis ipsius cœli non esset,nec cœlum existeret,siuenõ esset in existentia,sed ex istis non habetur clara responsio ad difficultatem motam.

Dubitatio in doctrina Auerr.

Propterea est sciendum,quòd vnum numero accipitur multipliciter,& primo pro eo,quod est vnum numero coincidens cum vna specie,vt sol est vnus, numero namque non reperitur nisi vnus solus Sol , & vna sola Luna;& hoc est duplex,alterum quod nec actu, nec potentia potest effici plura numero , & sic Deus est vnus numero:alterum est quod licet actu sit vnũ numero , potentia tamen potest effici plura , & sic Sol, & quælibet intelligentiarum potest dici vnum numero,& secũdo dicitur vnum numero , quod cum alio idem specie ; sic Sortes dicitur vnum numero,quia cum Platone participat hominem;tertio pacto dicitur etiam aliquod vnum numero,quod est vnum secundum suam essentiã, potest tamen effici plura si coniungitur eis, & sic materia dicitur vna secundum suam essentiam denudatam à formis,si vero iungatur eis,sic efficitur plures.

Vnũ numero duplex.

Est etiam notandum,quòd materia in se considerata,sicut est substantia & ens, ita etiam est vna vnitate transcendenti,quæ conuertitur cum ente,& quia intellectus est tantæ efficaciæ,quòd potest separata vnire, & vnita separare , quanto magis quæ sunt realiter distincta,ideo dico,quòd licet intellectus non possit intellige re materiam sine forma quo ad aliqua prædicata, non tamen quo ad omnia,inter quæ hoc est vnum, quòd intelligit ipsam,prout est vna numero , & ad difficultatẽ motam,quòd intellectus non potest intelligere de mente Auerr.materiam cœli sine intelligentia,dico hoc esse falsissimum,cum Astrologus consideret de substantia cœli æterna,& tamen non considerat de intelligentia, immo ipsemet Commen.comparat materiam cœli ad materiam primam,ponendo differentiam, quia materia cœli est in actu,& materia prima est in potentia .

Nunc quæro ego,vtrum in tali comparatione , intellectus Auerr.abstraxit materiam cœli a sua forma, quando comparauit cum prima materia,aut non : si primo habetur propositum,quòd intellectus potest abstrahere materiam cœli à sua forma;si non,igitur mala cõparatio est,quia cætera non sunt paria , quia comparatur materia cœli, vt est habens formam ad materiam primam sine forma,& tunc dicam sibi,quòd si materia cœli est in actu,est ratione suæ formæ,& non est ex sua intrinseca ratione,dicam enim,quòd materia prima etiã, vt est formata est in actu,& ita Commen. non haberet intentum suum;deinde si cœlum non posset intelligi sine sua forma,quomodo igitur diuersificati fuerunt philosoph.cum quidam asseruerunt ipsum esse primã causam,aliqui vero dixerunt, quòd est causatum à prima causa,vt scripsit Comment . ex his ergo patet solutio dubietatis motæ.

1.cœl.c.19. & cap.3.de substã.orbis

Nota, Auctorem difficultates aliquas de materia discutiendas reliquisse,vt illam,num potentia materiæ sit idem essentialiter cum materia , quæ est propositio famosa in doctrina Aristo.& declaratur in via nostra , ꝙ quo ad gradum entis , potentia materiæ identificatur cum ipsa,licet quo ad respectiuum distinguatur ab ea, vt docet D.Thom.quòd potentia materię subiecto est vna respectu multarum formarum,ratione sunt multę , iuxta dictum Aristot.materia non est quid , nec quale &c.sed omnia potentia ; & hanc veritatem substinere debes contra Iandunum.2.est,Num eadem sit materia corporum superiorum,& inferiorum, quę pertractari potest super tex.86.vbi habet philoso. subiecta quidẽ materia &c.& pertractatur à D.Tho.p.p. vide ibi quo modo ipsa sustinetur contra Egidium.3.quomodo materia appetit formam,& quo appetitu, quæ scribitur in tex.81.vbi ait philosoph. quòd appetit sicut fœmina masculum,& turpe bonum,& disputatur ibi à D.Tho. contra Auicenn.quòd appetit non appetitu sensitiuo, nec intellectiuo,sed naturali.4.An aliquid formæ præfuerit in materia,quæ pertractari potest in text.83. ibi, principio antem secundum formam , & hanc sustinemus contra D.Albertum ponentem inchoationem formarum.Has difficultates non tractauit auctor, tum causa breuitatis,tum quia ab aliis philosoph. latius disputantur,vt est videre apud omnes quæstionarios, sunt & aliæ difficultates de priuatione & forma , de quibus videre potes apud Versorium,Gratiadeum, & Chrysostomum Iauellum.

Pri.cœ.c.10.

Habetur 1. phy.tex.79. In expositione contextus. 7.Met.te.& q.25.1.phy. q.66.ar.1.

QVAE-

QVAESTIONES

IN LIBRVM SECVNDVM PHYSICORVM

Cum Additionibus ad eaſdem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum definitio naturæ sit conueniens.

Est igitur natura principium alicuius, & causa mouendi,& quiescendi. **Tex.III.**

CIRCA secundum librũ Physicorum quæritur . Vtrũ definitio naturæ sit cõueniens, hæc.s.natura est principiũ alicuius, & causa mouẽdi & quiescẽdi in eo,in quo est primũ p se,& non secundum accidens,& videtur ꝙ non.

Primo,absolutum non debet definiri per respectiuum,sed natura est nomen absolutum,& principium est nomen respectiuum,ergo natura non debet definiri per principium.maior probatur. Definiens debet esse prius definito , sed respectiuum nonest prius absoluto:ergo nõ definit absolutum : minor vero probatur pro prima parte . Natura dicitur de materia,& de forma,quę sunt absoluta: ergo natura est absolutum.

2.Idem non est causa contrariorum , nisi forte in agentibus per intellectum,sed quies & motus sunt contraria,ergo natura non est causa motus & quietis,

3.In cœlo est natura , & in ipso non potest esse quies naturalis,sed tantum motus,ergo natura nõ est causa motus,& quietis.

4.Si natura esset principium motus in eo,in quo est,sequeretur,ꝙ omnia naturalia mouerẽt seipsa: sed hoc est falsum, quia sola viuentia mouent seipsa,& ex ijs sola animalia,vt patet 8. Phy.ergo natura non est principium motus eius in quo est. Probatur consequentia. Id quod diuiditur in partem mouentem,& partem motam,mouet seipsum, vt patet etiam 8.Ph.sed si natura est principium motus eius, in quo est naturalia omnia diuiduntur in partem mouentem & partem motam. s. in naturam & id quod mouetur : ergo mouebunt omnia naturalia seipsa .

Tex. cõ.18.

Eodem tex.

5.Si illa definitio esset sufficiens,tunc ars saltandi esset natura,sed hoc est falsum:ergo &c. Probatur consequentia,quia ars saltandi est principium saltationis in eo,in quo est,& per se.

Nomen naturæ,cui primo impositum est.

Respõdeo ꝙ ista naturę definitio est cõueniẽs.

Tex.cõm 5: Definitio naturę qũo intelligatur.

Pro cuius declaratione sciendum primo,ꝙ nomen naturæ primo impositum est ad significandũ generationem rerum viuentium , vt dicitur 5. Metap.vt ipsa natiuitas aut nascentia rerum viuẽtium dicatur natura:deinde quia illa dicuntur nasci,quæ generantur coniuncta generanti,sicut fructus,dum nascitur,coniungitur arbori,& animalia generantur coniuncta parenti, ideo translatum est nomen naturæ ad significãdum etiam principium intrinsecum,ex quo primo generantur viuentia,& deinde vniuersaliter ad significandum omne principium intrinsecum motus.

Sciẽdum 2.ꝙ iste terminus principium, licet sit relatiuum nomen,non est tamen relatiuum secundum esse,sed tantum secũdum dici:non enim principaliter,& in recto significat ordinem ad alterum, sed significat absolutum cum respectu: significat enim id,à quo aliquid procedit.Quod cum natura sit etiam relatiuum secũdum dici,& significet absolutum in ordine ad id , quod ex ea constituitur ad,motum & quietem cuius est cã,ideo conuenienter in eius definitione ponitur principium , tamquam genus.

Principium est relatiuũ secũdũ dici.

Sciendum.3.ꝙ Phil.non vtitur negatione,dicendo principium & cãm : non enim inutiliter repetiit idem verbum.s.principium,dum & includitur in ratione causæ,& ponit explicite : hoc enim facit Phil.ad ostendendum,ꝙ non in omnibus natura est eodem modo principium : in aliquibus .n.natura est principium actiuũ motus, in aliquibus vero principium passiuum:elementa enim habẽt in se principiũ passiuũ suæ generationis:sed viuentia habent in se principium actiuuum sui augmenti(vt patet 2.de anima) vnde natura est principium motus,siue passiuum,siue actiuum,in eo in quo est,& hoc importatur, cum dicitur principiũ & causa , vt per principium intelligatur principium passium , & per cãm principium actiuum. Possumus etiam dicere,ꝙ principium,& causa ad diuersa referuntur:nam dicitur principium in ordine ad rem naturalem:est enim natura principium,ex quo res naturalis constituitur: ideo dicitur ꝙ est principium alicuius,siue conformius ad tex.græcum,principium quoddam quasi diceretur,est de numero eorũ,ex quibus constituũtur naturalia : dicitur autem cã in ordine ad motum & quietem. Non solum enim constituit rem naturalem,sed ẽt est causa motus,& quietis rei naturalis. Dicitur vlterius mouendi, & quiescendi, quia ea, quę naturaliter mouentur ad locum (vt dicit S. Tho.

In definitione naturę nõ inutiliter opponitur principium & causa.

Tex. cõ.36.

Tho.)naturaliter etiam in loco quiescunt, & ideo si natura est principium motus, est etiã principiũ quietis.

Quomodo intelligatur dictũ S. Th. in defini. natur. 2. Physi. omne quod mouet naturaliter ad locũ, quiescit naturaliter in loco.

Sed circa istam partem notanda sunt duo, primum est,quod conuenienter dicit S. Tho. ea quæ mouentur naturaliter ad locũ, naturaliter quiescere in loco,non autem absolute, ea quæ mouentur naturaliter,quiescere naturaliter in loco.primum enim est verũ,secundum vero est falsum. Oportet enim si aliquid ad locum naturaliter moueatur, q̃ etiam naturaliter in eo quiescat: sicut ignis, quia naturaliter mouetur sursum, ideo & naturaliter ibi quiescit, & magis etiam naturaliter,quia propter quod vnumquodque & illud magis,& ideo si aliquid mouetur naturaliter, vt acquirat locum, magis naturaliter quiescet in loco. Non oportet autem absolute,si aliquid naturaliter mouetur,q̃d naturaliter quiescat: id enim quod mouetur naturaliter in loco, non autem ad locum acquirendum,nõ oportet,quod naturaliter quiescat. Nam cœlum naturaliter mouetur, non tamen naturaliter quiescit:nam licet naturaliter moueatur, non tamen mouetur ad locum,sed in loco.

Et si contra hoc obiiciatur, quod sol mouetur naturaliter ab occidente ad oriẽtem,& sic videtur per propositionem S. Tho. quod debet quiescere naturaliter in oriente.

Tex.40.

Respondetur & dicitur primo,quod sol non mouetur ab occidente ad orientem primo & per se, sed mouetur ad motum deferentis, vt etiam de aliis stellis dicitur in 2.cœli. Vnde quia totum corpus cęli naturaliter mouetur motu circulari in suo loco, quælibet pars eius mouetur ad aliquod vbi naturaliter,& ab eo naturaliter recedit, vt continetur motus circularis: & sic,sicut sol naturaliter mouetur ad vbi orientis, ita naturaliter recedit ab illo vbi:& ita est de qualibet parte cæli. Illa autem propositio S.Thom.scilicet Omne quod naturaliter mouetur ad locum,naturaliter quiescit in loco,est intelligenda de eo,quod mouetur primo, & per se ad locum,non autem de eo, quod mouetur ad motum alterius,cuiusmodi est sol.

Cum aliqđ cõe p̃ affectus suos describitur,nõ oportet totã illam definitionem, seu descriptionẽ oĩbus inferioribus illius cõis cõuenire.

Secundo notandum est, quod cum aliquod cõmune describitur per effectus suos,non oportet illam definitionem,aut descriptionem totam omnibus inferioribus illius communis conuenire: sed sufficit vt secundum vnam partem conueniat vni, & secundum alteram partem alteri,ver.gra. Color est commune quoddam ad albedinem, & nigredinem.Si autem non haberetur propria definitio coloris per priora,& essentialia, sed datur ista definitio per effectus. Color est accidens visibile congregatiuum & disgregatiuum visus:non oporteret,quod omnis color esset congregatiuus, & disgregatiuus visus:sed sufficeret,q̃ aliqs esset disgregatiuus.Cum ergo dicitur,q̃ natura est causa mouendi,& quiescendi,non est intelligendum, quod natura in omni eo,in quo est,sit causa mouendi & quiescendi:sed quod in aliquibus est causa mouendi,in aliquibus vero est causa quiescendi. Vel dicendum secundum Porphyrium,vt refert Simplicius,quod ly, &, Arist.accipit pro vel,vt sit sensus, est causa mouendi,vel quiescendi. Quod autẽ subditur (eius in quo est)ponitur ad differentiam artis,qua aliquod extrinsecum opere manuum constituitur: ars enim huiusmodi est quidem causa motus,sed non eius,in quo est;non enim ars est in eo,quod fit per artem,& ab arte mouetur, sed in artifice.Nã neque ipsa artificiata,vt lectus, vestis, & huiusmodi, inquantum artificiata sunt idest vt per formam artis constituuntur, motus principiũ aliquod in seipsis habent,vt inquit hoc loco philosophus:sed bene ratione materiæ,ex qua constituuntur,eo quod materia ipsorum res naturalis sit. lectus enim inquantum ligneus est,ad motum deorsum ex aliquo prĩcipio intrinseco,scilicet ex grauitate sibi inexistente inclinatur. Attendendum tamen, quod per hoc quod ponit philosophus naturam esse principium motus intrinsecum ei, quod mouetur,non intendit excludere, quin natura possit aliquod extrinsecum mouere,nam forma ignis quæ est natura in ipso,est principium siue causa calefactionis in aqua,sed quod esset causa motus in eo in quo est,naturæ,inquantum natura est,essentialiter conuenit, non autem mouere aliquod extrinsecum,& ideo illud in definitione naturæ ponitur,nõ autem istud.Sequitur in definitione ly (primum) quod sane aduerbialiter sumitur,vt ex tex. græco apparet:idem enim est quod primo, siue secundum quod ipsum,& determinat ly causa: sensus enim est,quod natura est causa intrinseca mouendi,& quiescendi,non quod per aliquam aliam causam intrinsecam ei,quod mouetur, cui p̃ prius conueniat causare talem motum,& quietem, sed ipsa est prima causa motus intrinseca, & id cui primo conuenit talem motũ causare. Sicut per oppositum,cum animal deorsum cadit, non dicimus q̃ ille motus sit a natura animalis primo, & in quantum huiusmodi,quia animalitas non est primo illius motus causa intrinseca, sed quod est a natura grauis,quæ in mistione animalis prædominatur, nam illius motus grauitas est causa prima intrinseca,non autem aliquid aliud intrinsecum prius ipsa.Additur postremo per se,& non secundum accidens,ad differentiam principii intrinseci non per se,sed per accidẽs,aliquid inquantum tale:natura enim est principium motus intrinsecũ per se eius, quod mouetur,idest conueniens ei quod mouetur, inquantum est tale, sicut grauitas per se intrinsece mouetur,quod deorsum mouetur. Per oppositum,si aliquis medicus ægrotus seipsum sanet,ars medicinæ non dicetur natura, neque talis sanatio dicetur naturalis, quia licet tunc ars medicinæ sit causa intrinseca eius, qui sanatur, non tamen est causa intrinsece & per se sanationis eius, qui sanatur:non enim est de ratione infirmi, qui sanatur in quantum huiusmodi, quod in se medicinam habeat,cum videamus aliquos sanari,qui artem medicinæ non habent.Sed accidit sibi,quod a principio intrinseco sanatur,inquãtũ contingit eum,qui sanatur esse medicum. Dicitur ergo natura esse cã intrinseca motus,& quietis,primo, ad excludendum causam intrinsecam priorem, per se autẽ ad excludendum eam causam, quæ per accidens est intrinseca ei,quod mouetur, inquantum huiusmodi,vnde ly non secundum accidens, est expositio eius,quod dicitur per se.

Istam esse conuenientem definitionem naturæ probat

probat philosophus tali ratione. Id quo naturalia distinguuntur à non naturalibus, est principium, & causa &c.sed natura est id, quo naturalia differunt a non naturalibus(dicuntur enim naturalia, quia habẽt naturam) ergo natura est principium: ergo &c.maior probatur, quia naturalia non differunt ab artificialibus,nisi quia naturalia habent in se principium motus per se, non naturalia autem non habent in se principium sui motus, nisi forte per accidens ratione suæ materiæ.

Definitio naturæ in 2. physi. posita non est vera naturæ definitio,sed q̃dam descriptio.

Pro declaratione prædictorum considerandum primo secundum Albertum,quòd hæc non est vera definitio naturæ, sed est quædam assignatio, & descriptio,quæ est maioris manifestationis,quam sit nomen: natura enim dicitur de materia, & de forma secũdum prius & posterius, vt patet in isto secundo. Id autem quod proprie definitur,non dicitur de alijs secundum prius & posterius.

Tex.cõ. 12.

Aduertendum 2.vt habet Comment.3. quòd licet ista definitio sit per se nota, Philos.tamẽ ipsam per syllogismum hypotheticum manifestat,sic arguendo. Si naturalia sunt illa,quæ habent principium,quo mouentur, & quiescunt ex se, & per se, non per accidens,& natura est illa qua mouentur & quiescunt, necesse est vt natura sit principium, quo mouetur & quiescit illud,in quo est p̃ se & primo,& non per accidens. Per huiusmodi autem syllogismos hypotheticos nullum ignotum declaratur omnino, sed vtuntur ad confirmandum illud, quod est manifestum per se, tamen indiget modicula intuitione, sicut vsitantur diuisio & inductio.

Aduertẽdum 3.quia dictum est,quòd in aliquibus natura est principium actiuum,in aliquib.vero passiuum,quod posset alicui esse dubium de cœlo,& de grauibus & leuibus,vtrum in ipsis natura sit principium actiuum,an principium passiuum. De cœlo quidem est manifesta sententia S.Thom. quod natura est principiũ passiuum motus in eo, & quod motus ille dicitur naturalis solum,q̃a materia cœli habet naturalem aptitudinem ad talem motum, principium autem actiuum est intelligentia mouens:ratio autem huius est, quia nullũ principium actiuũ inclinat ad motum propter ipsum motum,natura enim semper tendit ad vnũ determinate,nõ se habens ad multa,in motu autem importatur diuersitas quædam,& difformitas,inquãtum id quod mouetur,semper aliter & aliter se habet,vnde natura non inclinat ad motum, nisi propter aliquod determinatum, sicut quia natura grauis inclinat ipsum ad quietẽ in loco deorsum, iõ mouet ipsum ad locum deorsum. Cœlum autẽ nõ peruenit per suum motum ad aliquod vbi, in quo naturaliter quiescat, quia quodlibet vbi est principium,& finis motus. Sequitur ergo,quod in cœlo non est principium actiuum motus, sed solum passiuum.De grauibus autem,& leuibus videtur aliquando dicere,quod habent in se principium actiuum motus, aliquando vero quod habent in se solum principium passiuum, & quod grauitas,& leuitas sunt potentiæ passiuæ.

Tex.cõ. 26.

Ad istius itaque euidentiam sciendum, q̃d non inconuenit aliquid esse principium actiuum, & tamen non esse potentiam actiuam,sed passiuam.Potentia enim actiua vt dicitur 5.Meta. est principiũ transmutandi aliud ab eo in quo est:modo non incõuenit aliquid esse principium actiuum alicuius existentis in subiecto in quo ipsum est, & tamen non esse principium transmutandi aliud ab eo, in quo est.Dicitur ergo, quod grauitas est principiũ formale actiuum, quo generans mouet grauia, & sic comparando grauitatem ad generans, quo mouet grauia,est principium actiuum motus,sicut & aliorum accidentium grauis: sed non est potentia actiua secundum,quod est forma grauis,quia non est principium quo graue aliud moueat,sed principium quo moueatur,vnde magis se tenet ex parte potentiæ passiuæ,quæ est principium transmutandi ab alio,quam ex parte potentiæ actiuæ, quæ est principium transmutandi aliud.Ex quo patet, q̃d non est contradictio in verbis S.Thom.numquam enim dicit quod in grauibus, & leuibus sit potentia actiua,& potentia passiua motus, sed aliquãdo dicit,quod in eis est principium actiuum formale motus, & quod illud non est potentia actiua, sed passiua quæ non contradicunt, vt declaratum est. Cum autem dicit,quod nõ est principium actiuũ, intendit quod nõ est principium quod mouet, sed quod est principium,quo generans mouet.

Circa definitionem naturæ hic assignatam posset quispiam dubitare, An in ipsa ita comprehendatur anima,sicut & formæ inanimatorum.Ratio dubitandi est,quia ex eo,q̃d anima est principium intrinsecum motus animalis inquantum huiusmodi,& per se primo,videtur sibi definitio naturæ cõuenire.Ex eo vero,q̃d anima ad diuersas loci positiones mouet,videtur quod non sit natura, quę ad vnum determinate tendit,sicut grauitas ad locum deorsum,leuitas ad locum sursum. Ad hoc dubiũ Simplicius respondet,quod natura differt ab anima,& quod naturæ definitio nullo pacto animæ cõuenit,quamuis nomen naturæ sibi quandoq; attribuatur,sicut & intellectui,& Deo.Dicimus.n.naturam animæ,naturam intellectus,& naturã Dei, secũdum quod id quo vnumquodque vere est id, quod est,dicitur quandoque natura. Hanc autem positionẽ suam quibusdam rationibus confirmat.

Prima est.Anima aduenit corpori physico, naturam habenti,vt patet ex animæ definitione,qua dicitur,quod anima est actus corporis physici,ergo est alia à natura.

Secunda est.Anima est actus corporis organici: sed non omnia corpora habentia naturam sunt organica, immo etiam & corpora simplicia naturã habent:ergo anima non est natura.

Tertia est.Animata dicimus,quæ in seipsis causam habent & nutriendi,& augmentandi,& generandi similia. Sed multa naturalia non habent in seipsis huiusmodi causam,vt lapides & metalla,ergo anima non est natura.

Quinto. Natura est in corpore tãquam in subiecto secundum Aris. non omnis autem anima est in corpore,sicut in subiecto:nam intellectus secũdum ipsum 3.de aĩa,est separatus:ergo &c. Ex his deinde corollarie infert,q̃ natura est inferior anima. Aduenit,n.anima corpori naturali, sicut forma materiæ: anima namque & ipsa est quidẽ principium motus, & nobilius quam natura:immo & fons,non est tamen principium existens in eo, q̃ Tex.cõm.7.

mouetur tamquam in subiecto, sicut naturæ attribuit Aristot. De mente vero Alexa. & Sanct. Tho. videtur esse, quòd hæc naturæ definitio etiam animam comprehẽdat: nam & anima est principium intrinsecum motus rerum animatarum eis conuenientium, inquantum sunt animata. Quòd autem ita sentiat S. Tho. apparet: nam exponendo tex. 2. dicit, quod animalia & plantæ à natura esse dicuntur, quia habent in seipsis principium augmenti & decrementi, sicut & alia principium aliorum motuum, constat autem principium augmenti & decrementi in animalibus, & plantis esse animam. 8. quoque Phys. exponendo tex. 27. ait, quod motus animalis quo mouet seipsum, si comparetur ad totũ, animal est naturalis, quia est ab anima, quæ est natura & forma animalis: constat autem, quod ibi accipit naturam, secundum quod est hic à Phil. definita. Videtur autem hæc opinio S. Tho. esse Aris. opinio ex multis: primo, quia dum naturæ definitionem ex eo, in quo differunt naturalia à non naturalibus inuestigat, inter ea, quæ sunt à natura cõnumerat animalia, & plantas, ac etiam partes eorum. Nec sufficit dicere, vt Simplicius respondet, quòd numerantur inter ea, quæ sunt à natura, non inquantum animata sunt, sed inquantum naturã, quæ est infra animam continent, sicut in gradu superiori semper gradus inferior continetur: nam Arist. 8. Phy. loquens de motu animalis, inquantũ animal est, inquit, quod totum animal natura seipsum mouet: corpus autem eius & natura & præter naturam moueri potest, & constat quod ibi naturam, secundum quod est hoc loco definita accipit. Secundo quia declarans quomodo naturalia a nõ naturalibus differant, inquit, quod naturalia habent in seipsis principium motus & status, alia quidem secundum locum, alia vero secundum augmẽtum & decrementum, alia vero secundum alterationem, constat autem quod sola animata habent in seipsis augmentum, & decrementum: ergo anima secundum ipsum sub ratione naturæ est comprehensa. Respondet Simplicius dupliciter. primo quod Arist. naturalibus reb. hoc loco attribuit augmentum & decrementum, non quia animam naturam esse velit; sed quia nondum determinauit, quorum isti motus sint proprii. 2. quod istos motus cum motibus naturalibus connumerauit, quia secundum aliquos, quædam corpora naturalia, & inanimata augmentũ & decrementum suscipiunt, sicut ignis, & quædã petræ, vt ab aliquib. traditur. Contra vtranque harum responsionum, videtur esse processus Aristo. nam cum dixerit à natura esse animalia, plantas, & simplicia corpora, ostendit esse ista à natura, quia habent in se principium motus, & deinde subiungit vniuscuiusque eorum proprium motum, dicens quædam horum habere in se principium motus secundum locum, quædam secundum augmentum & decrementum, quædam secundum alterationem: primum scilicet volens animalibus tribuere, quæ à se mouentur, secundum plantis, tertium vero elementis: vel vt exponit S. Thom. primum grauibus & leuibus, & corporibus cœlestibus, secundum animalibus & plantis, tertium vero corporibus simplicibus, & his quæ componuntur ex ipsis. Ex quibus constat, quod augmẽtum & decrementum accipit, tamquam motum viuentium, non autem tamquam aliquid incertum, cuius sit proprium, aut tamquam rebus inanimatis conueniens.

Tex. 27.

Præterea constat, quod omnes partes definitionis naturæ conueniunt animæ: ergo & tota definitio. antecedens patet, nam anima est principium, & causa motus rei viuentis, & est in ipso animali, cum sit eius substãtialis forma, est etiam primo & per se causa talis motus, quia per nullam priorem causam talis motus, cõuenit viuenti, & cãt tale motum in viuente, inquantum viuens est & animatũ: vnde de nutritione loquens Arist. inquit, quod animatum est corpus, quod alitur inquantum est animatum. Ad hoc respõdet Simplicius, quod falsum est omnes partes definitionis naturæ animæ cõuenire eodem modo, quo naturæ conueniunt: nã cũ dicitur, quod natura est principium, & causa mouendi &c. intelligitur de principio passiuo, qđ nominat quandam aptitudinem ad motũ: anima autem, inquantum anima, est principiũ actiuum propriorum motuum animatorum, non autem principium passiuum, quod autem natura sit principiũ passiuum, patet, tum quia non dicitur in definitione naturæ, quod sit principium & causa, vt corpus naturale moueat & quiescere faciat, sed vt moueatur, & quietem recipiat: tum quia naturalia non dicũtur a seipsis moueri, vt dicitur 8. Phy. tum quia natura, quę est forma, est in subiecto, forma autem in subiecto existens, nõ est proprie sui subiecti motiua: tum quia 2. de cœlo, inquit Arist. quod in nullo inanimatorum videmus, vñ principium motus. Sed cõtra istam responsionem & interpretationẽ, quam tamen ipsemet Simplicius quandoque non sequitur, cum aliquando dicat naturã esse causam motiuã, siue factiuam motus, sunt verba superius allegata ex 8. Phy. in quibus Aristo. ait, quod totũ animal natura ipsum seipsum mouet. Nam si natura animal mouet seipsum: ergo natura non solũ dicitur passiuum, sed etiam actiuum principiũ motus. Itẽ hoc loco loquitur Arist. de natura proportionaliter ad artem, quæ est principium extrinsecũ motus, constat autem ꝙ ars est principium actiuũ artificiatorum. Item in sequentibus huius libri ostendit, quod natura agit propter finem: in 1. quoque de cœlo ait, quod deus, & natura nihil agunt frustra: ergo natura est principium actiuum, nõ autem solum passiuum. Nec valet respõsio Simplicii dicentis, quod cum duo requirãtur ad id quod fit s. subiectum aliquod, quod est in potentia ad id, ꝙ debet fieri, & agens quod est in actu: natura quæ est aptitudo subiecti dicitur facere, hac sola ratione, quod ad effectum vtilis est, & dicitur agere propter finem, inquãtum generatio rerum naturaliũ determinatum finem respicit, non autem generatio eorum, quæ à casu fiunt. Ista enim responsio nõ saluat proportionem naturæ ad artem, quam Aristo. facit: dum naturam, quæ est principium intrinsecum naturalium, cõparat arti, quæ est principiũ extrinsecum artificiatorum. Item non saluatur, ꝙ natura agat propter finem: constat enim ex longo Arist. processu, ꝙ loquitur de agente proprie propter finem, non autem de aptitudine determinatũ finem respiciente. Quæ autem ad confirmationem suæ

2. de anim. tex. 44.

Tex. cõm. 47.

Tex. cõm. 3.

Tex. cõ. 31.

responsionis adducit Simplicius, non est difficile soluere.

Ad primum enim dicitur, quod licet in definitione naturæ dicatur, quod est causa vt habens eã moueatur, non sequitur, quod sit tantum principium passiuum motus. Nam & principium actiuum motus intrinsecum, ei quod mouetur, est causa quod illud non solum moueat, sed etiam quod moueatur: pars enim mouens in animalibus est principium & causa, quod animal moueatur a se, & sic quod moueat & moueatur.

Ad 2. dicitur, quod de inanimatis loquitur Aristo. cum dicit naturalia non moueri a seipsis, ut ex eius verbis apparet. Talia enim habent principiũ motus passiuum intra se, non autem principiũ actiuum, & ideo non dicũtur a seipsis moueri, sicut animata. Ad hoc enim vt aliqua dicantur mouere se, oportet vt & principium actiuum, & principium passiuum sui motus habeant in seipsis.

Ad tertiũ dicitur, quod forma in subiecto existens, secundum quod est per aliquam suam virtutem in vna parte sui subiecti, potest esse motiua alterius partis ipsius, in qua est potentia tantum passiua ad motum, & sic totum dici mouere seipsum: vnde Arist. ostendit omne, quod seipsum mouet, oportere in duas partes diuidi, quarum vna sit mouens, altera vero mota.

Arist. 8. phy. Text. cõ. 30.

Ad quartum conceditur, quod licet in nullo inanimatorum sit principium actiuum sui motus, sed natura in eis sit tantum principium passiuum motus in rebus tamen animatis, quæ etiam a natura esse dicũtur, natura est principium actiuũ motus.

Animã esse naturam dupliciter pẽ intelligi adæquate & inadæquate.

Ad euidentiam autem opinionis Alex. & S. Th. immo etiam ipsius Aristot. duo sunt attendenda. Primum est, quod animam esse naturam dupliciter intelligi potest, modo adæquate, quasi videlicet ista duo nomina: anima & natura, sint alterius definitio: alio modo inadęquate tanquam scilicet pars subiectiua naturę, de qua naturæ definitio prædicetur, sicut definitio animalis prædicatur de homine. Si primo modo accipiatur, sic anima non est natura, nam tunc nulla forma præter animam, naturæ haberet rationem, neque etiam materia esset natura. Si vero secũdo modo accipiatur, sic anima est natura, tamquam videlicet sub natura contenta, sicut homo sub animali continetur. Naturæ enim nomen, & definitio dicitur & de anima & de formis substantialibus rerum inanimatarum, vltrius de materia. Alterum est, quod in definitione naturæ principium & causa communiter & absolute accipiuntur, et ad causam agentem, et ad causam materialem siue passiuam extenduntur: non autem determinate pro principio actiuo neq; pro principio passiuo determinate. In omnibus enim naturalibus, natura est principium motus: non autem in omnibus naturalibus est principium actiuum motus, neque in omnibus principium passiuum. Sed in viuentibus, inquantum huiusmodi, ẽ principium actiuum motus eorum, inquantum viuentia sunt: in rebus vero inanimatis est principium passiuum. Et licet in aliquibus eorum, sicut in grauibus, & leuibus sit principium formale motus: illud tamen magis sub potentia passiua se tenet (vt inquit S. Th.) quam sub potentia actiua, cum non sit principium vt moueant neque se, neq; alia, sed tantum, vt moueantur a generante. Attendendum tamen, quod quamuis natura secundum quod hic definitur, commune quoddam dicat & formis inanimatorum, & animæ: aliquando tamen accipitur pro formis tantum corporum simplicium, & substantiarum inanimatarum: ideo aliquando naturam separat S. Thom. etiam de mente philosophi ab anima: sicut 2. de anima, vbi expondẽdo tex. 14. determinat, quod principium motus augmenti, & decrementi in plantis non est natura, sed anima.

Ad rationes autem Simplicii respondetur.

Ad primũ quidem dicitur: licet anima sit actus corporis physici, siue habentis naturam, quæ est forma corporis ex elementis compositi; nõ tamen per hoc excluditur, quin sub natura hic definita cõtineatur anima. Nam proprium animæ subiectum inquantum anima, est corpus naturale, inquantum habet in se naturam, quæ est forma inanimati, siue sit ab illa realiter distincta siue ratione solum: sicut proprium subiectum animæ sensitiuæ, inquantum anima sensitiua, est corpus animatum anima vegetatiua, siue sit ab ea realiter distincta, siue sit tantum distincta ratione. Et ideo sicut anima sensitiua, quamuis & ipsa sit anima, in suo tamen proprio subiecto animam vegetatiuam requirit, quæ est inferioris gradus, siue seipsam, ut dat perfectionem animæ vegetatiuæ secundum diuersitatem perfectionum: & anima absolute, siue anima vegetatiua in suo proprio subiecto naturam, quæ est forma corporis misti ab anima distincta, quæ est inferioris gradus requirit, quamuis & ipsa sit natura.

Ad 2. dicitur, quod probat animam non esse naturam adæquate, quod concedimus: non autem probat, quin sit sub natura, quæ hic definitur, cum est omnium naturalium corporum natura: non autem quod non sit natura rei animatæ.

Ad 3. similiter dicitur, quod probat animam nõ esse naturam adæquate: concluditur enim quod multa naturalia non habent animam, & consequẽter tenta: concluditur enim quod anima non est omnium rerum naturalium natura, quod gratis concedimus.

Ad 4. similiter respondetur.

Ad 5. dicitur primo, quod falsum est nõ oẽm animam esse in subiecto, accipiendo subiectũ pro materia, quæ est potentia, quomodo intendit philosophus naturam esse in subiecto. Dicitur 2. ꝙ licet intellectus, qui est potentia animæ nõ sit in subiecto, quia organo alicui determinato non est affixus, ipsa tamen anima intellectiua, cuius potentia est intellectus, est in materia, & illi dat formaliter esse. Dicitur 3. ꝙ si ponatur, animam intellectiuam nõ esse actum materiæ, sed substantiam separatam ad modum intelligentiarum, ipsa non est natura ſm ꝙ hic definitur, cum hoc tamen stat, ꝙ animæ aliæ, quæ sunt in materia, sub naturę ratione continentur. Ad rationem, quæ in principio dubii posita est dicitur, quod non est naturæ vniuersaliter, quod a contrario, & ad diuersa loca non moueat, sed tantũ naturæ rerum inanimatarum.

Ad rationes in oppositum respondetur: Ad pri-

mam negatur minor, dictum est.n. quod natura est relatiuum secundum dici. Ad probationem dicitur, quod admisso quod materia, & forma dicãtur absolute, inquantum materia & forma, inquãtum tamen significatæ hoc nomine natura, sunt relatiua secundum dici, non potest enim concipi forma vt natura, nisi concipiatur in ordine ad motum, & similiter materia.

Ad 2. dicitur, quod quando aliqua sunt contraria secundum rationem perfecti, & imperfecti, ita quod vnum est via in alterum & ordinatum ad illud, non inconuenit vnum aliquid esse causam talium contrariorum, si autem sint contraria perfecte, quorum scilicet vnum nõ ordinatur ad alterũ, tunc vnum & idem nõ est causa contrariorũ: ignis enim non est per se causa caliditatis & frigiditatis, sed solum caliditatis: vnde maior est falsa de contrariis primo modo sumptis, & minor vera, motus enim & quies se habent, sicut perfectum & imperfectum, & motus ordinatur ad quietem, si autem accipiatur maior de contrariis secundo modo dictis, tunc negatur minor, motus enim & quies non sunt illo modo contraria.

Ad 3. Respondet Albertus, quod motus cęli non est naturalis: non enim talis motus est a natura, sed est a voluntate & intellectu alicuius motoris separati, vnde negat maiorem, scilicet quod in cœlo sit natura, & dicit quod natura, secundum quod hic consideratur, est solum in istis inferioribus.

Aliter respondetur de mente S. Th. & dicuntur duo: primum est, quod natura est in cælo, & quod motus cœli est naturalis, non propter principium actiuum in se existens: sed solum propter principiũ passiuum, materia enim cęli habet naturalem aptitudinem ad motum. Secundum est, quod natura dicitur principium mouendi, & quiescendi, nõ quia in quocumque sit, causet motum & quietem, sed quia est causa motus in aliquibus, in aliquibus vero est causa quietis; vnde nec oportet, si in cœlo causat motum, quod etiam causet in eo quietem.

Ad 4. negatur consequentia, ad probationem negatur minor. Nam mouens seipsum diuiditur in duas partes in actu, quarũ vna est, id quod mouet, & altera est id, quod mouetur: modo non omnia naturalia diuiduntur in huiusmodi partes, tũ quia in quibusdam natura est tantum passiuum principium, sicut est in motu corporum cælestium, tum etiam quia aliqua habentia etiam formale principium motus, non habent in se id, quod mouet, sed id quo aliud ipsa mouet, sicut grauia & leuia habẽt in se grauitatem & leuitatem, quæ non se habent, sicut ea quæ mouent, sed sicut ea, quibus generans mouet ea.

Ad 5. dicitur, quod in saltatione sunt duo, scilicet motus, & dispositio talis motus, ars ergo saltandi non est primum principium motus saltationis, inquantum motus est, sed inquantum habet talem modum: vnde negatur consequentia.

ADDITIO.

q. 29. artic. 1. ad 4. NATVRA sumitur quatuor modis 1. pro generatione viuentium, 2. pro principio intrinseco cuiuscunque motus 3. pro materia & forma. 4. pro essentia cuiuscumque rei, vide S. Th. 1. par.

Natura sumitur dupliciter, scilicet pro natura naturãte, quæ est Deus ordinans naturas omnium. 2. pro natura naturata, quæ est eius instrumentum. Vide Auct. quo modo intentio naturæ semper est ad aliquod certum.

Naturę definitio est manifesta ex se, & ponitur in scientia naturali.

Natura nihil irrationabiliter, neque frustra facit 2. cęli. Auerr. comm. 59.

De definitione naturæ vide Simplicium 2. Phy. com. 4. Suessa. ibidem, Iandunum q. 1. Iaue. q. 3. Tholetũ. q. 1.

1. 2. q. 6. ar. 1 ad 4. 4. contra gẽtes ca 83. & capi. 23. Auer. 2. Phy sic. comm 3. Vide Auer. cęli. cõm 39

QVAESTIO II.

Vtrum scientiæ medię inter mathematicas, & naturales, sint magis naturales, quam mathematicæ.

Demonstrant autem, & quæ magis physicæ, quam Mathematicę &c. Tex. XX.

QVÆRITVR secundo, Vtrum scientiæ medię inter mathematicas & naturales sint magis naturales, quam mathematicæ, & videtur quod non.

Primo. Sciẽtia debet denominari ab eo, quod est formale in ipsa; principia ex quibus procedit scientia, se habent sicut formale, et subiectum se habet sicut materiale: ergo scientia debet denominari a principiis, sed principia sciẽtiarum mediarum sunt mathematicalia; ergo illæ scientiæ debent dici simpliciter mathematicæ.

Secundo S. Th. super Boetio de Trinitate dicit, quod istæ scientiæ magis tenent se ex parte mathematicæ scientiæ, quam ex parte naturalis: ergo etc.

Ad euidentiam huius difficultatis, Primo declarabitur, quæ sint scientiæ mathematicæ, quæ naturales, et quæ mediæ inter istas. 2. dicetur ad quæsitum. Sciendum itaque primo, quod duplex est operatio intellectus, vt dicitur. 2. de anima. s. indiuisibilium intelligentia, quæ est cognitio quidditatis rei, quę importatur per nomẽ, sicut cum cognoscit quid est homo, et compositio et diuisio, quæ est formatio propositionis affirmatiuæ, aut negatiuæ: sicut cum intelligit, quod homo est animal, aut quod homo non est lapis. Inter istas duas operationes intellectus, est differentia, quod per primam operationem potest intellectus separare ea, quæ sunt coniuncta in re: si enim Sortes sit albus, & musicus, potest apprehendere album, non apprehendendo musicum: non est enim aliud intellectum abstrahere vnum ab altero per primam operationem intellectus, quam vnum intelligere, altero non intellecto. Per secundam autem operationem, non potest vere separare ea, quæ sunt coniuncta secundum rem: sicut si Sortes sit albus non potest vere separare albedinem a Sorte: nam separare vnum ab altero per istam operationem, est intelligere vnum non esse coniunctum alteri: separaret enim Sortem ab albo, si intelligeret Sortem non esse,

esse album: hoc autem esset falsum, supposito ꝙ Sortes in re esset albus.

2. Sciendum, ꝙ licet per primam operationem intellectus possit aliqua separare, quæ sunt coniuncta, non tamen omnia. Nam posterius non potest separari à priori ab eo, quod ponit in eius definitione. Prius autem potest separari à posteriori, cum ab ipso non dependeat: animal. n. potest intelligi non intellecto homine, quia homo non est de definitione eius. Animal. n. est substantia animata sensibilis, in qua definitione non ponitur homo, sed homo non potest intelligi sine animali, quia animal ponitur in definitione hominis: est enim homo animal rationale.

Per primã intellectus operationẽ põt aliqua separare ad inuicem, nõ tñ omnia.

3. Sciendum, ꝙ licet omnia accidentia dependeant a substantia, & non possit esse nisi in substãtia, quodam tamen ordine aduenium substantiæ. Nam substantiæ materiali primo aduenit q̃titas, deinde qualitates & alia accidentia: ideo quantitas non potest intelligi sine substantia, potest autem intelligi sine qualitatibus sensibilibus. s. sine albedine, frigiditate, sono, & huiusmodi. Nam substantia, prior est quantitate: qualitates autem quãtitate sunt posteriores, & quia substantia sine accidentibus, dicitur materia intelligibilis, eo. s. qđ solo intellectu apprehendi possit, substantia autẽ subiecta qualitatibus sensibilibus, dicitur materia sensibilis (sic. n. aliquo sensu capi potest) ideo quantitas à materia intelligibili non abstrahit, sed bene à materia sensibili. Illæ ergo scientiæ mathematicæ dicuntur, quæ considerant de his, quæ à materia sensibili in suis definitionibus abstrahũt, & tamen in substantia sensibili habẽt esse. Sunt. n. de quantitate, secundum quod per primam operationem intellectus abstrahitur à materia sensibili, non autem secundum ꝙ in materia sensibili esse habet. Vnde bene inquit Arist. ꝙ abstrahentiũ non est mendacium. mathematici. n. non sic abstrahunt à materia sensibili, quasi dicant quantitatem non esse in materia sensibili: sed quia considerant quantitatem, non considerantes ipsam vt in materia sensibili habet esse, sed secundum eius definitionem, in qua materia sensibilis non cadit. Cum. n. definitur linea, ꝙ est longitudo sine latitudine, non ponitur in ista definitione materia sensibilis, & simile est de alijs quantitatibus. Si dicatur quod sicut in definitione lineę, non ponitur materia sensibilis, ita nec substantia, quæ dicitur materia intellectualis, & ita sequitur, ꝙ etiam a materia intelligibili abstrahat, cuius oppositum dictũ est, respondetur, ꝙ si accipiatur completa definitio lineæ, in ipsa ponitur substantia: cum enim longitudo sit species quantitatis continuæ, oportet vt in eius definitione ponatur quantitas, in definitione autem quantitatis ponitur substantia: est enim quantitas, mensura substantiæ.

Accidentia quodam ordine insunt substantiæ.

2 cœ. tex. 5.

Quantum vero ad scientias naturales duo sunt aduertenda.

Primum est, ꝙ cum res aliquę naturales dicantur, quia habent naturam, natura autem dicitur de materia, & de forma, proprie res naturales dicuntur, quæ ex materia & forma sunt compositæ.

Secundum est, ꝙ vniuersalia rerum naturalium sicut homo, animal, & huiusmodi, licet in suis definitionibus non includant materiam signatam & indiuiduatam, includunt tamen materiam sensibilem vniuersalem, vt dicitur. 7. metaph. Homo enim licet in sua definitione, non includat istam animam Sortis, & istam carnem, aut ista ossa, includit tamen animam, & carnem & ossa. Homo enim est compositum quoddam ex carnibus, & ossibus, & anima intellectiua: vnde licet homo possit intelligi sine ista materia sensibili, non tamẽ põt intelligi sine materia sensibili vniuersali. Sciẽtia ergo naturalis dicitur, quæ considerat de rebus naturalibus: & quia res naturalis habet esse in materia sensibili, & in sua definitione includit materiam sensibilem, ideo scientia naturalis est, quæ considerat de his, quæ habent esse in materia sensibili, & per materiam sensibilem definiuntur. Te. cõm. 35.

Quantum ad scientias medias sciendum, secundum mentẽ Commẽ. ꝙ sunt aliqua, de quibus possibile est considerare fm ꝙ sunt in materijs, & secundum ꝙ abstrahuntur à materijs: sicut illa, quæ sunt in materia, & tamen non definiuntur per materiam: & aliqua sunt, de quibus est impossibile cõsiderare sine materia, sicut homo, animal & huiusmodi. Sunt ergo scientiæ aliquæ naturales, quæ scilicet considerant de his, quæ nullo modo possunt considerari sine materia sensibili. sicut liber de generatione & corruptione &c. Aliq̃ vero sunt puræ mathematicæ, scilicet quæ considerant de his, quę possunt considerari cum materia, & sine materia, tamen de his per abstractionem à materia considerant, vt Geometria & Arithemetica. Mediæ ergo scientiæ erunt, quæ neque cõsiderãt de his, quæ sine materia considerari non possunt, neque de his quæ possunt absque materia considerari, secũdum ꝙ sunt abstracta à materia, cõsiderant: sed tractãt de his, quæ possunt quidem considerari sine materia, sed tamen ab ipsis per applicationem ad aliq̃ materiam sensibilem considerantur, sicut sunt istæ tres: Perspectiua, Musica, & Astrologia. Perspectiua enim considerat de linea, vt est determinata ad visuale: de linea enim visuali determinat. Musica de numero sonoro: Astrologia de figura, & quantitate, & numero, vt determinata ad cœlum, & partes eius.

Auer. cõ. 18.

Quãtũ ad fm sciẽdũ, ꝙ qlibet habitus cognoscitiuus hẽt respectũ, & ad aliquid ꝙ est tãq̃ formale, & ad aliquid, qđ est tamquam materiale. Formale est medium, per quod aliquid cognoscitur in illa scientia, materiale est id quod per tale medium cognoscitur. Dicitur ergo ad dubium, quod scientiæ mediæ formaliter quidem sunt magis mathematicæ, quam naturales, patet: quia principia sua, & media demonstrandi, sunt mathematicalia: sed materialiter sunt magis naturales. Considerant enim de his, quæ habent esse in materia, secundum quod habent esse in materia, quæ consideratio est naturalis. Non contradicit ergo S. Tho. sibi ipsi, quia dum dicit exponẽdo textũ Ph. ꝙ sunt magis naturales, quãtũ ad id, quod est materiale in ipsis, & hoc dicit cõformãdo se verbis Phil. dicẽtis. Demõstrãt autẽ, & q̃ magis physica, q̃ mathematica, vt ꝑspectiua, & armonica, & astrologia: vbi dicit Cõmẽ. Et declarabit, ꝙ in definitionib. natura

libus apparet materia ex hoc, quoniam quod de mathematicis est propinquius scientiæ naturali, magis pertinet ad materiam definitionibus eius, licet minus appareat, quam in scientia naturali, vt in scientia de aspectibus, & musica, & astrologia. Vbi autem dicit, ꝙ sunt magis mathematicę formaliter, ideſt quantum ad id, quod est formale in eis. Absolute tamen loquendo, debent dici magis mathematicę, q̃ naturales: quia id qd̃ est formale, potius est. Vnde cum quantum ad formale, sint magis mathematicę, absolute debent dici ma-- gis mathematicę. patēt omnia ista ex doctrina. S. Thomæ.

S. Thom. q. 9. ar. 2. ad 3.

Sed tunc remanent duo dubia. Primum dubium est. Si istę scientię sunt absolute, & formaliter mathematicæ, quare Philo. nominat eas magis naturales, quam mathematicas.

Secundum dubium est. Nam S. Tho. assignat rationem quare sint magis naturales, quia scilicet unumquodque denominatur, & speciem accipit a termino: vnde quia consideratio harum scientiarum terminatur ad materiam sensibilem, ideo magis dicuntur naturales. Ex quo arguitur sic. Mediæ scientię sunt magis naturales, quam mathematicę, & secundum speciem suam sunt naturales: ergo formaliter sunt naturales: ergo non tantum materialiter, vt dicit responsio. patet antecedens, & consequentia à simili. Iste motus accipit speciem ab albedine, quę est terminus eius: ergo iste motus secundum speciem suam est dealbatio, ergo formaliter est dealbatio.

Ad ista respondetur. Ad primum quidem dicitur, ꝙ Philo. comparat mathematicam ad naturalem, quantum ad ea, de quibus cōsiderant, & probat per scientias medias, quod mathematicus differt à naturali, eo quod considerat ea, quæ sunt in materia, per abstractionem tamen à materia, non autem naturalis; hoc autem probat per scientias medias, quæ magis appropinquant ad scientiam naturalem, quam ad mathematicam, & arguit sic. Perspectiua, quæ est scientia media inter mathematicam, & naturalem: & est magis naturalis quā mathematica, cōsiderat enim lineam; inquantum physica est, & vt habet esse in materia sensibili: ergo oppositio modo mathematicæ pure considerant de linea per abstractionem à materia sensibili. Quia ergo comparat istas scientias, quantū ad illa quæ considerant, quod est naturale in scientia: ideo absolute dicit illas scientias esse magis naturales, & non magis mathematicas.

Ad 2. dicitur primo, quod in scientijs medijs, subiectum duo includit: subiectum scilicet superioris scientiæ, & aliquid contrahens tale subiectum: subiectum enim perspectiuæ est linea visualis, constat autem quod linea visualis includit lineam, quæ est subiectum geometriæ partiale, & visuale, quod contrahit lineam. Dicitur secundo quod licet aliquid absolute ponatur in specie determinata per formam suam, quantum tamen ad materiam, etiam in aliqua determinata specie collocatur, homo enim à forma quidem suā habet, quòd sit homo absolute, secundum materiam tamen suam est in specie carnis, aut ossis, aut misti, aut alicuius huiusmodi. Sed licet quantum etiam ad materiam sit in tali specie, non oportet tamen quod ipsum formaliter sit tale absolute, sed sufficit quod materialiter sit tale. Dicitur 3. ad dubium, ꝙ ratio S. Thom. bene concludit. Cum enim subiectum mediæ scientiæ sit aliqd mathematicum, & aliquid naturale, magis tamen scientia dicitur naturalis quantum ad materiam, quam mathematica: quia vnumquodque accipit speciem, & denominationem à termino: sed id qd̃ pertinet ad materiam sensibilē, se habet vt terminus respectu eius, quod pertinet ad mathematicū, quia determinat illud, sicut visuale determinat lineam: ergo scientiæ mediæ magis sunt naturales quantum ad materiam, quam mathematicæ: non oportet autem si materialiter, ideſt quātum ad ea, quæ considerant, sint in specie scientiæ naturalis, quod absolute formaliter sint tales: nec valet exēplum adductū de dealbatione: dealbatio enim est dealbatio solū ratione termini, quod est sicut forma eius, & non ratione materiæ.

Aliquid absolute secundum formā ponitur in sua specie, secundum tamen materiam potest poni in aliqua determinata specie.

Ad argumenta patet solutio ex dictis. Aduertē dum tamen, quod illa non est mens Philo. quam sibi latini interpretes attribuunt. Non enim vt ex tex. græco apparet, sensus est, quod scientiæ mediæ magis se teneant ex parte mathematicarum: sed ꝙ inter omnes scientias mathematicas ipsæ magis ad scientias naturales appropinquant. habet enim sic tex. græcus. δῆλοι δὲ καὶ τὰ φύσικώ τινα τῶν μαθηματικῶν. ideſt ostendunt autem & quæ naturaliora sunt in mathematica, siue, ostendunt autem & naturaliora mathematica: & hunc sensum tangit Comment. & Themistius.

ADDITIO

ADVERTE diligenter circa id, quod dicit Auctor, quod quantitas non abstrahitur à materia intelligibili, ideſt a substantia, quandoquidem substantia quanta est materia intelligibilis, hęc enim est subiectum scientiarum mathematicarum, vt colligitur ex D. Thom. & fundatur hæc doctrina super famosa illa propositione, Prius non potest abstrahi a suo posteriori: priora enim secundum naturam sunt, quæcunque possunt esse sine alijs, & alia non sine ipsis, huius quoque opinionis est Alb. Egidius, Scotus, & Iandunus.

Auctor 3. Notabi. huius quæst.

D. Tho. sup text. 18. huius 2.

Hæc hab. 5. meta. cap. de priori, & poste. prædica. Iand. q 5. huius 2.

Oppositum tenet Zimara, & mouetur, quia nulla definitio datur in geometria, nec in arithmetica, in qua appareat tale subiectum, quod est substantia corporea, & Arist. abstraxit accidens a substantia, & Theologi abstrahunt relationem a diuina essentia, & sic posterius abstrahitur a priori. sed allucinatur hic vir, non considerans quomodo implicite & confuse apparet substantia in definitione mathematicorum, & qūo accidens respectiuum habet rationem, ad, & rationem, in, vide D. Thom. quia primo modo abstrahitur à substantia non 2. Pro scientijs medijs vide Them. & in prim. Auerr. quomodo concordant cum D. Thom. vt ex idiomate græco etiam deducit Auctor, quia ex hoc intelligere potest, quomodo scientia de anima, dicitur mathematica, & media, vt potes videre apud Them. & sic concordabis Philos. Simpl. Albert. & D. Thom. contra proteruos.

Zim. The. 7. Arist. prædicam. relat. Sco. in quolib. q. 5. ar. 1. D. Th. pri p. q. 20. art. 2. Auct. prope finem quæst. The. 1 physi

QVAE-

QVAESTIO III.

Vtrum ad naturalem pertineat demonstrare materiam primam esse.

Cum duę naturæ sint, &c. Tex. XXI.

VÆRITVR tertio, Vtrum ad naturalem pertineat demonstrare materiam primā esse, & videtur quòd non.

Primo. Nulla scientia probat principia sui subiecti esse: sed materia est principium entis mobilis, quod est subiectū philosophiæ naturalis: ergo philosophia naturalis non probat materiam esse, consequentia nota cum minori, maior autem probatur. Si scientia probaret principia sui subiecti, probaret per aliqua priora: sed in scientia nihil est prius ipsis principiis subiecti: ergo &c.

2. Si philos. naturalis probaret materiam esse, ꝙ baret ens mobile esse: nam materia ens mobile est: sed hoc est falsum, quia nulla sciētia probat suum subiectum esse; ens autem mobile est subiectū philosophiæ naturalis: ergo &c.

Circa istam difficultatem aliter sentit Auicenna, & aliter Comment. Motus. n. Auicenna, ꝓpter primam rationem supra positam, voluit quòd naturalis non potest probare materiam primam esse: sed hoc pertinet ad metaph. qui est artifex vniuersalis: Auerr. autem tenet, quod naturalis debet demonstrare materiam primam esse.

Cōmen. 21.

Demonstratio ē triplex .s. simpliciter propter qd & signi. 2. Phy. com. 22. Tex.

Pro cuius positione notanda sunt duo secundū mentem eius. Primum est, ꝙ triplex est demōstratio. s. demonstratio simpliciter, demonstratio propter, quid, & demonstratio signi. Istam distinctionē ponit, 2. phy. & eam declarat 2. cœli. Demonstratio simpliciter, est, per quam scitur & esse rei, & causa: prius. n. erat ignotū esse rei, & causa & post modū per demonstrationem scitur. sicut si aliquis ignoret hominem esse risibilem, & ꝓp quid sit risibilis; posteaque per demonstrationē sciat hominē esse risibilem, & causam eius, talis demonstratio erit demonstratio simpliciter. Demonstratio propter quid, est per quam cognoscitur causa rei sed non esse, quia videlicet esse rei est notum, sed non causa: sicut si aliquis videat lunā eclipsari, & ignoret causam, & demonstretur sibi, quod lumen ecli psatur propter terræ interpositionem inter ipsam, & solem, talis demonstratio dicetur demonstratio propter quid. Demonstratio signi est demōstratio per effectum: sicut si demonstretur, quod stellæ fixæ sunt remotæ, quia scintillant.

2. physi. com men. 21.

Secūdum est, quod vt ponit Comment. materia potest dupliciter considerari, vno modo, inquantū est vnum entium (ens. n. diuiditur per potentiam & actum, 9. meta.) alio modo, vt est materia formæ. i. vt est receptiua formæ substantialis. habentur ergo tria de mente Comment.

9. meta. tex. commen. 1.

Cōm. ca. 21. & 22.

Primum est, ꝙ materia inquātum vnum entiū, est de consideratione metaphysici: hoc posset probari, quia quod participat rationem formalē obiecti alicuius scientiæ, pertinet ad illam scientiam, inquantum participat talem rationem: sicut & visu omne coloratum, inquantum coloratum, potest videri: sed ens inquātum ens, est obiectum mēta. ergo vnumquodque, inquantum participat rationem entis, est de consideratione metaphysici: ergo materia prima, inquantum ens, est de consideratione meta.

2. Est, quod materia in respectu ad formam. i. vt susceptiua formæ, est de consideratione naturalis: probatur, quia si esset vna ars communis omnibus artificibus, illa cōsideraret vltima subiecta eorum, sed scientia naturalis est communis omnibus naturalibus, ergo ad naturalem pertinet considerare vltimum subiectum omnium rerum naturalium: hoc autem est materia prima: ergo &c. Hanc conclusionem tenet Philo.

Arist. te. 22. 23. 24. 25. 26. Naturalis habet demonstrare materiam primā esse, demonstratione signi.

3. Est, quod naturalis habet demonstrare materiam primam esse, demonstratione signi, non pōt enim demonstrari, nisi per signum naturale. Nam & Philos. demōstrauit primam materiam esse per transmutationem: ex eo enim quod transmutatio non potest esse ex solis contrariis, concludit oportere poni aliquod subiectum transmutationis. Dicit tamen Comment. quod demonstrare materiā primam esse per demonstrationem, simpliciter autem demonstrationem propter quid, non pertinet ad naturalem; si quis tamen vellet defendere Auicennæ positionem, posset dicere, vt dicit Albertus, quod materia prima est duplex. s. materia primo prima, s. quæ est pars entis diuidens ipsum. Et de ista nihil habet demonstrare naturalis, sed tātum metaphysicus, & de hac intellexit Auicen. quando dixit, ꝙ naturalis nihil demōstrat de materia. Alia est materia secundo prima, quia scilicet est prima in genere, & hoc est primum subiectum rerum naturalium, & hanc esse potest demonstrare naturalis à signo, & hoc non negat Auicenna.

Materia primo prima, & materia secundi prima.

Ad raliones in oppositum respondetur. Ad primam de mente Comm. dicitur, quod nulla sciētia probat principia sui subiecti demonstratione propter quid, quę est per aliqua priora, sed bene pōt probare demōstratione signi, quę est à posteriori.

Nulla scientia ꝓbat sua principia de mōstratione ꝓpquid, sed demonstratione signi.

Ad 2. dicitur primo, quod consequentia est falsa: & ad probationem dicitur, quod materia, licet sit quoddam ens mobile, non est tamen ens mobile vniuersale, quod est subiectum. Dicitur 2. quod licet nulla sciētia probet suum subiectum esse, potest tamen probare principia sui subiecti à signo: ratio est, quia subiectum supponitur tanquam notissimum in scientia, non autem principia subiecti, ideo licet philos. naturalis non possit probare ens mobile esse, potest tamen probare aliquod principium entis mobilis esse dicta demonstratione, quę scilicet est à signo.

Cap. 1. Comm vlti. Et 2. phy. c. 26. & 12. metap. cap. 6.

ADDITIO

NOTA in resp. ad 2. vbi habes, quòd licet nulla scientia probet suum subiectum esse, poterit tamen probare principia subiecti a signo, an intel

ligi

Caie. p.p.q. 2. in tit. ar. 3. cõ. 27. Aue. 2. de anima 27. & 6. met. commen. 1. Cõmen. 29. Cõmen. 22.

ligi habeat de esse actuali actualiter, in rerũ natura, vnde Caiet. 1. post. Quomodo etiam sit verum, Nulla sciẽtia probat subiectum suum esse nec à prori, nec à posteriori, & est Auerr. 1. physic. contra Auicenn. vide etiam Caiet. vbi supra, vide etiam Suessa. in prol. 1. physic. & Ant. Andr. 1. metaph. q. 1.

Circa hoc esto cautus, quia fit quæstio, nedum de subiecto, & de principiis eius, verum etiam, & de partibus subiecti, de quibus loquens Aue. ait, quòd nec subiectũ neque partes subiectiuæ ipsius subiecti possunt demonstrari in scientia. Quæ doctrina nõ est vniuersaliter vera, quòd spẽs subiecti in scientia nõ possint demõstrari nec a priori, nec a posteriori; sed solum hoc verificatur, vt in pluribus, fallit autem quandoque & hoc, quando tales fuerint ignotæ, & hoc videre poteris apud Auerr. 2. de anima & 2. physi. vbi postquam dixit principia subiecti posse demonstrari à posteriori in scientia illa, quando fuerint ignota, & posse illa principia a priori demonstrari in sciẽtia superiori, si habuerint alia principia priora in illa scientia, addit, & hoc totum erit, quãdo causæ subiecti latuerint.

Est ergo verissimum apud Peripatet. quòd in nulla scientia siue illa sit vniuersalis, siue particularis, subiectum potest aliquo genere demonstrationis demõstrari, ratio est, quia subiectum debet concedi in scientia, vel quia sumitur tanquam notum ab alia scientia demonstrante ipsum, & hoc competit subiecto ex sua ratione formali, Quia igitur scientia semper sumit subiectum, tanquam notum, & ad ea quę sunt nota per se, vel ad ea quæ supponuntur tanquam nota, non est demonstratio in scientia illa, habente illa pro notis, ideo non quidem subiectum, sed partes subiectiuę quãdo fuerint ignotæ, possunt demonstrari demonstratione signi. De hoc vide Alexand. Achillinum.

Achil. q. de subiect. physionomiæ, & Chiro. cõtra forliuiensẽ.

QVAESTIO IIII.

Vtrum vnius effectus possint esse plures causę eiusdem generis, & eiusdem ordinis.

Contingit autem multipliciter &c. Tex. XXX.

QVAERITVR quarto. Vtrum vnius effectus possint esse plures causæ eiusdem generis, & eiusdem ordinis, & videtur quòd sic.

Primo. Sit parua stupa facile combustibilis, & sint tres ignes æquales in virtute, quorum quilibet possit illam stupam ignire, & appropinquentur illi in æquali distãtia: tunc quæritur, aut illi tres ignes comburent illam stupam, aut nõ, si dicis, quod sic: ergo vnus effectus est à pluribus causis, si dicis qđ non: contra. Quilibet illorum ignium combureret illã stupam: ergo multo magis tres simul: ergo &c.

2. Sic. Sor. verbi gratia, non potest ab alio produci, quàm à Platone, & Plato non ab alio quàm à Socrate, & sic de aliis, sequitur, quod inter indiuidua hominis sit essentialis ordo, & cum illa procedant in infinitum, sequitur quod in essentialiter ordinatis sit processus in infinitum: sed hoc est cõtra mentem Philos. ergo &c. Probatur prima consequentia, quia tunc inter causam, & effectum est essentialis ordo, quando effectus non potest procedere nisi à tali causa: si ergo Sor. non potest procedere nisi à Platone, & Plato nisi a Socrate, & sic de aliis. ergo inter indiuidua erit essentialis ordo.

2. Metaph. a Tex. 5. vsq; ad 14.

3. Idem effectus numero est naturaliter corruptibilis à pluribus agentibus: ergo & à plurib. agẽtibus producibilis: tenet consequentia, quia nõ videtur maior ratio hic, quam ibi. antecedens etiam patet: quia idem calor numero, qui corrumpitur ab hac aqua, potuit ab alia aqua corrumpi.

4. Eandem sensationem numero, quam causat nunc hoc album, potest aliud album conseruare, & continuare: potest illam causare: patet consequentia, & probatur antecedens. Si deus poneret aliud albũ totaliter simile huic, in eodem situ subtrahendo causalitatem prioris, adhuc maneret prior sensatio, alioquin posset sensus percipere differẽtiam inter vnum album, & aliud album: ergo aliud albũ conseruat priorem sensationem.

Causarum quædã sunt eiusdem generis, quędã vero non.

Ad euidentiam istius difficultatis sciendum primo, quod causarũ, quædam sunt eiusdem generis, quædam diuersorum generum. nam cum quatuor sint genera causarum, scilicet efficiens, finis, materia, & forma, illæ causæ sunt eiusdem generis, quarum quælibet in eodem genere causæ continetur, in quo & alia, aut scilicet in genere causæ efficientis, aut ĩ genere causę materialis, aut in genere causæ finalis, aut in genere causæ formalis. Causæ autem dicuntur alterius generis, quarum vna est in vno genere causæ, & altera in alio, sicut si vna sit in genere causæ efficientis, & altera in genere causæ finalis, aut in alio genere causæ.

Causarum eiusdẽ generis, quædam sunt eiusdẽ ordinis, quædã diuersi.

Sciẽdum 2. quod inter causas eiusdem generis, quædam sunt eiusdem ordinis, & quædam diuersorum ordinum, causæ eiusdem ordinis dicuntur, quæ habent eandem comparationem ad effectum, secundum propinquitatem, & distantiam: nam illæ causæ, quarum quælibet est causa proxima effectui, aut quælibet est causa eodem modo remota, dicuntur eiusdem ordinis: illæ autem dicuntur diuersorum ordinũ, quarum vna est causa proxima, & altera causa remota.

Causarum eiusdem ordinis, quædã sunt totales, quædã partiales.

Sciendum 3. ꝙ causarum eiusdem ordinis, quædam sunt totales, quędam partiales. causa totalis dicitur, quæ per se solam in suo ordine producit effectum, causa vero partialis est, quæ non per se solam, sed cum alio producit effectum: sicut si plures simul trahant nauem, vnusquisque illorum est causa partialis. Non quærimus itaque de causis diuersorum generum, quia certum est, ꝙ vnius effectus sunt plures cãæ diuersorũ generũ: statuæ. n. causa efficiẽs est ars statuifica, cã materialis est æs, vt dicit Phil. Non. n. quærimus de causis diuersorũ ordinũ: qa certũ est, ꝙ vnius effectus põt esse aliqua causa proxima, & aliqua causa remota, sicut dixit phil. ꝙ sol & homo generant hominem. Nõ etiam quærimus de causis partialibus: certum est enim ꝙ plures homines nauem trahẽtes, sunt causę partiales motus nauis: sed dubium est de causis eiusdem generis, eiusdem ordinis, & totalibus.

2. sent. d. 20. quęst. 2.

Circa hoc ergo dubium aliter sentit Scotus, & aliter S. Thom. Scotus enim videtur tenere, quod sic, Dicit enim, qđ idem homo in numero, non solum

lum

lum quo ad animam, sed etiam quo ad corpus organicum potuit esse filius Adæ, & filius Abrahæ, & ex quocumque istorum duorum genitus esset, idẽ numero fuisset, & similiter si ignis, a, tantæ quantitatis, & virtutis, ex tali materia ignem talem generaret, ignis, b, eiusdem virtutis, & quãtitatis, ꝓ eodem instanti, si in istam materiam ageret, eundem ignem in numero produceret, ratio eius est, quia ad hoc, quod corpus organicum sit idem numero, sufficit, quod materia sit eadem numero, vnde existente eadem materia numero, agentibus quantumque multiplicatis producetur idem numero corpus. Sanctus autem Thomas tenet partem negatiuã. In quodlibet. enim sic dicit, Impossibile est eundem filium nasci, siue sit alius pater, siue sit alia mater, sicut etiam non est idem sigillum in numero, siue sit alia cera siue sit aliud corpus sigilli, ex cuius impresione cera sigillatur. In 5. autẽ metap. dicit, Impossibile est, quod eiusdem secundum idem genus sint multæ causæ per se eodem ordine, licet possint esse plures causæ hoc mõ, quod vna sit proxima, alia remota, vel ita quod neutrũ sit causa sufficiens, sed vtrumque coniunctim. Hoc idem tenet Philosoph. vbi postquam dixit, quod eiusdem contingit esse multas causas, vt statuæ artem statuificam, & æs, subiungit, sed non eodẽ modo, sed hoc quidem vt materia, illud autem vnde motus. Idem tenet Comment. exponens illa verba, sed non eodem modo. Idem quoque tenet Albertus, & Themistius.

S. Tho. quodli. 6. q. 8. & 5. meta. c. de causa.

3. Physicor. Te. 30. & 5. meta. ca. de causa.

Ad hanc igitur conclusionem, quæ & Diui Thomæ, & Peripateticorum est, arguitur primo sic. Si vnus effectus posset esse à pluribus, causis totalibus eiusdem generis, & eiusdem ordinis sequeretur, quod effectus per se, & determinatus, non haberet causam determinatam, sed hoc est falsum, quia causa & effectus debent esse proportionata, ergo &c. probatur consequentia. Effectus qui sic est productus ab ista causa, quod potuit produci ab alia causa, non habet causam determinatam: si enim producitur ab, a, & potuit produci a, b, ergo, a, non est sua causa determinata. Similiter si producitur, a, b, & potest etiam ab, a, produci, b, eius causa determinata nõ est. Sed si vnus effectus põt habere plures cãs, dũ productus est ab vna, potuit produci ab alia, ergo nõ habet cãm determinatã.

2. Eadem visio numero nõ potest produci à pluribus visibilibus, & loquor de visione propria alicuius, verbi gratia huius albi, ergo sic est de alijs effectibus, quod nõ possunt a pluribus causis produci, patet consequentia, quia non est maior ratio de vno, quam de alio. antecedens probatur, primo. Si visio propria huius albi, potest causari ab alio albo, ergo esset etiam propria visio alterius albi, & ꝓ consequens infinitorum, quæ sunt similia huic albo, non est enim maior ratio de vno, quam de alio, ergo vnum album causabit propriam, & distinctã visionem infinitorum alborum, hoc autem est derisibile, ergo &c.

3. Tunc nihil esset visibile cognitione sibi propria & distincta. Nam quælibet visio esset pluriũ visio, hoc autem est manifeste falsum. ergo &c.

Ad motiuum Scoti dicitur, quod ad vnitatẽ numeralem effectus, non sufficit vnitas materiæ, sed etiam requiritur vnitas agentis, ad vnitatem enim numeralem sigilli, non sufficit vnitas ceræ, sed requiritur etiam vnitas corporis imprimentis figuram in cera.

Sed contra istam responsionem sic posset instari. Si ad vnitatem numeralem effectus, requiritur cum vnitate materiæ vnitas agentis, ergo ad pluralitatem effectus, requiritur cum pluralitate materiæ, agentis pluralitas, & sic ab vna causa, non poterunt esse plures numero effectus, sed hoc cõstat esse falsum, nam idem pater habet multos filios, ergo &c. Probatur consequentia, quia cuius vnitas requiritur ad vnitatem alicuius, eiusdem pluralitas requiritur ad pluralitatem. Respondetur, negãdo consequentiam, ad eius probationem, negatur assumptum, plura enim requiruntur ad vnitatem, quam ad pluralitatem: non sufficit enim ad vnitatem naturalem, vnitas materiæ: quia vna materia potest recipere plures formas, & propterea præter vnitatem materiæ, vnitas agentis requiritur: vna autem forma non potest esse in diuersis subiectis; ideo ad diuersitatem numeralẽ cũ vnitate agẽtis, sufficit pluralitas materię, ex qua pluralitas formarum resultat. Si autem probatur assumptum ꝑ regulam topicam, scilicet sicut propositum in prõposito, ita oppositum in opposito: ergo si vnitas alicuius requirit vnitatem alterius, eius pluralitas requirit pluralitatem illius. Dicitur 1. quod ille modus arguendi tenet quantum ad id, quod conuenit opposito, tamquam proprium, & inquãtum est oppositum, sicut quia album inquantum opponitur nigro, est disgregatiuum visus: ideo nigrum est congregatiuum visus: non autem tenet in eo, ꝙ est commune vtrique oppositorum, non enim seqr̃, si album est visibile, quod nigrũ sit inuisibile: quia visibile non conuenit albo, inquantum opponitur nigro, sed inquantum est color, in quo conuenit cum nigro. Dicitur 2. in proposito, quod vnitas effectus cum vnitate materiæ, non requirit vnitatem agentis, inquantum opponitur pluralitati: sed hoc sibi per aliquam rationem conuenit, secũdum quam non opponitur pluralitati: quia scilicet vna materia plures potest formas recipere: ideo non oportet quod pluralitas effectus requirat pluralitatem agentis, & sic illa regula non tenet in proposito. Aduertendum autẽ, quod sicut est de causis efficientibus, ita & de causis finalibus totalibus naturalibus, idest ad quas res ex natura sua ordinantur, vnius enim rei est tantum vnus finis naturalis huiusmodi, sed de finibus ex præstitutione voluntatis aliter est: potest enim homo operari propter plures fines totales, quorum scilicet vnusquisq; esset sufficiens: põt enim ire ad plateam, vt inueniat amicum, & vt emat panes, & propter alios fines.

Ad argumenta principalia in oppositũ respõdetur. Ad primum dicitur primo, quod omnes illi ignes comburerent stupam. Dicitur secundo quod nullus illorum ignium erit causa sufficiens, & totalis: sed quilibet erit causa partialis, & sic argumentum non est contra sensum conclusionis. Et cũ supponitur, quod quilibet sit sufficiens ignire illam materiam: non tamen admittitur, quod quilibet possit per se introducere istam numero formam ignis, à tribus ignibus productam.

Ad

Ad 2. dicitur, q̃ esse processum in infinitum in essentialiter ordinatis, potest dupliciter intelligi, vno modo in cando vnum effectum, quia. s. vnus effectus dependeat ab infinitis causis, quarum vna ab altera in causando dependeat, & omnes simul moueant, & ad hunc sensum negat Phil. esse processum in infinitum in causis essentialiter ordinatis, vnde negatur consequentia. alio modo ad istũ sensum, quod iste effectus producatur ab ista causa per se, ita quod ab alia non possit produci, & illa causa producatur ab alia causa, ita quod ab alia produci non possit, & sic in infinitum, & tunc negatur falsitas consequentis, nec ad hunc sensum locutus est philosophus 2. metaphysic.

Proceſſus in infinitum in cauſis eſſentialiter ordinatis poteſt dupliciter intelligi.

Ad 3. negatur consequentia, per hãc enim rationem posset probari, quod equus sit naturaliter producibilis à diuersis secundũ speciem, est enim corruptibilis ab igne, & ab aqua, quæ sunt diuersa secundum speciem.

Ad quartum negatur antecedens. Ad probationem dicitur, quod illo casu posito, non remaneret eadem sensatio, & ad huius improbationem negatur consequentia, non enim quacumque diuersitate posita obiectorum, potest anima eorum diuersitatem apprehendere ac iudicare.

ADDITIO

Quæſti. 52. art. 3.

DISPVTATIO hæc agitatur hic, & 5. metaphys. c. de causis, disputatur etiam à Caie. in p. p. D. Th. vbi quæritur, num plures Angeli possint esse in eodem loco, de quo etiam uide Auctorem 3. contra gent. c. 68. & 4. sent. dist. 3. ar. 2. q. 2. ad primum, & 3. p. q. 76. art. 6. ubi quæritur utrum plures possint simul unum baptizare, & q. 82. art. 2. ubi quæritur, si plures sacerdotes possint unam, & eandem hostiam consecrare: uide etiam Durandum 4. senten. d. 13.

Et nota quod hæc disputatio non pertinet nisi ad veros Peripateticos, & non ad antiquos philosophantes, siquidem diuinus Plato posuit Ideas, a quibus tanquã a causis proueniebant effectus hi particulares, vt scribitur 7. metaph. quia nisi essent ideæ, nulla esset scientia, cum particularia sint ortui, & occasui obnoxia, tum quia omne quod fit, a suo simili produci conspiciamus, & tamen nonnulla generantur, quæ à suo conuenienti non fiunt, veluti genita ex putri materia scilicet mures, ranæ, muſciliones, ignis quoque ex silice productus, hæc enim omnia ab ideis produci Plato docebat.

Tex. t 6. vſq. ad 32.

Sed Peripatetici euadunt hæc incommoda, ponendo scientiam de particularibus secundum propositiones vniuersales, vel ponendo vniuersalia separata à particularibus ex parte intellectus, non ex parte rei, & ponẽdo omne quod fit produci à suo simili secũdũ speciem, in qua est perfecta vniuocatio, vt leo fit a leone, vel secundum genus, vt mulus ab asino, vel secundum figuram, vt domus ab arte in mente.

Omne quod fit, fit ad vni co. vide glo ſam.

Quamquam Alex. vt scribit commẽ. 12. metaph. cõmen. 24. uerificet propositionem istam, concurrentibus tribus conditionibus, videlicet q̃ tale generans sit principale, & non instrumentum, q̃ sit propinquum nõ remotum, & quòd veniant essentialiter ad generationem & non accidentaliter, propter primam Callias non est vniuocus Semini, propter secundam Sortes non est vniuocus Soli, propter tertiam Titius non est vniuocus albedini sui patris.

Verum lucidissimus Themistius 1. de anima ca. 24. & 3. de anima c. 25. quem sequutus est Auicen. docuit, q̃ agens particulare non attingit essentiam formæ, sed tantum disponit materiam, qua disposita forma ipsa, p Comm. 1. ducebatur a causa vniuersali, quæ erat apud ipsos substantia separata, & hanc vocabant colchodeam, idest datricem formarum, de qua opinione vide si placet Auer. 12. metaph. vbi pluribus rationibus inuehitur contra ipsam, apud ergo hos phil. disputatio hæc locum nõ habet, apud ponentes causas particulares, vt dictum est.

QVAESTIO V.

Vtrum aliquid possit esse à casu, et à fortuna.

Cum fortuna, & casus de numero causarum dicantur &c. Tex. XXXIX.

QVÆRITVR quinto, Vtrum aliquid possit esse a casu, & a fortuna, & videtur quòd non.

Primo. Quod habet causam per se, non est casuale & fortuitum: sed omnis effectus habet causam per se: ergo nullus effectus est casualis & fortuitus, probatur minor. Omne accidens reducitur ad ens per se: ergo & omnis causa per accidens reducitur ad causam per se: ergo omne, quòd fit siue a causa per se, siue a causa per accidens, reducitur ad causam aliquam per se.

2. Id quod est ordinatum ab aliqua causa, non est casuale, & fortuitum, sed omnis effectus est ordinatus a prima causa, cum nihil in rebus nisi secũdum eius ordinem eueniat: ergo nullus effectus est casualis, & fortuitus.

3. Omne, quod vere est, & non est causa, est vere causatum: sed omne vere causatum habet verã causam: ergo omne, quod non est causa, habet veram causam: sed quod habet veram causam, nõ est casuale, & fortuitum: ergo &c.

4. Quod est a causa legitima, est a causa determinata, & non est à casu, sed iuxta Platonem nihil est, nisi cuius ortum legitima causa præcessit: ergo &c.

5. Actio, quæ est aliquo fine terminata, non est casualis, & fortuita, sed omnis actio, vel naturalis, vel voluntaria est aliquo fine terminata, cum omne agens agat propter finem: ergo &c.

Respondeo, quòd aliqui effectus eueniunt à casu, & à fortuna, probatur hac ratione. Illos effectus dicimus esse a casu, & fortuna, qui eueniunt præter intentionem operantis, & raro: sed multos videmus esse huiusmodi effectus. Videmus enim q̃d aliquis intẽdẽs fodere sepulchrum, inuenit thesaurum, quæ inuentio est præter eius intentionem, & raro accidit: ergo &c.

Sed ad intelligentiã huius conclusionis sciendũ primo, q̃ cũ effectus dicatur in ordine ad causam, & eundem effectum contingat ordinem ad diuersas causas habere, quarum vna est prior & altera posterior

posterior, aliquis effectus potest dici fortuitus ad vnam causam comparatus: qui comparatus ad aliam non erit fortuitus. Nam si dominus quispiã mittat seruum ad locum, quo alium seruum misit, eorum concursum obuiationemque intendens, eiusque mentem ignorent serui, obuiatio seruorum erit quidem fortuita respectu ipsorum, qui eam non intendebant, nõ autem respectu domini eam intendentis.

Isti effectus particulares in quatuor cauſis reducuntur.

Sciendum 2. quod isti effectus inferiores reducuntur in quatuor causas, scilicet in causam particularem, in cœlum, in intelligentiam mouentem cœlum, & in primam causam, quæ est Deus. Sor. n. producitur à Platone, à cœlo, & ab intelligentiis, mediante cœlo, & à Deo.

Dicuntur ergo quatuor. primo, quod aliquis effectus potest dici fortuitus, aut casualis in comparatione ad causam particularem, tam in agentibus per intellectum, quàm in agentibus per naturam: inuentio enim thesauri fortuita est in comparatione ad fodientem sepulchrum. Item, quod homo natus cum sex digitis in vna manu, est casuale respectu istius naturæ generantis: est enim præter eius intentionem.

Reſpectu cęli poſt aliqd eſſe fortuitũ & caſuale.

Dicitur secundo quod respectu cœli, aliquid potest esse à casu: patet, quia aliquando cœlum inclinat hominem ad aliquid, cui coniungitur aliud, ad quod cœlum non inclinat, & cuius non est causa per se, verbi gratia inuentio thesauri a fodiente sepulchrum: ergo tale adiunctum est à casu respectu cœli. Declaratur assumptum. Virtus enim cœli est causa agens, non per modum intellectus, sed per modum naturæ, naturæ autem est tendere in vnũ: vnde si aliquis effectus non est vnus per se, non potest in eum tendere virtus naturalis, tanquam causa per se eius, sepulchrum autem, & locus thesauri, inquantum huiusmodi non sunt vnum, nisi per accidens: quia non habent ordinem aliquem ad inuicem: accidit enim huic sepulchro, quod sit locus thesauri: vnde cum cœlum inclinat hominem per aliquam dispositionem ad fodiendum sepulchrũ, non potest inclinare ad hoc totum, quod est, vt fodiat sepulchrum, & locum thesauri erit à casu respectu cęli, & sic est de multis aliis effectibus, sicut de illo, qui inclinatur ex cœlo ad furandum, & in loco furti suspenditur: est enim a casu respectu cœli inclinationis, quod in loco furti suspendatur.

Réſpectu intelligẽtiæ ſe eundũ theologos eſt aliquid fortuitum.

Dicitur tertio, quod etiam secũdum theologos, respectu substantiæ separatæ, aliquid potest esse a fortuna. Quanto enim aliqua virtus est superior, tanto vniuersalior, & ad plura se extendens, vnde virtus inferior non ad omnia se extendit, ad quæ se extendit virtus superior, sicut non ad omnia se extendit homo, ad quæ se extendit sol, cum ergo quælibet intelligentia sit inferior prima causa, quę est Deus, non ad omnia se extendit eius virtus, ad quæ se extendit virtus primę causæ: tunc arguitur sic. Aliquid potest coniungi effectui intelligentiæ secundum intentionem primæ causæ, quod non erit intentum ab ipsa intelligentia, quia non in omnia potest intelligentia, in quæ potest prima causa, ergo aliquid potest esse à fortuna respectu intelligentiæ, declaratur per exemplum: Si Deus mitteret Angelum ad destruendum ciuitatem, quæ sit causa dissensionis principum, intẽdens principum concordiam, quam non indicaret Angelo, concordia principum sequens ex vrbis destructione, esset fortuita respectu angeli, eam non intendentis. Sic ergo patet, quod aliquid potest esse à fortuna in comparatione ad causas proximas, & particulares, & aliquid in comparatione ad cœlum, & aliqd etiam in comparatione ad intelligentias.

Reſpectu Dei nihil eſt fortuitum.

Dicitur quarto, quod in comparatione ad primam causam, nihil est a casu, & a fortuna, probatur. Tunc aliquid euenit a casu, & à fortuna in comparatione ad aliquam causam, quando euenit præter eius ordinem, & intentionem, sed nihil potest euenire præter ordinem, & intentionem primæ causæ (cum omnis causa secunda operetur, secundum quod mouetur a prima) ergo nihil euenit a casu, & a fortuna, comparatum ad primã causam. Patet ergo intellectus conclusionis. Nam cum dicimus aliqua euenire a casu, & a fortuna, intelligimus in ordine ad causas secundas, non autem in ordine ad primam causam, quę est Deus. Sed licet ita sit, absolute tamen dicimus, aliqua esse a casu, & a fortuna, si sint præter intentionem causæ proximæ, sicut quod fodiens sepulchrum inueniat thesaurum, quia iudicium de effectibus magis sumitur, secundum causas proximas, quam secundum causas remotas.

S. T. 3. cõtra gent. cap. 90.

Contra istam autem determinationem, quæ est S. Tho. arguit Albertus tripliciter, primo. Si nihil est fortuitum, secundum quod refertur ad primã causam, sed solum secundum comparationem ad causas secundas, sequitur, quod non erit liberum arbitrium in hominibus: sed hoc est maximum inconueniens: ergo &c. Probatur consequentia. Si nihil est fortuitum in comparatione ad primam causam, sequitur, quod omnia eueniunt immobiliter: si enim Deus aliqua vult, illa eueniunt necessario: ergo non erit liberum arbitrium, quia liberum arbitrium est respectu eorum, quæ possunt esse, & non esse.

2. Sequitur illo dato, quod prima causa intẽdat illud, ad quod terminatur actio naturæ, sed hoc est falsum: ergo &c. patet consequẽtia: quia vt dicitur, effectus fortuiti respectu causæ secundæ sunt per se intẽti a causa prima, probatur falsitas. Si prima causa intenderet omnia, ad quæ terminatur actio naturę, intenderet monstra, quæ sunt peccata naturę, quia aliquando actio naturæ terminatur ad mõstra: si autem sic esset, tũc peruersa esset actio eius, & contra ordinem, quem toti naturę indidit, vt ad debitam, & naturalem formam operetur: hoc autem est inconueniens: ergo &c.

3. Tunc nihil fieret frustra simpliciter: sed hoc ẽ contra communem sententiam: ergo &c. Probatur consequentia, quia id, quod consequitur illud: ad quod ordinatum est, non est frustra: sed si omnia fiunt tamquam intenta à prima causa vniuersali, omnia consequentur finem, ad quem prima causa ea ordinauerit, ergo nihil erit frustra.

Ad ista respondetur. Ad primum quidem negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod omnia ordinata à prima causa eueniunt immobiliter, & necessario ex suppositione, hoc est dictu, q̃ ista consequentia est necessaria, si aliquid ordinauit

uit Deus euenire, illud eueniet. Dicitur 2. ꝙ talis neceſſitas non tollit abſolutam mutabilitatem, & contingentiam a rebus, ſicut licet iſta conſequentia ſit neceſſaria, ſi Sortes currit, Sortes mouetur, abſolute tamen contingenter, & variabiliter Sortes mouetur: vnde conceſſis primis conſequentijs, de neceſſitate ex ſuppoſitione negatur vltima conſequentia, ſcilicet, ergo non eſt liberum arbitrium. Si autem in præcedentibus conſequentiis fiat mentio de neceſſitate abſoluta, qua aliquid nullo modo poteſt non eſſe: negatur illa conſequentia. Si nihil eſt fortuitum in comparatione ad primam cauſam, omnia eueniunt immobiliter, & neceſſario. Dicitur tertio, quòd omnia ordinata à prima cauſa eueniunt neceſſario, & immutabiliter, eo modo, quo Deus uult illa euenire: & quia vult, aliqua euenire fallibiliter a ſuis cauſis proximis, & fortuito, ideo aliqua fallibiter, fortuitoq. eueniũt; ideo non ſequitur, qđ omnia abſolute immutabiliter eueniant: ſed quod aliqua immutabiliter eueniunt a fortuna & contingenter; ſed hæc plenius a nobis in tertio contra gentiles ſunt manifeſtata.

Ad 2. negatur falſitas conſequentis. Ad probationẽ dicitur primo, quòd Deus mõſtra intendit. Dicitur 2. ꝙ propter hoc, non intendit prima cauſa contra ordinem, quem naturæ tribuit. Natura enim in qua poſſunt eſſe monſtra & peccata, nõ habet talem ordinem, vt ſemper ad debitam, & ꝓportionatam formam operetur, ſed quod aliquando deficiat, vnde vltima conſequentia eſt falſa.

Monſtra prima cauſa intendit.

Ad tertium dicitur, quòd nihil eſt fruſtra in cõparatione ad cauſam primam, licet aliquid ſit fruſtra in comparatione ad cauſas ſecundas.

Ad argumenta principalia reſpondetur. Ad primum quidem dicitur primo ad maiorem, quod eſt vera de cauſa proxima, & immediata, non autem de cauſa proxima, ſed in hoc ſenſu negatur mimor, non enim omnis effectus habet cauſam proximam per ſe, & ad probationem dicitur dupliciter. Primo quod licet omnis effectus per accidens, reducatur ad aliquam cauſam primam per ſe, non tamẽ omnis reducitur ad cauſam eius proximam per ſe.

Effectus per accidens reducitur ad aliquã cauſam primã per ſe, nõ tamen ad cauſam proximam.

Dicitur ſecundo ad eãdem probationem, quod licet omnis effectus reducatur ad aliquã cauſam proximam per ſe, non tamen oportet illam eſſe cauſam per ſe eius, ſed ſufficit, quod ſit cauſa per ſe alicuius alterius, & hoc modo effectus fortuitus reducitur ad cauſam per ſe, inuentio enim theſauri reducitur ad fodiẽtem ſepulchrum, quæ eſt cauſa per ſe foſſionis. Dicitur ſecundo ad dictam maiorem, quod id quod habet cauſam per ſe, non eſt fortuitum reſpectu illius cauſæ, ſed bene reſpectu alterius cauſæ fortuitum eſſe poteſt: & hoc modo effectus fortuitus, qui eſt inuẽtio theſauri, eſt quidem fortuitum reſpectu fodientis ſepulchrum, nõ tamen reſpectu primæ cãæ, quæ eſt cauſa eius ꝓ ſe.

Ad ſecundũ ſimiliter dicitur, quod licet in cõparatione ad primam cauſam, nihil ſit à fortuna, in comparatione tamẽ ad alias cauſas, aliquid eſt a fortuna: quia aliquid euenit præter earum intentionem, licet ſit ordinatum, & intentum à prima cauſa.

Ad tertium dicitur, quod aliquid habere veram cauſam, poteſt intelligi dupliciter: vno modo, quia habet cauſam per ſe proximam ſui, & determinatam, & quod habet iſto modo veram cauſam, non eſt à fortuna, ſed tunc negatur, ꝙ omne cauſatum habeat veram cauſam. Alio modo, quia habet cauſam ſibi conuenientem, & proportionatam, & tũc negatur, quod habens veram cauſam non ſit à fortuna: id enim quod eſt à fortuna, quia eſt effectus per accidens, ideo habet cauſam per accidens, & ſic habet cauſam proportionatam.

Ad quartum negatur maior: legitima enim cã eſt proportionata effectui: & ſic effectus fortuitus habet legitimam cauſam: quia eſt effectus per accidens, & habet cauſam per accidens.

Ad quintũ dicitur, ꝙ actio terminata aliquo fine, non eſt caſualis, inquantum terminata fine, ſed inquantum terminatur ad aliquid præter intentionem agentis eſt fortuita, ſicut foſſio ſepulchri, vt ordinata ad ſepeliendum mortuum, non eſt fortuita: inquantum autem terminatur ad inuentionem theſauri non intentam, ſic eſt fortuita.

ADDITIO

DE fortuna & caſu vide D. Aug. 4. de Ciuitate Dei c. 18. D. Th. quoque p. p. q. 22. art. 2. ad primum, vbi habes quid ſit fortuitum & caſuale.

Vide etiam quomodo fortuna ſit in diuitiis, & potẽtia, deinde in aliis bonis exterioribus 3. cõtra gen. c. 30.

Quomodo etiam fortuna ſit intellectus agens præter intentionem, & caſus eſt natura agens præter intentionem, & quo eſt incerta, quia eſt ab infinitis id eſt indeterminatis cauſis, quomodo adhuc non eſt in carentibus vſu rationis, de omnibus his vide lib. 11. metaph. lect. 8. vide quoq; Themiſt. 2. phy. ſuper tex. 51. & 61.

Quis ſit bene natus & bene fortunatus.

Bene natus dicitur, qui bene inclinatur ex cœlo, & etiam bene fortunatus, nõ autem cuius electio dirigitur ex Deo, vel Angelis, ſed dicitur bene gubernatus, vel bene cuſtoditus, lege D. Thom. 3. contra gentes ca. 92. & Opuſc. 25. c. 24.

Adde in reſpon. 2. argumenti Alberti, circa illam ꝓpoſitionem, ſ. quòd Deus intendit monſtra, quomodo quinque concurrunt ad productionem animalis, videlicet, virtus ſeminalis, quæ dicitur formatiua, & hæc eſt in ipſo ſemine ab animali deciſo, materia ipſa ex qua producitur animal, contemperamentum corporis animalis, quod fit ex quatuor qualitatibus elementaribus, & calore, & humiditate: locus contentiuus ipſius ſeminis, puta matrix ipſius fœminæ; virtus cœlorum, & aſtrorum, quæ ad generationem conuenit; concurrit quoque aer, & imaginatio patris & matris.

Ex defectu cuiuſlibet iſtorum poterit monſtruoſitas euenire.

Et primo ex parte ſeminis, quando eſt debile, cuius ſignum eſt, quòd monſtrum frequenter accidit in partibus diſtantibus à corde.

Ex parte materiæ in quantitate, quando fiunt homines paruæ ſtaturæ, vt ſunt nani, poterit etiam prouenire defectus ex abundantia materiæ, vt quando naſcitur homo habens aliquam partem enormiter magnam, vt ſum fatetur Albertus ſe vidiſſe puellam cum vberibus pendentibus.

Monſtruoſitas ab Alberto viſum

Ex parte contemperamenti accidit monſtruoſitas, quando naſcitur aliquod ſuppoſitum exercens ſexum maſculinum, & fœmininum, vt tempore Alberti natus fuit quidam hermaphroditus habens vtrumque ſexum, adeo quod in coitu ſubcumbebat ut mulier, & incumbebat ut maſculus oritur etiam monſtruoſitas ex parte loci, & ex parte virtutis cœleſtis, ex parte imaginationis patris & matris, & hæc omnia ſunt cauſæ particulares, quarum reſpectu producuntur monſtra; ſed nõ reſpectu Dei, qui eſt cauſa vniuerſalis, hinc vera eſt propoſitio in reſp. ad 2. quod Deus intẽdit monſtra, & hoc propter perfectionem vniuerſi, vide D. Tho. p. p. q. 22.

QVAESTIO VI.

Vtrum fortuna ſit cauſa ſecundum accidẽs, in his quæ in minori ſunt, ſecundum propoſitum eorum; quę propter hoc ſunt.

Caſus atque fortuna cauſæ ſunt eorum &c.
Tex. LXVI.

QVÆRITVR ſexto, Vtrum fortuna ſit cauſa ſecundum accidens in his, quæ in minori ſunt, ſecundum propoſitum eorum, quæ propter hoc ſunt, & videtur quod non.

Primo. Circa idem intellectus & fortuna eſt (vt vult philoſoph.) quia his tantum conuenit agere à fortuna, quæ habent intellectum, ſed agens ſecundum intellectum, eſt cauſa per ſe, eo quod agit ſecundum cognitionem: ergo & fortuna, ergo nõ eſt cauſa ſecundum accidens.

Te. 52. & 57

2. Id quod eſt ſecundum propoſitum, eſt intentum: ſed id quod eſt a fortuna non eſt intentum, ergo fortuna non eſt cauſa in his, quæ ſunt ſecundum propoſitum.

3. Id quod eſt ordinatum ad finem, eſt determinatum: ſed id quod eſt a fortuna, non eſt determinatum: ergo quod eſt a fortuna, non eſt propter finem: ergo fortuna non eſt cauſa eorum quæ ſunt propter finem.

4. Quod eſt ſecundum propoſitum, eſt propter finem, quia omne agens a propoſito agit propter finem, ergo nugatio eſt dicere, fortuna eſſe cauſam in his, quæ ſunt propter finem, cum dicatur quod eſt cauſa in his, quę ſunt ſecũdum propoſitum. Reſpondeo, quod illa eſt definitio fortunæ, quam ponit philoſophus 2. phyſicorum.

2. Phyſic. Tex. 25.

Ad cuius euidentiam quatuor ſunt declaranda. Primum eſt, quod ſit cauſa per accidens 2. quomodo ſit in his, quæ ſunt in minori parte 3. quomodo eſt in his quæ ſunt ſecundum propoſitum 4. quomodo ſit eorum, quæ ſunt propter finem.

Cã per accidens dicitur dupliciter, vno modo ex parte cauſæ, alio modo ex parte effectus. Tex. 48.

Quantum ad primum, ſciendum primo (vt inquit S. Tho.) quod cauſa per accidens dicitur dupliciter. Vno modo ex parte cauſæ, & eſt omne ꝙ accidit cauſæ per ſe, ſicut cauſa per accidens domus eſt quod accidit domificatori, qui eſt cauſa ꝓ ſe. Alio modo ex parte effectus, vt ſcilicet aliquid dicatur cauſa per accidens eius: quod accidit effectui per ſe, ſicut domificator eſt cauſa per accidens diſcordiæ, quæ oritur ex domo, & tunc vna & eadem eſt cauſa (vt inquit Simplicius) quæ reſpectu vnius effectus eſt cauſa per ſe, reſpectu vero alterius effectus eſt cauſa per accidens, quod non inuenitur in cauſa per accidens, ſe tenente ex parte cauſæ; aliud enim eſt album, quod eſt cauſa per accidens domus, & aliud domificator, qui eſt cauſa per ſe.

Aliquid põt coniungi ei quod eſt per ſe tripliciter

Sciendum 2. ꝙ aliquid poteſt coniungi ei, quod eſt per ſe tripliciter. Vno modo, quia habet ordinem neceſſarium ad effectum, qui eſt per ſe alicuius cauſæ effectus, ſicut deſcenſus lapidis coniungitur remotioni prohibentis, nam remoto impedimento, neceſſario lapis deſcendit: ideo remouens columnam, dicitur eſſe cauſa per accidens deſcenſus lapidis. Alio modo quia habet quidem ordinẽ ad effectum, non tamen neceſſarium, nec vt in pluribus: ſicut diſcordia coniungitur domui productæ, quia domus eſt occaſio ſecundum aliquem ordinem diſcordiæ; vnde domificator eſt per accidẽs cauſa diſcordiæ domus. 3. modo, quando nullum quidem habet ordinem ad effectum per ſe, ſed tamen in eodem tempore vtrumque euenit, ſicut cum iſto ingrediente coruſcat, ingreſſus domus nihil facit ad coruſcationem: vnde ingrediens domum, poſſet dici aliquo modo cauſa per accidens coruſcationis. Fortuna ergo dicitur cauſa per accidens ex parte effectus, quia videlicet eſt cauſa eius quod accidit effectui per ſe, cauſa dico per accidens ſecundo modo: non enim deſcenſus lapidis dicitur eſſe a fortuna, dum remouetur prohibens, neque coruſcatio a fortuna, quia coniungatur ingreſſui domus: ſed bene fodiens ſepulchrũ eſt fortuna reſpectu inuentionis theſauri, quæ habet ordinem ad foſſionem, non neceſſarium, nec ut in pluribus, ſed ut in paucioribus.

Quomodo fortuna dicitur cauſa per accidens

Effectus aliqui ſunt neceſſarii, aliq. vt in plurib. aliqui ut in paucioribus. Tex. 48.

Quantum ad ſecundum, aduertendum primo, quod ſecundum mentem philoſophi aliqua fiunt ſemper, vt illuminatio aeris præſente ſole, aliqua frequenter & vt in pluribus, vt quod homo naſcatur oculatus: alia raro, & vt in paucioribus, vt quod homo naſcatur cum ſex digitis in vna manu. Illud dicitur eſſe ſemper, & neceſſario, quod in ſui natura habet vt non poſſit non eſſe, poſita ſua cauſa ſufficienti. Contingens autem vt in pluribus eſt, quod in ſui natura habet, ut pro maiori parte poſita ſua cauſa fiat, habet tamen vt aliquando (licet pro minori parte) deficere poſſit. Contingens vero raro, quod poteſt non eſſe, ut in pluribus.

Aliqua raro euenire dupliciter, vno modo ſecundum ſe, alio mõ ex parte effectus.

Aduertendum ſecundo, quod aliqua raro accidere, poteſt dupliciter accipi: vno modo, quia ipſa in ſe fiunt raro: alio modo per comparationem effectus ad aliquam cauſam, quia ſcilicet raro euenit, quod a tali cauſa proueniant. Fortuna ergo eſt cauſa per accidens, non eorum, quæ fiunt ſemper, aut in maiori parte (non enim eſt a fortuna, quod aer illuminetur ad præſentiam ſolis, neque ꝙ homo naſcatur oculatus) ſed eſt cauſa per accidens eorum, quæ raro accidunt. Item non eſt eorum, q̃ raro accidunt primo modo, frequentius enim aliquis fodiens ſepulchrum inuenit theſaurum, quã Saturnus ſit coniunctus Marti centraliter, & tamen inuentio theſauri eſt a fortuna, & non coniunctio Saturni & Martis: ſed accipitur raro ſecundo-

modo,ſicut inuentio theſauri ad foſſionem ſepulchri,eſt a fortuna:quia id raro euenit:

Sed circa hoc occurrit dubium,nam cum præter enumerata,ſint etiam contingentia ad vtrumlibet, quæ ſcilicet non contingunt vt in pluribus, neque vt in paucioribus, ſed æqualiter ſe habent ad eſſe, & non eſſe,ſicut ſeſſio Sor.dubium eſt, an etiam in iſtis ſit aliquid a fortuna, & ſi eſt, quare philoſophus de talibus mentionem non facit. Ad hoc reſpondet Auicena, vt etiam recitat Commentator,quod in his,quæ ſunt ad vtrumlibet, poteſt eſſe aliquid a fortuna,ſicut & in his,quæ in paucioribus accidunt, iuxta quod diceretur,quod philoſophus dum dixit,quędam fieri ſemper,quædam vero frequenter, & poſtea ſubiunxit, quòd quædam fiunt & præter hæc, & omnes dicunt illa eſſe a fortuna:per id, quod dixit, præter hæc,intellexit tam contingentia ad vtrumlibet, quam contingentia raro, & hoc ſecundum opinionem Simplicii eſſe videtur.

Cōment 48. Reſponſio Auicennę recitatis. commen. 49.

Quod ſi argueretur contra Auicennam, quod ſeſſio Sor.eſt ad vtrumlibet,& tamen non dicimus a fortuna eſſe,quod Sor. ſedeat; ergo fortuna non eſt circa ea,quæ ſunt ad vtrumlibet.

Reſpondet, quod ſeſſio Sortis comparata ad potentiam motiuam Sortis,eſt ad vtrumlibet, ſed comparata ad virtutem appetitiuam Sortis, quæ determinate tendit in vnum, nō eſt ad vtrumlibet, vnde comparãdo ad voluntatem,qua Sor.vult ambulare, ſeſſio Sortis erit in paucioribus. Raro enim accidit,quod Sor.velit deliberate ambulare, & quod ſedeat.

Commentator autem, Alexander, & Themiſtius dicunt, quod fortuna & caſus non ſunt in his, quæ ſunt ad vtrumlibet,ſed ſolum in his, quæ raro accidunt,& dicit duo Comment.vnum eſt, quod cum a cauſa contingenti ad vtrumlibet non proueniat actio,niſi ab aliqua cauſa illam determinante,ſicut a virtute motiua Sor.non prouenit ambulatio, niſi voluntas Sortis determinet illã ad ambulationem,nulla actio erit a contingente ad vtrumlibet,inquantum ad vtrumlibet eſt, eo quod natura eius ſit natura materiæ. Determinabile enim, in quantum huiuſmodi,habet rationem materiæ, ſed omnis actio erit,aut ſemper,aut in pluribus,aut raro,ſi prouentus actionis fuerit a cauſa determinante ſemper,aut in pluribus,aut raro. Non eſt ergo à fortuna aliquid,inquantum eſt ad vtrumlibet, & propterea philoſoph.non facit mentionem de his, quæ ad vtrumlibet ſe habent, propterea quod nulla actio a cauſa ad vtrumlibet, ſcilicet inquantum huiuſmodi,proueniat. Aliud quod dicit Commen. eſt quod contingens æqualiter non inuenitur in potentiis agentibus per ſe:hoc autem ſic eſt intelligendum,quod nulla cauſa actiua,potens producere ex ſe actionem, ideſt ſine adiunctione alterius cauſæ,eſt ad vtrumlibet. Nam ſi virtus motiua eſſet ſufficiens ex ſe ad ambulationem,& ſeſſionem, & æqualiter ſe haberet ad vtrumque, tunc ſimul produceret ambulationem, & ſeſſionem,eo quod non eſſet magis ad vnum determinata,quam ad alterum:hoc autem eſt impoſſibile:eſt etiam intelligendum in cauſis naturalibus, non autem in cauſis voluntariis. Cum ergo fortuna ponatur in numero cauſarum efficiētium, & nulla cã efficiat, inquantum ad vtrumlibet eſt,volens philoſop.oſtẽdere,in quibus ſit fortuna,nullam de his, quæ ſunt ad vtrumlibet facit mentionem. Conuenienter ergo in definitione fortunæ ponitur in minori parte.

Quantum ad 3.ſciendum primo,vt ipſe Ariſto. tradit,quod duplex eſt agens,quoddam ſcilicet eſt a propoſito,& quoddam a natura. Agens a propoſito,eſt agens ſecundum cognitionem, & electionem. Agens a natura,eſt non ſolum id, quod agit per formam naturalem,ſed etiam omne quod non agit per electionem, licet habeat cognitionem,ſicut ſunt bruta animalia, quæ dicuntur agere a natura,quia operantur modo naturæ, id eſt ad vnum determinantur in ſuis operationibus, ſicut & natura eſt ad vnnum determinata: ouis enim videns lupum fugit,& non poteſt non fugere remotis impedimentis.

Agens eſt duplex. 1. agẽs a natura & a propoſito. Ariſ. tex. 49.

Sciendum 2.quod hanc partem definitionis naturę.(In his quæ ſecundum propoſitum eorũ, quæ ꝓpter hoc ſunt)dupliciter interpretari poſſumus. Vno mõ,vt ad effectum fortuitum referatur, vt in quam ſit ſenſus:quod fortuna eſt cauſa per accidẽs illorum effectuum,qui ex electione fiunt,& gratia alicuius,ideſt propter aliquem finem. Et ſiquidem ſic interpretemur,tunc hoc eſt intelligendum, non quod ipſe effectus fortuitus ſit actualiter electus, & ad aliquem finem actualiter ordinatus, ſed tantum potentialiter,hoc eſt quod a cauſa ipſum fortuitu producente potuiſſet eligi, & ad aliquem finem ordinari:ille enim qui eundo ad forum, præter intentionem a debitore pecuniam reportauit, potuiſſet illuc ire cauſa reportandi pecuniam, ut ex illa aliquid emeret:licet non propter hoc iuerit, ſed aliam ob cauſam. Et ideo inquit Simplicius ex ponendo text.85.quod in his,quæ ſunt a fortuna inuenitur,& id cuius gratia aliquid fit, & quod gratia alicuius,non quidem proprie,ſed ſimilitudinarie:quia inquam euenit effectus fortuitus,ac ſi ſuã actionem, ad ipſum cauſa agens ordinaſſet. Alio modo poſſumus interpretari, ut ipſa verba ad actionem quam effectus fortuitus concomitatur, referantur: vt ſcilicet ſit ſenſus, quod fortuna eſt cauſa per accidens in illis actionibus, quæ per electionem fiunt,& gratia alicuius, ſiue propter aliquem finem. Sed tunc ly huius, non eſt accipiendum,vt effectum fortuitum referat, quaſi fortuna agat propter effectum fortuitum, tamquam propter finem: repugnat enim effectui fortuito, vt ſit a fortuna intentus:ſed accipiendum eſt, vt finem refert abſolute,& indeterminate. Eſt enim fortuna in illis actionibus,quæ propter aliquem finem ab agente per electionem producuntur, quicumque finis intentus ſit ille. Quamuis autem utraque interpretatio ad mentem Ariſtot.ſaluari poſſit:videtur tamen,quod ſecunda planior, & ſimplicior ſit,præſertim cum non dicatur in definitione iſta fortunæ,quod ſit cauſa per accidens in his, quorum gratia aliquid fit(in quo effectus fortuitus ſignificaretur rationem finis habere)ſed in his, quæ ſunt huius gratia, in quo ratio ordinati ad finem importatur. Ex quo proceſſu etiam Ariſtot. apparet,quod effectum fortuitũ potius comparat fini, quam rei ad finem ordinatæ,vnde per id,ꝙ dicitur (eorum

(eorum, quæ propter hoc ſunt)accipienda eſt ipſa actio,quæ ad aliquem finem ordinatur,non autem effectus fortuitus,qui ſimilitudinem finis habet,non autem rei ordinatæ ad finem. Aduertendum autem eſt iuxta textum græcum,quòd philoſophus inferendo definitionem fortunæ, non ponit,quòd fortuna ſit cauſa in his, quæ in minori ſunt, ſicut in tex.latino habetur,ſed ſic concludit. (Manifeſtum itaque,quòd fortuna cauſa ſit, per accidens in his, quæ per electionem gratia alicuius fiunt.) Ratio autem quare philoſophus ſecundum verum eius textum non ponit hanc particulam in his,quæ in minori ſunt,põt eſſe duplex. Prima,quia illam tanꝗ manifeſtã,& etiã vulgo cõceſſam ſupponitur patet ex text.48. Secunda eſt, quia datur intelligi in illa particula cauſa per accidens,ideſt præter intentionem producens effectũ, neque enim ea quæ ſemper,aut pro maiori parte, actionem alicuius agentis conſequuntur,dicuntur præter eius intentionem euenire:ſed ea tantum, quæ pro minori parte eueniunt. Sed licet concludendo fortunæ definitionem, philoſophus illam particulam expreſſe non ponat,dat tamen eam intelligere, vt dixi;iõ cõpletã eius definitionem latinus interpres,cõcludens illam de intentione Ariſto.appoſuit. Eſt ergo fortuna cã per accidens eorũ,ꝗ in minori eueniunt in his, ꝗ per electionẽ gratia alicuius fiunt. Per primam partem diſtinguitur fortuna à cauſis per ſe,& ex intẽtione effectuũ, cuius dicuntur cauſæ producentes. Per 2. diſtinguitur à cauſis, quæ aut ſemper,aut ꝓ maiori parte ſuos effectus producunt. Per 3. diſtinguitur à cauſis naturaliter,non autem per electionem, & voluntarie agentibus. Per 4.diſtinguitur à cauſis, ꝗ non ex intentione alicuius finis operantur; ſicut cum aliquis aliquando inconſiderate manum ad naſum apponit:aut barbam contrectat.

Tex. 54.

Iſte eſt itaque modus accipiendi fortunam a philoſophis: veruntamen aliter accipit vulgus fortunam,& aliter accipiebant gentiles pluralitatẽ deorũ fingentes. Vulgus enim conſueuit effectum fortuitum nominare fortunam: ſi enim fodiens ſepulchrum inueniat theſaurum,dicet inuentionẽ theſauri eſſe fortunam ſuam. Gẽtiles autem,& antiqui idololatræ finxerunt fortunam numẽ quoddã eſſe, ꝙ bona, & mala hominibus impertiebat, cui inter alios deos erexerunt ſimulachrum. Erat enim mulier in rota ſedens,vt oſtenderetur,quod mutabilis ſit atque inſtabilis:duas habens facies, vnam ſcilicet albam,alteram nigram,quia quibuſdã benigna arridet facie, eis ſcilicet quibus bona impertit:alios vero ſæua,immitiq.vultu perſequitur,dum eos in mille incommoda rapit, atque inducit. Fingebant autem ipſam cæcam,tum quia non ſecernit merita,& demerita, bonos & malos, ſed ſæpiſſimæ ſceleſtis hominibus proſpera, probis autem,ac modeſtis impertit aduerſa,tum etiã quia homines excæcat: vnde interrogatus Chilo vnus de ſeptem ſapientibus,quid fortunam cenſeret, Ignarum reſpondit medicum, multos enim excæcat.

Fortunam alio modo accipiebant gentiles, alio modo vulgus.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum negatur minor, ſi reſpectu cuiuſcunque effectus intelligatur,licet enim agens per intellectum,reſpectu aliquorum ſit cauſa per ſe, ſcilicet reſpectu eorum quæ cognoſcit, & producere intendit,reſpectu tamen eorum,quæ non intendit, & effectui intento in paucioribus coniunguntur, eſt cauſa per accidens.

Ad 2.patet ex dictis in quæſtione,effectus enim fortuitus,non ſic dicitur eſſe ab agente ſecundum propoſitum,quia ſit intentus, ſed quia coniungitur effectui agentis a propoſito propter quod, & ipſe ab agente à propoſito dicitur produci.

Ad 3.etiam patet in quæſtione:non enim fortuna eſt cauſa eorum,quæ ſunt propter finem, quaſi effectus fortunæ ſit propter finem,ſed quia eſt ab eo,quod aliquid aliud propter finem producit.

Ad 4.negatur conſequentia:illæ enim duæ particulæ explicite ponuntur,quia per illas fortuna à diuerſis diſtinguitur,vt patuit,vnde non inutiliter ponuntur.

ADDITIO

CIRCA deciſionem huius quæſiti occurrit dubitatiuncula, quæ facit ad maiorem dilucidationem ſuperioris quæſiti,quia ſtante doctrina Ar. de cauſalitate corporum cœleſtium,quod nullus effectus detur cauſalis ac fortuitus,nam eſt vulgata & ſatis trita propoſitio,quod poſita cauſa ſufficienti, neceſſe eſt effectum poni; at cœlum cum ſuo motu ſufficiens cauſa horum eſt vt ſcribitur 2.cœli:igitur nullus eſt effectus caſualis & fortuitus:confirmatur,quia nihil impedire poteſt cœlos ipſos,imo ſi aderit cauſa aliqua impediens reducitur ad eos;omnia ergo quæ hic fiunt erunt neceſſario,quod etiam D.Aug.aſſerere videtur,accuſans ſe,quod aliquãdo vſus fuerit vocabulo fortunæ, ac ſi dixiſſet,quod fortuna non eſt ponenda,tanto magis quia Ariſ.ponit de ente per accidens non dari ſcientiam,& caſus & fortuna ſunt entia per accidens.

Dubitatio de effectu caſuali & fortuito. 1 cœli text. 100. Tex. 20.

Lib. 1 retractatio ad principiũ tex. 6.

Niſi dicamus,quod licet ex impreſſione corporum cœleſtium fiant aliquæ inclinationes in natura corporali;voluntas tamen non ex neceſſitate ſequitur has inclinationes,idcirco per voluntariam actionẽ nihil prohibet cœlorum effectum impediri,non ſolum in ipſo homine, ſed etiam in alijs ab homine,ad quæ humana ſe extendit operatio,ſed nullum tale principium inuenitur in rebus naturalibus,quod habeat libertatem ſequẽdi vel non ſequendi impreſſiones cœleſtes, in his ſaltem omnia erunt neceſſario,quod tamen reprehendit Ar.quia non eſt verum,quod poſita cauſa ponatur effectus,eſt enim aliqua,quæ ordinatur ad ſuum effectum non neceſſario,ſed vt in pluribus,quæ quandoq; deficit in minori parte;quod.n.eſt per ſe,habet cauſam per ſe, vt album & muſicum,ſed album muſicum non habet cauſam,quia non eſt vere ens neque vere vnum, cauſa impediens actionem alicuius cauſæ ordinatæ ad ſuum effectum,vt in pluribus concurrit interdum per accidens, & ſic talis concurſus non habet cauſam, in quantum eſt per accidens, & propter hoc id quod ex tali concurſu ſequitur, non reducitur in aliquam cauſam præexiſtentem,ex qua de neceſſitate ſequatur, & ſic ſoluendo argumentum motum dicimus, quod corpora cœleſtia ſunt vtique cauſæ inferiorum effectuum, ſed mediantibus cauſis particularibus inferioribus, quæ deficere poſſunt in minori parte. Ad confirmationem dicitur quod licet cauſa impediens effectum alterius cauſæ, reducatur ad aliquod cęleſte

9 metaphyſ. tex. 5.

corpus,ſicuti in cauſam,tamen concurſus duarum cauſarum(cum ſit per accidens) non reducitur in cauſam cœleſtem. Dictum vero Auguſt. eſt contra antiquos gentiles, & idolatras fingentes fortunam eſſe numen quoddam,vt ait Auctor. De ente per accidens eſt ſcientia ſecundario,vt docet D.Thom.6.metaph. eſt etiam ſcientia de caſu & fortuna, quantum ad quid nominis, non autem quantum ad quid rei, vt oſtendi in quæſt. meis,contra Anton.Andream 6.metaph.

QVAESTIO VII.

Vtrum fortuna, & caſus ſint cauſæ immanifeſtę, et indeterminatæ.

Caſus igitur atque fortuna poſterius ſint mente,&c. Tex. LXVI.

QVÆRITVR ſeptimo, Vtrum fortuna,& caſus ſint cauſæ immanifeſtæ,& indeterminatæ,& videtur quod non.

Primo. Fodiens ſepulchrum eſt à fortuna,reſpectu inuentionis theſauri: ſed fodiens ſepulchrum eſt cauſa nobis manifeſta:ergo &c.

2. Cauſa à qua puenit effectus, ita quod poteſt ab altera ſecundum ſpeciem prouenire, eſt cauſa determinata: ſed quod homo producatur ſine oculis,non poteſt eſſe niſi ab homine generante, tamquam à cauſa actiua,& homo generans,aut virtus generatiua eſt caſus reſpectu illius effectus: ergo caſus eſt cauſa determinata.

Ad euidentiam iſtius difficultatis,ſciendum, ꝙ duplex poteſt eſſe ſenſus quæſiti. Primus eſt, vtrũ vnaquæque cauſa,quæ eſt fortuna, aut caſus ſingulariter ꝑ ſe ſumpta,ſit immanifeſta,ſiue nobis occulta,& ſic indeterminata.

Secundus eſt, Vtrum omnes cauſæ coniunctim ſumptę,à quibus poteſt effectus fortuitus prouenire,ſint nobis immanifeſtæ, & ſint numero indeterminatæ.

Non eſt neceſſe fortunam eſſe cauſam immanifeſtam.

Quantum ad primum ſenſum,dicitur primo ad quęſtionem,quod non eſt neceſſe formam eſſe cauſam immanifeſtam. Cum enim ſcio aliquem, qui ſepulchrũ fodit,inueniſſe theſaurum, mihi cognitum eſt,quę huius inuentionis theſauri cauſa fuit, quia inquam iſte fodiens ſepulchrum, ei talis effectus fortuito accidentalis cauſa fuit.

Dicitur 2.quod cum dupliciter vna particularis cauſa poſſit dici indeterminata,aut ſcilicet, qa non magis ad hunc effectum, quam ad alium ſecũdum ſe ordinem habet,& inclinationem, aut quia effectus non magis ab ipſa, quam ab illa cauſa ꝓcedere poteſt,vtroque modo fortuna eſt cauſa indeterminata:neque enim fodiens ſepulchrum magis ad inuentionem fortuitam theſauri,ex ſe inclinationem,& ordinem habet, quam ad inuentionẽ libri, aut ad fractionem tibiæ: aut ad quẽcũque alium effectum fortuitum:cum effectus fortuiti nõ ſit cauſa per ſe,ſed cauſa per accidens;neque enim effectus fortuitus ab hac ſola cauſa per accidens produci poteſt,ſed etiam ab alijs. Inuentio enim theſauri,ſicut cauſata eſt a fodiente ſepulchrũ, ita cauſari potuit à fodiente puteum,aut à fodiente lacum pro plantanda arbore,aut ab alijs huiuſmodi cauſis per accidens.

Quantum ad 2.ſenſum,dicitur primo,quod fortuna eſt cauſa immanifeſta,ideſt omnes cauſæ collectiue ſumptæ, à quibus effectus fortuitus poteſt prouenire, ſunt nobis occultæ: Probatur ratione philoſophi,quæ tangitur te.53.& ſuperius tex. 50. Infinitum inquantum infinitum,eſt ignotum: ſed cauſæ effectus fortuiti aut caſualis ſunt infinitæ, ſunt enim cauſæ per accidens,quæ ſunt infinitæ,cũ vni infinita accidere poſſint,ergo &c.

Cauſæ per accidens, à quibus poteſt prouenire aliquis effectus fortuitus,nõ ſunt determinatæ, ſed poſſunt eſſe numero infinitæ.

Dicitur 2.quod fortuna & caſus ſunt cauſę inde terminatæ, ideſt cauſæ à quibus prouenire poteſt effectus fortuitus,aut caſualis, non ſunt in aliquo numero determinatæ, ſed ſunt numero infinitæ. Probatur ratione Philo. Cauſæ per accidens ſunt indeterminatæ,& numero infinitæ, ſed fortuna eſt per accidens:ergo &c. Maior probatur in propoſito,quia is qui vadens ad forum, reportauit a debitore pecuniam præter intentionẽ,potuit illuc iuiſſe,cauſa aut videndi aliquem,aut perſequendi hoſtem,aut perſequentem fugiendi,aut videndi ſpectacula,& infinitis alijs de cauſis.

Tex.54

Vbi attendẽdum ſecundum Simplicium, quod in hoc differt cauſa per ſe a cauſa per accidens, qđ in cauſis per ſe poteſt determinate dici, hoc iſtius eſt cauſa,& non aliud,in cauſis autem per accidẽs, non poteſt hoc dici: eo quod effectus per accidens non magis hoc,quam illud ſit cauſa, ſed ſicut ab vna cauſa per accidẽs prouenit, ita ab infinitis alijs poteſt prouenire. Et propter hoc bene dicitur fortuna,quæ eſt cauſa per accidens, eſſe indeterminata,quia videlicet effectus fortuitus, qui ab vna cã producitur per accidens, non dicitur ab illa produci tãquam propria,& determinata cauſa,ſed ſicut producitur ab hac cauſa,ita & ab alijs infinitis cauſis per accidens produci poteſt.

Licet autem & ſecundum primum ſenſum quæſiti verificari poſſit,quod fortuna ſit cauſa indeterminata,ad ſenſum tamen ſecundum hic expoſitũ, accipitur à phil. fortunam eſſe cauſam indeterminatam,quod manifeſte vtique patet ex tex.53. Volens enim oſtendere fortunam eſſe indeterminatam,& homini immanifeſtam,aſſumit pro fundamento,oportere cauſas à quibus fieri poteſt,quod fit à fortuna,infinitas eſſe ſiue indeterminatas. Itẽ text. 65. de indeterminatione caſus & fortunæ loquens,inquit:Sed eorum multitudo indeterminata eſt,additque S. Tho.ſicut ſupra dictum eſt,text. autem commen.53.ſic habet. Et cauſæ ex quibus eſt illud,quod eſt à caſu,neceſſe eſt,vt ſint non determinatæ. Super quo loco dicit Commen. Et cauſæ,quæ ſunt caſus, non ſunt terminatæ: quia ſunt cauſæ per accidens:comm. vero 65. ait, Cauſæ rei quæ fit caſu, licet ſint ex cauſis agentibus: tamen ſunt non determinatę,& innumerabiles. Ex his nãque conſtat,cum Philoſophus dicit fortunam eſſe cauſam indeterminatam,& incognitam nobis, ꝙ de vniuerſicate cauſarum effectus fortuiti intendit:non autem de vna eius particulari cauſa.

S.Tho. in Auerr cõm. 53. & 65

Pro declaratione autem ſupradictorum conſiderandum eſt,quod cum omne agens per ſuam actionem aliquod vltimum per ipsam producẽdũ, tamquam finem intendat:ipſa finis intentio ſe habet quodammodo vt forma & determinatio agentis:& ideo quod propter diuerſos huiuſmodi fines agit,licet materialiter ſit vnum agens formaliter, tamen plurium agentium rationem habet. Fodiẽs enim terram,ut faciat ſepulchrum,& idemmet fodiens,vt puteum faciat,eſt quidem materialiter vnum agens,ſed formaliter propter finium pluralitatem,& intentionum diuerſitatem,plurium agentium habet rationem. Cum igitur de ratione eius,quod fit a fortuna,& a caſu ſit, vt fiat a cauſa agente propter aliquem finem,& talis effectus poſſit a cauſa varios,& infinitos fines agente prouenire, quia inquam,ſicut propter vnum finem ſuam actionem producit, ita propter alium finem ipſam producere potuiſſet, & ſic in infinitum,cum dicimus cauſas, a quibus effectus fortuitus poteſt prouenire eſſe plures,& indeterminatas,intelligendum eſt de pluralitate formali cauſarum:non autẽ de pluralitate materiali, pro vna ſcilicet cauſa, accipiendo cauſam agentem propter vnum finem,pro alia vero eandem cauſam propter alium finem agentem.

Cãs, a quibus effectus fortuitus ꝓuenit eẽ plures, & indeterminatas,ĩtelligendum eſt de cauſis formaliter; non autem materialiter

Ex quo dubium, quod ex Ariſtotel. verbis originem habere poſſet,eliminatur. Tex.enim 65. fortunam & caſum ad cauſam mouentem reduci ait: hic vero te.videlicet 54. volens oſtendere effectus fortuiti infinitas cauſas eſſe poſſe, de cauſa finali exemplum ponit,inquiens,quod cauſa repertionis argenti ab eo, qui non huius gratia in forum iuit, potuit eſſe,quia ille iuit,vt videret aliquem, aut vt aliquem perſequeretur,aut vt fugeret perſequentem,aut vt ſpectacula intueretur:hæc enim omnia ad finalem cauſam ſpectare conſtat. Tollitur autẽ hoc dubium ex dictis:dicitur enim quod exemplificat Ariſt.de pluralitate finium, non inquantum abſolute cauſæ finales ſunt, ſed inquantum ipſorũ intentiones ſunt formæ,& determinationes agentis,intenditque cauſam agentem propter vnum finem,eſſe vnam cauſam agentem effectus fortuiti: ipſam autem eandem propter alium finem agentẽ, eſſe illiuſmet effectus alteram cauſam.

Sed tunc duo occurrunt dubia. Primum. Si fortuna eſt cauſa indeterminata , quia ab vna cauſa propter plures fines,& indeterminatos agente,effectus fortuitus poteſt prouenire, eadem ratione cauſam per ſe indeterminatam eſſe dicere poterimus:nam & ipſa propter plures fines ſuum effectũ producere poteſt. Cauſa enim per ſe foſſionis terræ,poteſt illam foſſionem, & ad ſepelitionem mortui,& ad plantationem arboris, & ad alios fines ordinare.

Secundum eſt. Natura eſt ad vnum finem determinata:ſed caſus idem eſt quod natura;ergo eſt ad vnum finem determinatus: ergo caſus non poteſt dici cauſa indeterminata , quia poſſit propter plures & varios fines agendi caſualem effectum producere.

Cauſas agẽtes effectus fortuiti variari ex fine intrinſeco intelligitur,nõ autem extrinseco.

Ad primum dubium reſpondetur,& dicitur primo,quod id quod dictum eſt, ex variatione & indeterminatione finis intenti, cauſas agentes effectus fortuiti formaliter variari, & eſſe indeterminatas:non eſt intelligendum de fine operantis extrinſeco,ſed de fine intrinſeco operationis, de vltimo ſcilicet effectu,quem cauſa agens intendit per ſuam actionem efficere. Ex hoc enim quod cauſa agens,ſuum effectum ad diuerſos fines extrinſecos ordinare poteſt,non dicitur effectus plures,& inde terminatas cauſas efficientes habere,quia effectus non producitur ad ſimilitudinem talis finis, vt eſt in intentione agentis;non enim ſi domificator domum ædificet, vt exinde inter aliquos oriatur diſcordia,domus ad ſimilitudinem diſcordiæ intentæ producitur:ſed bene dicitur plures, & indeterminatas cauſas efficientes formaliter habere, ſi a cauſa diuerſos ac indeterminatos vltimatos effectus,tamquam ſuæ actionis fines intrinſecos intendente,vel intendere potente,prouenit: ſecundum enim iſtos fines cauſa efficiẽs variatur formaliter, quia effectus vltimate in eſſe productus, ſi ſecundũ intentionem cauſæ producatur,ſemper aſſimilatur fini ipſi,ſecundum quod eſt in intentione agentis; domus enim quæ in eſſe producitur,idolo domus, quod eſt in mente domificatoris, aſſimilatur.

Dicitur 2.quod iſta pluralitas,& indeterminatio in cauſis,& effectibus per accidens inueniri poteſt:non autem in cauſis & effectibus per ſe. Nam cauſa per ſe alicuius effectus eſt,quæ ad illum effectum eſt ordinata,& illum producere per ſuam actionem intendit, ideo repugnat,quod aliquid ſit alicuius cauſę effectus per ſe, & quod ab ipſa non ipſum, ſed alium effectum intendente proueniat. Si enim hæc cauſa effectum,quem producit non intendebat ſed alium, profecto non eſt eius cauſa per ſe:& ideo repugnat effectui per ſe, ut ab indeterminatis,& infinitis huiuſmodi cauſis poſſit prouenire. Cauſa vero per accidens,cuiuſmodi eſt fortuna, ſuum effectum per accidens non intendit, ſed vnũ intendens,alium producit effectum non intentum: ideo conuenit effectui per accidens, & fortuito,vt a pluribus & indeterminatis cauſis poſſit prouenire. Sicut enim a cauſa vnum quoddam intendente, euenit præter eius intentionem: ita non repugnat quin ab eadem aliquid aliud intendente,poſſit prouenire,cum illa intentio finis,non ſit magis ad hũc effectum ordinata,quam alia.

Dicitur,quod dubium procedit de fine extrinſeco operantis,non autem de fine operationis intrinſeco,de quo intendimus, & cui effectus fortuitus proportionatur,ut in ſuperioribus eſt oſtenſum.

Si autem iterum inſtetur,quod hæc quidem reſponſio ſatisfaciat de effectu principaliter, & vltimate intento (quia inquam ille nõ poteſt ad indeterminatis cauſis, & plurium finium intentione prouenire) non videtur tamen de effectu intermedio,& ad principalem effectum ordinato ſatis facere. Nam conſtat,quod talis effectus poteſt ad diuerſos vltimos effectus, & ſic ad diuerſos fines operationis ordinari, & conſequenter a cauſis agẽtibus indeterminatis prouenire,ſi diuerſitas huiuſmodi finium diuerſitatem formalem cauſarũ agentium inducit:foſſio enim terræ poteſt ad ſepelitionem mortui,ad plantationem arboris,ad putei cõſtructionem & huiuſmodi ordinari.

Reſpondetur , quod etſi intermedius aliquis effectus , in diuerſos effectus vltimos ordinari abſolute poſſit:ſecundum tamen quod ab una cauſa ad vnum vltimum effectum eſt ordinatus, ha-

bet determinatum finẽ, & determinatam cauſam agentem, foſſio enim terræ, vt ordinata ad ſepelitionem mortui, cauſam per ſe & determinatam habet: cum intendens mortui ſepelitionem, ipſam ẽt foſſionem intendat, & ad illum finem ordinet prouenire, & conſequenter ad illum effectum ſit determinata.

Effectum caſualem poſſu produci ab inhnitis cauſis dicit nõ repugnãtiã ex parte effectus.

Ad ſecundum dubium reſpondetur, quod quãuis natura non poſſit agere niſi ad vnum effectum per ſe, quia tamen effectus a caſu non eſt intentus a natura, quantum eſt ex ſe, poteſt produci a pluribus cauſis: & a natura etiã agente pluribus aliis de cauſis. Cum ergo dicitur quod effectus caſualis, poteſt produci a cauſis infinitis, iſta poſſibilitas dicit non repugnantiam ex parte effectus: non repugnat enim effectui caſuali, ex quo non eſt intentus, produci ab agente propter hunc finem, & propter aliũ finem, & ſic in infinitum. Similiter caſus eſt cauſa infinita, quia licet natura ex conditione ſua ordinetur ad determinatum finem, tamen ſub ratione caſus non habet quod magis agat propter hunc finẽ, quam propter alium: eo quod effectum caſualem non intendat, neque ad aliquem finem ordinet.

Ad rationem ergo conceditur totum argumentum, loquendo de caſu, inquantum eſt idem quod natura: cum hoc tamen ſtat, quod caſus inquantũ caſus, non habeat determinatum finem, eo quod effectus caſualis, ad aliquem finem non ordinetur. Attendendum autem, quod quia tex. græcus ſic habet. Vnde videtur fortuna indeterminati eſſe, non autem, vnde videtur fortuna indeterminata eſſe, vt noſter tex. habet, ideo interpretatur Alex. mentem Ariſtot. eſſe, non quod fortuna ſit cauſa indeterminata, ſed quod id, quod gratia alicuius fit, eſt cauſa per accidens eius, cuius gratia non eſt factum, & eſt cauſa indeterminati effectus, inquantum vnum quidem eſt, cuius gratia fit: infinita autem illi occurere, & accidere poſſunt, quorum gratia non fit. Et ſic ſecundum ipſum intendit Ariſtote. quod fortuna infiniti, & indeterminati effectus ẽ cauſa, non autem quòd ipſa ſit indeterminata, & infinita. Sed vt inquit Simplicius, hoc non videtur ad Ariſtotel. mentem eſſe, ſecundum enim hunc ſenſum, id tantum quod eſt a fortuna indeterminatum ponitur, non autem ipſa cauſa effectus fortuiti: cum tamen Ariſtot. dicat, quod infinitas cauſas neceſſe eſt eſſe, a quibus fieri poſſet, quod eſt a fortuna. Verum eſt itaque ad mentem Ariſtotelis, & quod fortuna eſt cã indeterminata, modo ſuperius expoſito, & quod eſt cauſa indeterminati effectus. Vnde ex eo, quod dixit Ariſtote. oportere eſſe infinitas cauſas, a quibus id quod eſt a fortuna fieri poſſet, concludit quod fortuna videtur indeterminati eſſe, dans intelligere, quod ſe mutuo inferunt, & fortunam eſſe indeterminatam, & effectum fortuitum indeterminatum eſſe, ſiue fortunã eſſe indeterminatam.

Ad argumenta principalia reſpondetur. Ad primum dicitur, quod contra mentem philoſophi nõ procedit, ut oſtenſum eſt. Ad ſecundum dicitur quod &c.

ADDITIO.

ADDE hic quæ multi Philoſophi ſolent interponere de fato, vt eſt videre apud Alb. & Boet. 4. de conſolat. prof. 6. vbi definiens fatum ait, quod eſt diſpoſitio inhærens mobilibus, ſecundum quam diuina prouidentia ſuis quęque nectit ordinibus, licet aliqui theologi negent fatũ, moti auctoritate Greg. in homil. Epiph. vbi habet, fatum eſſe aliquid, abſit a cordibus fidelium, quia illud aut erit ſubſtantia aut accidens, & ſi ſubſtantia aut ſpiritualis, aut corporalis, ſi vero accidẽs, quærendum reſtat in quo reſidet tanquam in ſubiecto.

Non conſiderantes diuinam prouidentiam per cauſas medias ſuos effectus producere, & cum ordinatio effectuum dupliciter perpendi poſſit, primo prout eſt in Deo, & ſic ipſa ordinatio effectuum vocatur prouidẽtia, ſecundo conſideratur, vt eſt in cauſis mediis ordinatis a Deo ad aliquos effectus producendos; hoc enim modo talis ordinatio habet rationem fati, vt pręclare ſcripſit Boet. & iuxta conſiderationem ſecundarum cauſarum eſt quid mobile, vt vero ſubeſt diuinæ prouidentiæ eſt quid immobile, non quidem abſolutæ neceſſitatis, ſed conditionatæ, ut ſolemus dicere hanc conditionalem eſſe veram, vel neceſſariam, ſi Deus pręſciuit, hoc futurum erit, propterea Boetius cum dixiſſet fati ſeriem eſſe mobilem, poſt pauca ſubdit; quæ tamen ab immobilis prouidentię proficiſcitur exordiis, ipſamque immobilem eſſe neceſſe eſt, quæcunque igitur ſecundis cauſis ſubduntur, fato quoque ſubiici dicimus, quæ vero immediate ſiunt a Deo, vt creatio rerum, glorificatio ſpiritualium ſubſtantiarum, & alia huiuſmodi non ſubſunt fato, ea enim quę primæ diuinitati ſunt propinqua ſtabiliter fixa, excedunt ordinem fatalis mobilitatis, quanto vero quid longius a prima mente diſcedit, tanto nexibus fati maioribus implicatur, quia magis ſubiicitur neceſſitati ſecundarum cauſarum, & ſic fatum non eſt ſubſtantia, ſed eſt diſpoſitio, nõ in genere qualitatis, ſed ſecundum quod diſpoſitio deſignat ordinem, non qui eſt ſubſtantia, ſed relatio, qui quidem ordo conſideratus per comparationem ad ſuum principium eſt vnus, & ſic dicitur unum fatum, conſideratus autem per comparationem ad cauſas medias eſt multiplex, quomodo dixit Poeta; Te tua fata trahunt, vnde Gregorius non abſolute negat fatum, ſed prout volebant aliqui fatum ipſum imponere neceſſitatẽ rebus omnibus, hoc enim modo abſit a cordibus fidelium. vide Gregorium Niſenum, Plutarchum in opere de fortuna, Aug. 5. lib. de ciuitate Dei c. 9. D. Thom. & auctorem 3. cont. gen. c. 93.

QVAESTIO VIII.

Vtrum natura agat propter finem.

Habet autem dubitationem, quid nam prohiberet, &c. Tex. LXXVI.

QVAERITVR octauo. Vtrum natura agat propter finem, & videtur quod non.

Omne agens propter finem, cognoſcit finem: ſed natura non cognoſcit finem: ergo non agit propter finem. conſequentia nota cum minori: nam agens naturale diuiditur contra agens per cogni-

cognitionem. Maior vero probatur dupliciter. Primo, agens propter finem, appetit finem, propter quem agit: ſed appetens finem cognoſcit finem: ergo &c. Probatur minor. Omne appetens aſſimilatur ei, quod appetit: ſimilitudo enim eſt cauſa appetitus: ergo aut aſſimilatur ei, quia habet illud in ſe ſecũdum eſſe naturale, eo modo quo albedo eſt in pariete, aut quia habet illud ſecundum eſſe intẽtionale, eo modo, quo ſimilitudo coloris eſt in aere: non primum, quia quod habet aliquid non appetit illud, ſed quieſcit in illo: ergo ſecundum, ſed omne appetens eo, ꝙ habet ſimilitudinem rei appetitæ, intentionaliter agit per cognitionem: ergo omne appetens agit per cognitionem.

Secundo. Illud, quod appetitur, quæritur, ſecundum Platonem: ſed incognitum non poteſt quæri, nullus enim quærit, niſi cognoſcat. ergo qđ appetitur cognoſcitur, ſed agens ꝓpter finem appetit finem: ergo cognoſcit finem.

Natura agit propter finẽ non ꝙ ipſa agat, ſed qa eſt id, quo aliquid agit.

Reſpondeo, quòd natura agit propter finem vt philoſophus probat tex. 77. & multis alijs tex. ſequentibus. Sed attendendum primo, quod quamuis ſecundum communem modum loquendi, dicamus naturam agere propter finem, & ſimiliter artem, proprie tamen loquendo, ipſa non eſt, quæ agit propter finem: ſicut neque eſt id, quod agit, ſed eſt id, quo agens naturale & agit, & propter aliquem finem agit. Idem eſt ergo dicere, naturã agere propter finem, quod agens naturale, inquantum per naturam agit, agere propter finem.

Attendendum 2. quod cum cauſalitas finis in hoc conſiſtat, quòd eſt eſſe id, cuius gratia, & appetitu aliquid fit: naturam, aut agens naturale agere propter finem, nihil aliud eſt, quam ipſam aliquid agere, & operari, vt inde aliquid ab ipſa appetitũ, & aliquo modo deſideratum proueniat. Sicut natura Sortis propter deſideriũ conſeruationis ſuæ ſpeciei, per virtutem generatiuam, materiã transmutat, vt inde tandem homo aliquis generetur. Prima igitur ratio Ariſto. ſecundum S. Thom. interpretationem eſt iſta. Supponuntur enim duo. Primum eſt, quod omnia, quæ naturaliter fiunt, fiunt aut ſemper, aut ꝓ maiori parte. Scđm eſt, ꝙ nihil eorũ, quæ fiũt à fortuna, vel à caſu: fit ſemper, vel pro maiori parte. Non enim eſt à fortuna, vel à caſu, ꝙ multotiens pluat in hieme: ſed bene, ſi frequenter ſole exiſtente ſub cane plueret. Et econtra ꝙ diebus canicularibus magnus ſit æſtus, non dicim⁹ à caſu eſſe: ſed bene, ſi hoc hieme eueniret.

Naturã generare nil aliud eſt, niſi ipſam agere, vt inde aliquid prouenìat.

Tunc ſic. Omnia quæ fiunt, aut à caſu, aut propter finem fiunt, ſed impoſſibile eſt, ea quæ fiunt ſemper, vel frequẽter, accidere à caſu: ergo ea fiũt propter finem: ſed omnia, quæ fiunt ſecundum naturam: fiunt ſemper vel frequenter (ſicut & aduerſarij confitentur) ergo omnia quæ fiunt à natura, fiunt propter aliquid.

Aduertẽdum autem, vt in ſequẽtibus apparet, ꝙ ly omnia, non diſtribuit ſimpliciter pro omni à natura producto, nam finis actione naturæ producitur, vt ſic non producitur propter aliud, ſed diſtribuit pro his, quæ ante vltimum effectum à natura intentum producuntur. Attendendum quoque, ꝙ Simplicius aliter hãc rationem explicat: vult. n. Ariſt. primo probare, ꝙ nulla à natura producta, producuntur à caſu, & ſic principale propoſitum concludere. Secundo vero, ꝙ aliquid eorum, quæ propter aliud fiunt, eſt à natura. Primũ & in ſecunda & in prima figura ex Ariſt. verbis probari poſſe ait. In ſecunda quidem ſic. Quæ fiunt à caſu, neque ſemper, neque frequenter fiunt: naturalia aut ſemper, aut frequenter fiunt: ergo naturalia non fiunt à caſu. In prima vero ſic. Nihil quod frequenter, ſiue pro maiori parte fit, à caſu euenit: naturalia frequenter fiunt: ergo &c.

Tunc ſic. Omne quod fit, aut à caſu fit, aut propter finem: naturalia non fiunt à caſu: ergo ꝓpter finem fiunt. In hoc proceſſu Ariſto. præmiſſas primæ concluſionis poſuit: concluſionem vero breuitatis cauſa tacuit. Secundum vero quaſi præmiſſam demonſtrationem in partibus animalium (de quibus facta fuerat ſuperius mentio) exercens ſic, non tantum ſecundum Simplicium, verum etiam ſecundum Alex. probat, ꝙ partes eorum à natura fiunt, & hæc fiũt propter aliquid: ergo aliqua, quæ fiunt propter aliquid, à natura fiunt. Affert autem Alex. ipſa verba Ariſtotelis in teſtimonium, quòd hanc particularem concluſionem intendat: non. n. inquit, infert Ariſtoteles, ergo quæ natura fiũt, alicuius gratia fiunt: ſed ſic. Eſt igitur in his, quæ natura fiunt: id quod alicuius gratia fit, id eſt fieri alicuius gratia non ſolum in artificialibus, verum ẽt in naturalib. inuenitur: & ſic aliquid quod gratia alicuius fit, à natura fit. Aduertendum autem, qđ cauſa diuerſitatis inter S. Thom. & Simpli. in huius rationis explicatione, ſunt duo loca in verbis Ariſt. Primus eſt, vbi inquit. (Sed non poſſibile eſt, hęc eſſe neque à caſu) nam ly (hæc) apud S. Th. refert ea, quæ fiunt ſemper, vel frequenter: apud Simplicium vero refert animalium partes, de quibus in præcedentibus facta fuerat mentio ad mentem Empedoclis. Alius eſt cum inquit. At vero natura ſunt huiuſmodi omnia, quemadmodum & ipſi affirmabant: interpretatur enim S. Thom. quod omnia quæ ſunt à natura, fiunt vel ſemper vel frequenter, vt & antiqui concedunt. Simplicius vero interpretatur, ꝙ cum concluſerit phil. animalium partes alicuius gratia eſſe, ſubſumit, ꝙ vniuerſa huiuſmodi, ideſt omnes huiuſmodi animaliũ partes ſunt à natura, ſicut & ipſi antiqui philoſophi concedebãt. Vtram autem huiuſce rationis explicationem ſequi volueris, notato ſecundum Simplicium, ꝙ illa diſiunctiua, Omne quod fit, aut a caſu fit, aut propter finem, neceſſaria videtur apud illos etiam, qui negabãt naturam agere propter finem: ipſi enim accipiebant euenire à caſu, tanquam deſtructiuum eius, quod eſt agere propter finem: vnde probãtes vtilitates partium animalium, & aliorum naturalium a caſu euenire, exiſtimabãt ſe ꝓbaſſe, quod propter illa non operaretur natura.

Tex. 75. & 76.

Tex. 77.

Ibidem.

Secundam rationem ſic explicat S. Tho. Suponitur namq. ꝙ in quibuſcunq. eſt aliquis finis, priora & conſequentia omnia aguntur cauſa finis. Tunc ſic. Sicut aliquid agitur naturaliter, ſic aptũ natum eſt agi, & econtra, ſicut aptum natum eſt agi, ita agitur, niſi aliquid impediat, ſed ea quæ naturaliter aguntur, ſic aguntur, quod inducũtur ad finem, ergo ſic apta ſunt agi, vt ſint propter finem, hoc autem eſt naturam appetere finem, ergo natu-

ra

ra agit propter finem , hanc rationem declarat philoſoph.exemplariter,inquiens, quia ſi domus fieret à natura,hoc ordine fieret, quo nunc fit ab arte,ſimiliter ſi ea,quæ fiunt à natura,fierẽt ab arte,hoc modo fierent,ſicut apta nata ſunt fieri a natura . Et ſic tam ars,quam natura conueniunt in hoc,quod priora ſunt propter poſteriora. Aduerte, cum S. Thom.inquit,quod naturam habere naturalem aptitudinem ad finem , eſt ipſam appetere finem, ideſt eſt ipſam propter appetitum finis operari,quod hoc poſuit,vt oſtenderet modum appetitus naturæ,à modo appetitus rationalis differentem , appetitus enim rationalis eſt indeterminatus & variabilis,appetitus vero naturalis eſt determinatus ad vnum . Sciendum eſt autem,quod hãc rationem ſic explicat Simplicius , vult enim quod primo Ariſtot.principalem concluſionem probet, ſecundo vero inferat aliam. Ratio ad concluſionẽ eſt iſta.In quibuſcunque eſt aliquis finis , omnia quæ præcedunt finem,gratia finis fiunt , ſed in his quæ fiunt à natura eſt aliquis finis , ergo in his , quæ fiunt a natura,quod antecedit,fit gratia finis. Huiuſce rationis,inquit Simplicius,maiorem dũtaxat poſuit Ariſtote.minorem vero & concluſionem,tanquam prius cognitam prætermiſit . Ex hac concluſione infert philoſoph.aliam , hanc ſcilicet.Quod agitur naturaliter, natum eſt agi propter finem,id eſt natura eſt cauſa, quæ illud ꝓpter finem agit. Hoc autem infert phil.ad differentiam artificialium,quorũ cauſa non eſt natura,ſed ars , quamuis in illis priora propter poſteriora fiant: ꝓbatur autem ſic. Vnumquodque ſicut agitur naturaliter,ſic natum eſt agi:ſed ſic agitur, quod prius fit propter poſterius: ergo ſic natum eſt agi, ideſt inclinatione naturæ agitur propter finem.

Quo intelligendũ ſit, in quibuſcũq; eſt aliquis finis,priora a gunt cauſa finis.

Circa iſtam autem propoſitionem, In quibuſcunque eſt aliquis finis,hoc loco non accipitur ꝓ eo cuius gratia aliquid fit:ſed ꝓ eo , quod vltimo per actionem fit:quo inquam facto ceſſat motus & actio.Senſus enim eſt,quod in quibuſcumque rebus quæ fiunt,eſt aliquid tamquam vltimum , & terminus motus,omnia quæ illũ vltimum terminũ præcedunt,gratia illius fiunt.Nam ſi finis acciperetur ꝓ eo cuius gratia aliquid fit,aſſumeretur quod eſt probandum : probandum eſt enim , quod in naturalibus eſt aliquid,gratia cuius natura omnia operantur,quod eſt ipſam agere propter finem: hoc autem ſubſumeretur in minori. Nam cum ſubſumitur,Sed in his quæ fiunt a natura eſt aliquis finis,ſenſus eſſet,ꝙ in his,quæ fiunt a natura eſt aliquid cuius gratia omnia fiunt:conſtat autem hanc eſſe concluſionem probandam.

Tex.79.

Tertia ratio , quę videtur eſſe præcedentis confirmatio,eſt iſta.Ars agit propter finem , ergo & natura:antecedens probatur:quia cum duo ſint , quæ per artem fiunt , quædam ſcilicet facere non poteſt,vt domus,quædã vero in quibus ars imitatur naturam,vt ſanitas,quam medicus calefaciendo & frigidando inducit,vt natura facit,in vtriſq; ars propter finem operatur:conſequentia vero probatur,quia ſimiliter ſe habent priora ad poſteriora in vtriſque.

Ars alia perficit quæ natura non poteſt operari,alia vero imitatur.

Attendẽdum autẽ,quòd iſta verba, Omnino autem ars alia quidem perficit,quæ natura non poteſt operari,alia vero imitatur,alio modo interpretatur Simplicius,quàm S.Thom. Nam per ea quæ natura facere non poteſt,intelligit non ea , q̃ à natura nullo modo fieri poſſunt , vt domus , ſed ea,quæ natura per ſeipſam non poteſt efficere , vt eſt ſanitas,& vulneris incarnatio , per ea vero in quibus ars imitatur naturam , intelligit picturas, multiplicium animalium,& plantarum formas,& huiuſmodi:

Tex.80.

Quarta ratio eſt iſta. Animalia irrationalia,quę operantur,neque per artem, neque per inquiſitionem,neque per deliberationem, ſed per naturam propter aliquid operantur, & ſimiliter in plantis videntur aliqua fieri,tamquam vtilia ad finem,ergo ſignum eſt,quod in his,quæ fiunt,& ſunt à natura,cauſa finalis inuenitur , antecedens probatur quantum ad primam partem , quia ex hoc, quod propter aliquid operantur , quidam dubitarunt , vtrum araneę & formicæ , & huiuſmodi animalia per intellectum operentur , aut per aliquod aliud principiũ. Quo ad 2.vero partem, quia videmus, quod folia ſunt propter cooperimentum fructuũ, & radices ſunt deorſum,vt accipiant nutrimẽtum à terra , quod vero per naturam operentur huiuſmodi animalia,probatur,quia ſemper eodem modo operantur , quod non fit ab agente per intellectum:in plantis autem manifeſtum eſt , quod illæ vtilitates ſunt à natura.

Poteſt etiam ſic formari breuiter ratio ſecundũ Simplicium.

Quæ in brutis animalibus,& plantis ſecundum naturam fiunt,ſimiliter fiunt his , quæ per intellectum,& artem,ſed quæ per intellectum, & artem fiunt,cauſa alicuius fiũt:ergo & quæ à natura.Notat autem Simplicius,quod cum hoc loco philoſophus animalia irrationalia,& plantas tanquam naturalia accipit,quamuis ſint animata:naturam nõ proprie accipit,ſed communiter,vt etiam ad animam extenditur, inquantum ab ipſa aliquid circa corpus efficitur.Si enim de natura proprie ſumpta loqui voluiſſet,dediſſet exemplum de motu locali elementorum, qui cauſa propriæ perfectionis ipſorum fit,& de pugna contrariorum , quæ fit,vt in ſubiecto ſaluentur,& de ſimilibus.

Sed mihi videtur, ꝙ non inconueniat dicere naturam,& naturalia hoc loco ab Ariſto. proprie accepta eſſe. Nam(vt ſuperius oſtẽdimus)ſub ratione naturæ proprie acceptæ,ẽt anima continetur.

Tex.81.

Quinta ratio eſt iſta.Forma eſt finis generationis,vt ſuperius eſt oſtẽſum:ſed de ratione finis eſt, vt propter ipſum fiãt alia:ergo eſſe & fieri propter aliud,in rebus naturalibus inuenitur . Aduertẽdũ ꝙ à Simplicio aliter iſta pars introducitur . Dicit enim,ꝙ poſtquam Ariſto.demonſtrauit naturalia cauſa alicuius fieri,vult oſtẽdere,quid illud ſit,cuius gratia naturalia fiunt:& ponit , ꝙ hoc eſt forma,quia oſtenſum eſt, ꝙ forma eſt magis natura quàm materia,& in eo quod fit ipſa eſt finis, gratia autem finis fiunt,quæ ſunt ad finem. Alexand. vero uidetur,quod per hæc verba oſtendat Ariſt. contra antiquos,formam eſſe principaliorem cauſam naturalium vtilitatum,quàm materiã:ſi enim materia gratia formæ eſt,forma principalior cauſa eſt,non autem materia.

Tex.79.

Aduer-

In natura alio modo inclinantur ad finem carentia cognitione & habẽtia cognitionem.

Aduertendum autem,quòd licet natura agat ꝓpter appetitum,& inclinationem ad finem,alio tamen modo inclinantur ad finem homo,& alio modo animalia bruta,& quæ cognitione carent,vt plãtæ & inanimata.Homo enim ex ſeipſo inclinatur ad finem,tanquam ſibi ipſi præſtituens finem,propter quem vult operari:vnde & finem , & rationẽ finis,& ordinem aliorum ad finem cognoſcit,id eſt cognoſcit illam rem,quæ eſt finis , & cognoſcit, quòd ad illam conſequendam alia ordinantur , & ſic cognoſcit ordinem & conuenientiam mediorum ad finem . Sortes enim volens inuenire amicum,proponit ſibi inuentionem amici tanquam finem,& cogitat ipſum debere eſſe in foro, & per ambulationem illuc inueniri poſſe: & iccirco vadit ad forum,vt ipſum inueniat . Bruta vero inclinantur ad finem,& finem aliquo modo cognoſcunt , non tamen cognoſcunt ipſum ſub ratione finis , id eſt non cognoſcunt ipſum per talia media,quę operantur,eſſe aſſequendum:ipſa enim operantur quidem aliqua,ex quibus alia ſequuntur,non tamen illa ordinant ad tales fines,ſicut formica colligit granũ in æſtate,ad quod ſequitur cõſeruatio vitæ eorum in hieme,licet ipſæ non colligant grana,tanquam hoc præuidentia , & tanq̃ hanc collectionem ad cõſeruationem vitæ ordinãtia.Vt enim inquit S. Thom. 3. de anima ſuper tex.156.huiuſmodi animalia non habent aliquam imaginationem futuri , ſed actus præſentes imaginantur,qui ex naturali inclinatione magis, quã ex imaginatione ordinantur ad finem . Quæ vero cognitione carent,inclinantur ad finem,non tãquam mouentia ſe ad finem, neque tamquam cognoſcentia finem , ſed tanquam ab aliquo cognoſcente finem mota, & directa . Sicut eſt de ſagitta, quæ ad determinatum ſignum à ſagitante mouetur:huiuſmodi enim inclinantur ad finem a prima cauſa cognoſcente finem , & ea ad proprium tamquam finem ordinante.

Mouens ad aliquẽ finẽ, aliquando mouet ſolo impulſu,aliquando mouet aliquid imprimendo in mobili.

Notandum ſecundo,ꝙ mouens aliquid ad finem,aliquando mouent ſolo impulſu,nullam imprimendo formam , per quam moueatur, ſicut dũ mouetur ſagitta à ſagittãte, & tũc talis motus ad finem eſt præter naturam:aliq̃n autem mouet ad finem dando ſibi formam , per quam moueatur ad talem finem , ſicut generans grauia mouet ea deorſum,dando illis grauitatem,per quã ad motũ deorſum inclinantur,& tunc talis motus eſt naturalis.Prima ergo cauſa inclinat naturalia ad ſuos fines,dando ſibi formam , per quam inclinãtur ad ipſos:ideo talis inclinatio & motus eſt naturalis,& talis forma indita eſt à natura. Vnde S.Tho.in expoſitione literæ dicit,ꝙ natura eſt ratio cuiuſdam artis,ſcilicẽt diuinæ indita rebus,qua ipſę res mouentur ad determinatum finem,i. natura eſt quædam forma ſimilis formæ in mente diuina exiſtenti , qua res naturales mouentur ad determinatũ finem,ſecundum ordinationem diuinæ cognitionis.Natura ergo eſt agens propter finem,ideſt,eſt id,quo agens naturale agit ex inclinatione ad finẽ determinatum,quæ quidem dirigitur a prima cauſa cognoſcẽte finem,& ideo determinatis medijs operatur ad hoc,vt illum conſequatur.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur,& dicitur,ꝙ maior eſt falſa ; ad hoc enim ꝙ aliqd agat propter finem,non oportet, ꝙ cognoſcat finem , ſed ſufficit,ꝙ dirigatur ab aliquo cognoſcente finem. Ad primam probationem negatur minor : ad cuius probationem dicitur,ꝙ ad appetitum requiritur ſimilitudo,ſiue proportio appetentis ſecũdum eſſe reale,ad id,quod appetitur,& non ſufficit ſimilitudo ſecũdum eſſe intelligibile:alioquin homo appeteret quæcunque intelligeret. Et cum hoc improbatur,dicitur,ꝙ aliquid habere aliud in ſe ſecundum eſſe reale,poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ habeat illud in eſſe pfecto, & actuali,ſicut paries hẽt perfectam albedinem,& tũc qd haber aliquid,non appetit illud,quod.n.habet perfectam albedinem,illam non quærit.Alio modo , eo quod habeat illud in eſſe vel diminuto et imperfecto,vel potentiali,eo modo, quo materia habet formam in eſſe potentiali,& tunc quod habet aliquid iſto modo,appetit illud ſecundum eſſe actuale,vel perfectum,ſicut materia appetit habere formam actualiter,& perfecte,& hoc modo agens naturale aſſimilatur fini,& appetit finem.

Ad appetitũ requiritur ſimilitudo appetentis ad appetibile,ſecũdum eſſe reale, imperfectũ tamen & potẽtiale, & non tantũ ſecundũ eſſe intẽtionale.

Ad ſecundum dicitur , quod etiam incognitũ alicui poteſt quæri ab eo per directionem alicuius cognoſcentis:& hoc modo natura quærit finem,directa à prima cauſa cognoſcẽte talem finẽ: vnde minor eſt falſa.

Quę autem ſequi deberent non potuit morte præuentus perficere.

ADDITIO.

Opinio illorum qui ponebant omnia euinc. de neceſſitate.

ADDE hic,quod iſte duæ propoſitiones,natura agit propter finẽ,& natura determinatur ad vnũ, quoddammodo in idem coincidunt , & ambæ ſunt contra antiquos præcipue Democ.& Leucip. contendentes omnia de neceſſitate euenire,& ſic negabãt illam propoſitionem,potentia rationalis eſt oppoſitorum,& tamen prima propoſitio eſt maximum fundamentum in ſcientia naturali,nã ſi naturalis eam negauerit,cogitur etiam negare principium finale,& materiam eſſe propter formam,& ſic negabit quoque agẽs, vnde rueret tota natura:eſt etiam maximum fundamẽtum in metaph.quia ſi aliquis negauerit eam , non habebit viam ad probandum,quod primum agens habet ſolicitudinem de rebus quæ hic fiunt,de quo vide Aue. 2.propoſitio ſumitur ex metaph.vbi ponit philoſ. differentiam inter potentias rationales & irrationales , & ait potentias rationales terminari ad oppoſita , irrationales vero ad vnum ſcilicet modum producendi , quia vnius naturæ eſt vnus modus communicandi , vide D.Th.& auctorem 4.cont.gent.& Caiet.p.p.q.51. art.2.

Met.9.to. 3. Pri.p.q. 27. art.2.

Tertia propoſitio eſt ſatis famoſa , & qui negant eam, ponũt omnia neceſſario euenire contra Ari.& experientiã ipſam,quia tũc tolleretur conſiliũ de agendis & liberum arbitrium;auferrentur quoque leges humanæ & diuinæ,humanæ quidem,quia nullum eſſet vitiũ vituperabile,quæ enim ſunt a natura non ſunt laudanda nec vituperanda,diuinæ vero quia nulla eſſet punitio vitiorum,ſunt ergo neceſſariæ omnes,& nota quòd differt potentia rationalis ab irrationali ex parte obiecti,quia obiectum rationalis potẽtię eſt bonum, verũ vel apparens,verum quidem,dũ eſt eligibile per rõnẽ, apparens autem,dum eſt eligibile per concupiſcentiã,

1. Periher.& 2 ethi.

Quę inconuenientia ſequuntur ad ponentes omnia euenire de neceſſitate.

potentiæ

potentiæ vero irrationalis est bonum verum, quia potentia agentis naturalis in agendo dirigitur ab intelligentia non errante, & sic non potest obiectum potentiæ irrationalis esse, nisi bonum verum. 2. differt, quia rationalis potentia sua natura est consultiua, & sic oppositorũ electiua, irrationalis vero sua natura est limitata ad alterum oppositorum. 3. differunt exparte modi eliciendi, quia rationalis etiam suo obiecto approximata libere eligit, consultiuus enim syllogismus est de vtroque oppositorum, irrationalis vero necessario eligit, cum nõ eligat per consultiuum syllogismum, sed per eius naturã, vtraque tamen agit propter finem, vt dictum est. vide latius de his D. Thom.

QVAESTIONES
IN LIBRVM TERTIVM PHYSICORVM
Cum Additionibus ad easdem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum definitio motus sit bene assignata.

Motus est actus entis in potentia, secundum quòd huiusmodi. Tex. 71.

CIRCA tertium librum Physicorum, quæritur primo, Vtrum definitio motus sit bene assignata, & videtur quod non:

Primo. Actus facit subiectum esse in actu, sicut albedo facit esse actu album, sed motus non facit mobile esse in actu, quia est existentis in potentia: ergo motus non est actus.

Secundo. Si motus esset actus existentis in potẽtia, inquantum huiusmodi, motus esset actus mobilis, inquantum mobile est: patet ista consequentia ex verbis philosophi, sed hoc est falsum. ergo &c. Probatur falsitas consequentis. Mobile est mobile antequam habeat motum, sicut aqua est calefactibilis antequam calefiat: ergo motus non est actus mobilis, inquantum huiusmodi.

Tertio. Si motus esset actus existentis in potentia inquantum huiusmodi, tunc esset actus omnis existentis in potentia: nam secundum quòd præsupponit de omni, sed hoc est manifeste falsum: ergo &c.

Respondeo, quòd motus est actus existentis in potentia inquantum huiusmodi.

Pro cuius intelligentia duo faciam. Primo declarabo definitionem, secundo probabo partes definitionis. Quantum ad primum, aduertendum est. Primo, quod quædam sunt nomina quæ significant aliquid, nullo modo habens esse extra animam, vt iste terminus, chimera: quædam sunt, quæ quantum ad omnia importata dicunt rem extra animam, vt iste terminus, homo: significat enim animal rationale, quod habet esse extra intellectũ: quædam sunt, quæ quantum ad id, quod est materiale, & fundamentum, dicunt rem extra intellectum, sed quantum ad id, quod est formale, & cõpletiuum rationis, non dicunt aliquid existens in re, sed solum in intellectũ, vt iste terminus, vniuersale: humanitas enim est aliquid extra animã, sed intentio vniuersalitatis non cõuenit sibi extra animam, sed solum secũdum q̃ est in intellectu. Similiter est de isto termino motus: in sua. n. ratione aliquid importat, q̃ est extra animã, & aliquid quod conuenit rei solum per operationem intellectus.

Nominum quædam significant aliquid qđ nullo modo est extra animã quædam opposito modo, quædam autem medio modo.

Sciendum secundo, quòd aliquid est in actu tantum, aliquid in potentia tantum, & aliquid medio modo, scilicet partim in potentia, & partim in actu, quod est in actu tantum, non mouetur, sed iã motum est, sicut quod caliditatem habet perfecte. Item quòd est in potentia tantum, non mouetur, sicut aqua, quæ potest calefieri. Sed id quod medio modo se habet, mouetur, aqua enim calefit, quando partim habet de calore, & tendit ad perfectionem caliditatem. Cum ergo per motum aliquid moueri dicatur, oportet quod motus sit quidam actus imperfectus, medius scilicet inter potẽtiam puram, & actum perfectum. Vnde duo in ratione motus importantur, scilicet q̃ sit actus, & quod sit quoddam medium inter puram potentiam, & actum perfectum: quantum ergo ad actum imperfectum, motus est res extra animam, sed quantum ad respectus, qui importantur in hoc, q̃ dicitur ipsum esse medium, nõ est extra animam: respectus enim ad præcedentem potentiam, & ad subsequẽtem actum, sunt respectus rationis, quia sunt rei existentis ad rem non existentem.

Aliquid est in actu tantum, aliquid in potentia tantum, aliquid medio modo.

Attendendum autem circa diuisionem Aristo. Tex. 3. in ens actu, & ens in potentia, q̃ aliter punctuant tex. Simpli. Alexand. & Themist. & aliter Porphyrius. Illi enim sic punctuant: Eorum quæ sunt, aliquid quidem est actu solum, aliud vero potentia & actu: aliquid quidem hoc aliquid &c.

In

In qua quidem punctuatione volũt, vt ei quod est actu tantum, condiuidatur id, quod est simul & potentia & actu: dicuntque multa exemplaria, hũc terminum (solum) additum illi termino (entelechia habere. Quod si ita est, videtur Simplicio oportere sic tex. punctuare), vt dictum est, vt scilicet ei quod est in actu solum, cõdiuidatur id quòd est simul in potentia, & in actu, alioquin inquit, cur apposuisset Arist. illum terminum (solum) dicendo, quòd aliquid est in actu solum, nisi voluisset illi condiuidere id, quod non est in actu solum, sed simul in actu & in potentia? Confirmat quoque suũ propositum, ex eo quòd post hanc diuisionem in ens in actu solum, & ens in potentia, Aristot. statim diuisionem in decem prædicamenta subiunxit. Nam ens in actu solum non diuidi in decem prædicamenta constat, cum ipsemet Aristot. inferius dicat, in vnoquoque genere esse ens in actu, & ens in potentia: vnde oportet, vt illa sit diuisio eius quòd est in actu, & in potentia, vt sic exponatur tex. Eorum quæ sunt, aliquid quidem est actu solum, aliquid vero potentia & actu, aliquid quidem, scilicet ens, potentia & actu existens hoc aliquid, aliud vero quale &c. Porphyrio vero videtur sic punctuandum esse. Eorum quæ sunt, aliqd quidem est in potentia solum, aliquid vero potentia, & eorum quæ sunt in actu, aliquid quidem hoc aliquid, aliud vero quale &c. In qua punctuatione, ei quod est in actu tantum, condiuiditur id, quòd est in potentia: deinde resumitur ens actu, & in decem prædicamenta diuiditur: nam ens in potentia in decem prædicamenta non diuiditur, inquit Porph. sed bene ens in actu, siue accipiatur pro ente actu compositio, siue simplex forma.

Tex. 6.

Post hanc contentionem inquit Simplicius, qđ si tamẽ sicut in libris quibusdam inuenitur, sic habet tex. Eorum quæ sunt, aliquid quidem est quod actu, aliquid vero in potentia & in actu, aliquid quidem hoc aliquid, aliud vero quale &c. vbi ille terminus (solum) non adiicitur, potest punctuari, vt punctuat Porphyrius.

In hac autem opinionũ diuersitate, videtur mihi verior opinio Simplicii, & cõplicium, si in tex. ille terminus (solum) apponatur: si autem non apponatur, Porphyrii punctuatio vera esse videtur: quomodo autem habuerit tex. S. Thom. non clare constat: sed ex eius interpretatione videtur, quod illam dictionem (solum) non habuerit, & consequẽter, quod punctuationem Porphyrii sit secutus.

Cum ergo dicitur, quod motus est actus existentis in potentia, importatur quod est actus medius inter potentiam & actum, non est enim potentia existentis in potentia, neque actus existentis simpliciter in actu, sed actus existentis in potẽtia: cum dicitur actus, importatur ordo ad præcedẽtem potentiam: cum autem dicitur existentis in potẽtia, importatur ordo ad sequentem actum: calefactio enim est actus imperfectus, existens in re tendente ad perfectiorem caliditatem.

Sed circa hoc dubium occurrit. Si enim motus quantum ad aliquid est extra animã, & quantum ad aliquid in anima, sequitur quod nullo intellectu considerante non erit motus: ens enim in anima, quod est ens rationis, in sola animæ considera tione inuenitur, & per consequens nihil mouebitur, quod est manifeste falsum: nam nullo intellectu considerante, adhuc aqua calefit: ergo &c. Respondetur & dicitur primo, quod nomẽ non significat rem nisi mediante conceptu, & quia rem absolutam aliquando intellectus concipit relatiue, sicut cum aliquam rem concipit in ordine ad scientiam, ideo aliquãdo adinuenit intellectus aliquod nomen, illudque imponit ad significandum rẽ quidem in se absolutam, sed secundum quod concipitur relatiue, sicut hoc nomen scibile, significat rem absolutam, quæcunque res sit illa, secundum tamẽ, quod in ordine ad scientiam concipitur.

Quo modo stat, quod motus quãtum ad aliquid sit in anima & extra animã, & tamẽ motus sit, nullo intellectu cõsiderante.

Dicitur 2. quod cum talia nomina dicuntur de re existente extra animam, non significatur, quod in re extra animam sit relatio importata per talia nomina, sed significatur quod illud absolutum, quod important, conuenit rei existenti extra animam, licet illa res a tali nomine sub conceptu relatiuo significetur: vnde talia nomina, remota omni operatione intellectus, adhuc dicuntur de rebus existentibus extra animam, non obstante, quod relatio importata per talia, non sit in rebus extra animam. Scibile enim remota omni operatione intellectus dicitur de cœlo: nullo enim intellectu considerante, cœlum est scibile, licet extra intellectum non habeat respectum ad scientiam: non potest tamen concipi cœlum sub ratione scibilis, nisi cũ respectu rationis ad scientiam: scibile enim aliqua scientia dicitur scibile.

Dicitur 3. quod iste terminus motus significat absolutum sub conceptu relatiuo: significat. n. formam, secundum qđ accipit ipsam intellectus cum respectu ad præcedentem potentiam, & ad sequentem actum, qui sunt respectus rationis, & secundũ quod res talis est, vt nata sit pro tũc fundare huiusmodi respectus, & vere conceptui tali intellectus correspondere, vnde remota omni operatione intellectus, aliqua forma dicitur motus, licet in ipsa extra animam non sint illi respectus, quę tamen forma non potest concipi sub ratione motus, nisi sub isto duplici respectu concipiatur.

Ad argumentum ergo negatur consequentia: licet enim quantum ad aliquid inconclusum in conceptu motus, scilicet quantum ad respectus sit motus in anima, tamen quantum ad id, quod significat, quod est absolutum, est extra animam, ideo de re existente extra animam, remota operatione intellectus dici potest. Dicitur ergo, quod de ratione motus sunt tria. Primum est, Actus imperfectus. i. forma imperfecta. Secundum est ordo & tẽdentia ad vlteriorem actum, quæ non est aliud, quam relatio eiusdẽ formę sub actu imperfecto ad seipsam, sub actu perfectiori. Tertiũ est ordo & relatio ad imperfectiorem actum, ideſt ad seipsam sub imperfectiori actu, qui præcessit: primum nomen motus dicit essentialiter & in recto: secundum & tertium dicit in obliquo, caliditas enim imperfecta existẽs in aqua, recedens ab actu imperfecto, & ad perfectiorem actum tendens, est essentialiter motus; nõ potest tamen concipi sub ratione, motus nomine importata, nisi sub illo duplici respectu concipiatur, ideo conuenienter dicitur, quod est actus existentis in potentia, inquantum huiusmodi.

Quantum

Quantum ad ſecundum attendendum, vt patet ex Simplicio,& S.Thom.hic,quod motus hic definitur, vt idem eſt mutationi, quomodo autem generationi hæc definitio conueniat,oſtendetur in 5. Probatur itaque primo,quod motus ſit actus. Illud quo aliquid fit in actu, prius in potentia exiſtens eſt actus eius : ſed motu aliquid fit in actu, prius in potentia exiſtens : aqua enim antequam calefiat eſt in potentia ad calefactionem: dum autem habet calefactionem,actu calefit:ergo &c. Ad uertendum autem primo ſecundum S.D. ꝙ antequam aliquid moueatur,eſt in potentia,& ad motum,& ad terminum motus,dum autē mouetur, reductum eſt in actum reſpectu motus : adhuc tamen remanet in potētia ad terminum motus. Per motum ergo reducitur aliquid formaliter in actū, ſed imperfecto modo,eo ꝙ motus actus imperfectus ſit.Quod conſtat ex hoc: nam cum res ſub actu perfecto eſt, non eſt amplius in potentia ad actum tendens, cum autem mobile eſt ſub motu, non tollitur,ſed manet potentia mobilis,ad actum perfectum tendens.

S.Thom. 5. phyſ. lect. 1.

S. Thom. in expo. Tex.6.

Motus an cō uenientiori modo dicatur entelechia,an energia.

Aduertendum ſecundo,ꝙ licet motus hoc loco dicatur entelechia: hoc tamen ſecundum Simplicium non eſt proprie dictum. Nam nomen entelechiæ proprie apud Ariſtotel. actum,qui eſt complementum & perfectio rei ſtabilis ac permanentis ſignificat:vnde anima ab ipſo vocata eſt entelechia,quia eſt perfectio permanens corporis phyſici &c.Quod ſi aliquando etiam de operatione dicatur:non tamen dicitur de quacunque, ſed de pfecta tantum,quæ ſcilicet conuenit rei, ſecundum ꝙ eſt perfecta,& ſecundum ꝙ eſt in actu. Cum igitur motus non ſit actus permanens,& ſtabilis,ſed in quodam tranſitu,& fieri conſiſtat : non proprie entelechia dici poteſt,ſed bene conuenienter dicitur energia:nam nomen energiæ, quamuis aliquā do pro actu abſolute accipiatur quicunque ſit ille, quamuis ſecundum ꝙ ab hoc verbo energo,quod operor & ago ſignificat,deducitur, ſignificare videatur actum,qui eſt operatio,accipiendo operationem,vt quoddam commune eſt ad actionem , & paſſionem,& ad operationem perfectam,& imperfectam,quod proprie motui conuenit: motus enim rationem paſſionis habet,aut etiam actionis aliquo modo:vnde vt refert Simplicius, primo quidem Ariſ.definiuit motum,inquiens ipſum eſſe energiam mobilis inquantum tale,ſed poſtmodum Alex. Porphyrius,Themiſtius , & alii expoſitores inuenientes in quibuſdam exemplarib.ſic haberi, (exiſtentis in potentia entelechia,inquantum tale motus eſt) loco energię,entelechiæ nomen aſſumpſerunt,tanquam apud Ariſt.idem vtrumque nomen ſignificaret.Attendendum autem,ꝙ licet motus potius paſſio ſit,quàm actio,dicit tamē ipſum Ariſt.actum & energiam,tum quia ſecundum ipſum aliquid fit ab agente, & mouetur à mouente, tum quia eſt via ad id,quod eſt in actu , tum quia quod ocioſum erat & in ſola aptitudine,reducitur ad actum per ipſum.

Secundo.Probatur quod ſit actus exiſtentis in potentia.Motus eſt actus eius in quo ſemper inuenitur,ſicut lux eſt actus diaphani,ſemper enim inuenitur in diaphano, ſed motus ſemper inuenitur in exiſtente in potentia:dum enim aliquid mouetur,eſt in potentia;ergo motus eſt actus exiſtentis in potentia.

Sciendum autem primo,quod hunc tex. ex quo minorem rationis aſſumit San. Thom.Sed potentia exiſtentis cum entelechia ens agat , ipſum aut aliud inquantum mobile,motus eſt,ſequitur Alexander & Porphyrius , ipſumque interpretatur Alexand.quod duplicem tangit motum Ariſtote. quorum vterque eſt actus mobilis alicuius,ſecundum ꝙ eſt in potentia,vnus quidem eſt,qui ex ſeipſo, id eſt ab intrinſeco , eſt actus exiſtentis in potentia,ſicut augmentum,decrementum,motus localis,naturalis &c. Alius vero qui eſt ab alio, ſcilicet motus violentus,& eorum quæ per artem fiūt, primus quidem eſt agere,ſecundus vero agi: nam motus non minus eſt paſſio quam actio: vera autem eſt hæc expoſitio,ſi per motum à ſeipſo intendatur id,quod in duas partes diuiditur , quarum vna eſt mouens,& alia eſt mota , quod manifeſte condiuiditur ei,quod ab extrinſeco mouetur,non autem eſt vera,ſi per mouens ſeipſum intelligatur vnum,& idem ſimpliciter,quod ſit & mouens , & motum.Simplicius vero,quamuis hunc text.multum non probet,dicit ꝙ magis proprie per id , qđ mouetur ab alio,poteſt intelligi id,qđ ab extrinſeco quidem mouetur,ſed naturaliter . Sicut cum ex aqua calefacta ab igne fit aer & ignis,& in his, quæ alterantur.S.Thom.vero quid per motum ab extrinſeco intendat,non explicat,ſed videtur omnem motum ab extrinſeco prouenientem, quicūque ſit ille,intelligere.Syrianus autem & Themiſtius,& multa exemplaria,alium hoc loco habent text.hunc.ſ. Actus autem exiſtentis in potentia , cum actu exiſtens operatur,non inquantū ipſum , ſed inquantum mobiel,motus eſt . Et hic clarior eſt tex.& ſecurior,vt inquit Simplicius;ſenſus eſt enim, quòd cum aliquid eſt ſimul in actu & in potentia,actus eius,quæ dicitur hic operatio, non ſecundum quod eſt ens actu,ſed ſecundum quòd eſt mobile,& ens in potentia,motus eſt.Sciendum ſecundo circa iſtam propoſitionem . Motus ſem per inuenitur in eo quod eſt in potentia,ꝙ duplici ter intelligi poteſt. Vno modo quòd eſt in eo, qđ eſt in potentia,non quidem ad motū , ſed ad terminum motus:nam dum aqua calefit,eſt quidem in potentia ad calorem perfectum, non tamen ad calefieri. Alio mō,in quòd eſt exiſtente in potentia ad partem motus ſubſequentem : nam cum motus non ſit totus ſimul,ſed ſucceſſiue fiat,licet mobile dum mouetur ſit actu ſub motu exiſtens, tamen ſub vna parte motus eſt, ad aliam partem in potentia.

Tex.9.

Motum ſem per inuenirī in eo, quod eſt in potentia, dupliciter poteſt intelligi

3.Probatur quòd ſit actus exiſtentis in potentia,inquantum huiuſmodi: contingit enim quòd mobile eſt in actu & in potentia ſicut æs eſt actu æs,& potentia ſtatua:aut ergo motus eſt actus exiſtentis in potentia , inquantum eſt in actu,aut inquantum eſt in potentia , non inquantum eſt in actu,quia oporteret quod quamdiu res eſt ī actu moueretur,ſicut quamdiu ęs eſſet actu æs moueretur , quod eſt manifeſte falſum: ergo motus eſt actus exiſtentis in potentia,inquantum eſt in potentia.

Tex.9.

Sed

Aliquid eſt in potentia ad alterū dupliciter.

Sed aduertendum,quòd aliquid eſt in potentia ad alterum dupliciter. Vno modo quia poteſt habere illud,nondum tamen ad illud tendit, ſicut aqua antequam calefiat,eſt in potentia ad caliditatem. Alio modo,quia poteſt illud habere,& ad ipſum actualiter tendit,ſicut dum aqua calefit,eſt in potentia tendente ad caliditatem , motus ergo eſt actus exiſtentis in potentia ſecundo modo,nō primo modo.

Attendendum autem,quòd duas alias motus definitiones inferius Ariſtot.ponit:primam enim ponit text. 16.inquiens quòd eſt actus mobilis inquantum mobile;hanc autem definitionem dupliciter videtur Alexand.interpretari. Primo, ꝙ iſta eſt ſpecialior ratio motus,quam prima: nam videtur data eſſe per id,quod eſt communis motus: nā cum exiſtens in potentia in omnibus inueniatur prædicamentis,etiam actus exiſtentis in potentia in omnibus prædicamentis inuenietur, quod cum motus non ſit in omnibus prædicamentis , ſequitur hoc quod dico actus exiſtentis in potentia, qđ pro definitione motus eſt poſitum , eſſe communis motus., ſicut ſi definiremus hominem dicentes,quòd eſt ſubſtantia animata. Hic autem motus eſt actus mobilis,inquantum mobile eſt ſpecialis,& propria ratio motus , & nulli alij à motu conuenit.Secundo interpretatur, ſi admittatur ſicut ens in potentia in omnibus prædicamentis inuenitur,ita & aliquo modo inueniri motum,quod ens in potentia , & mobile pro eodem accipiuntur , ſed ens in potentia in hac ſecunda definitione mutauit in mobile,tanquam aliquid notius,& manifeſtius.

Sed contra hanc definitionem occurrit dubiū: nam definitio debet dari per aliquid notius definito:ſed ita immanifeſtū eſt mobile ſicut motus: ergo male definitur motus per mobile.

Reſpondet Alexand.ꝙ cum motus de genere relatiuorum ſit:motus enim eſt mobilis,rationabiliter per mobile definitur,cum eſſe relatiui ſit,ad alterum quodammodo ſe habere.

Aliam vero definitionem ponit text.23.vbi ait, quòd motus eſt actus potentia actiui, & paſſiui in quantum tale:quia enim vt inquit S.Thom. poſuerit Ariſt.motum eſſe actū actiui vt ab hoc,& paſſiui,vt in hoc,ad tollendam omnem dubitationem, tanquam notius loquens , & tam actiuum quam paſſiuum complectens,ſubiunxit motum eſſe actū potentia actiui & paſſiui,inquantum eſt in potentia,& ſic tam ex parte actiui quam ex parte paſſiui ponitur,motum eſſe actum exiſtentis in potentia inquantum huiuſmodi.

Sed circa hanc definitionem dubium occurrit, nam quod eſt in potentia actiuum & motiuum,nōdum eſt actu motiuum,& nondum mouet , ergo motus non eſt actus motiui in potentia,ſed mouētis in actu.

Reſpondetur de mente Simplicii,& dicitur primo,quod mouentia omnia in iſtis inferioribus, & mouent inquantum ſunt in actu ſecundum habitum, & mouentur inquantum habitus qui prius quieſcebat,ad actum mouendi excitatur, & ſic de potentia exit in actum. Dicitur ſecundo, quod actio iſtorum mouentium inferiorum non eſt tota ſimul,ſed in quadam ſucceſſione conſiſtit, & ideo quandiu mouent , manet eorum potentia , ſicut quandiu mobile mouetur eius potentia manet, & ſic eſt verum dicere quod mouens quādiu mouet, & eſt in actu ſecundum habitum,quo mouet, & ſecundum ipſam actionem, & eſt in potentia ſecū dum actionis ſucceſſionem : motus ergo eſt actus motiui ſecundum quod eſt in potentia , non quidem ad mouere ſimpliciter,ſed ad id, quod de motu ſuccedere debet,quod vtique quandiu mouet ſibi conuenit,ideo falſum aſſumitur , ſcilicet quod actiuum in potentia nondum ſit actu motiuū: hoc enim non eſt vniuerſaliter verum,ſicut non eſt vniuerſaliter verum,quod mobile in potentia nondū moueatur.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum negatur minor.Ad probationem dicitur, ꝙ licet mobile,dum mouetur ſit in potentia ad terminum motus:non tamen eſt in potentia,ſed in actu reſpectu motus.

Ad ſecundum negatur falſitas conſequentis.ad probationem dicitur, ꝙ cum dicimus motum eſſe actum mobilis,per mobile non intelligimus id, ꝙ eſt in potentia ad moueri, vt argumentum procedit,ſed quod actu mouetur, quod quidem nō actu mouetur,niſi dum eſt ſub motu.

Ad tertiū dicitur primo,ꝙ motus eſt actus exiſtentis in potentia ad terminum motus, in potentia dico tendentem ad actum: vnde negatur falſitas.Dicitur ſecundo ꝙ ly,ſecundum,quando tenetur reduplicatiue,præſupponit de omni,non autē quādo tenetur ſpecificatiue,ſicut cum dicitur ens ſecundum ꝙ ens eſt ſubiectum metaphyſicæ:modo in propoſito dicitur,quod ly in quantum, in illa definitione tenetur ſpecificatiue,non autem reduplicatiue,quia enim aliquid eſt in actu & in potentia reſpectu diuerſorum , motus non conuenit ex eo,quod eſt in actu,ſed ex eo quod eſt in potentia.

ADDITIO

ADDE hic,quòd cum motus integretur ex multis.ſcilicet ex mobili termino à quo, ex termino ad quem,ex motore,ex tempore , ex quantitate, cur Ariſtot.tradendo definitionem motus a priori,non poſuit omnia illa ex quibus eſt quidditas eius. 5.metaphy. comm. 18.

Et eſt ſingularis difficultas de quantitate, quia Aueait,quòd motus & tempus ſunt quantitates per ſe,& ſic quantitas debuit poni in definitione motus,cum ſit per ſe prædicatum eius.

Caieta. ſecundam difficultatem reliquit inſolutam, remittendo ſe ad quæſtiones metaphyſicales,quæ non peruenerunt ad manus noſtras;quia dicunt nonnulli ꝙ reperiuntur manuſcriptæ Caiet.aliqui ſoluentes hoc dicunt,ꝙ motus poteſt ſumi tripliciter,primo pro forma fluente,& ſic non eſt per ſe quantitas,quia vt ſic eſt in quatuor prædicamentis,ſecundo capitur pro fluxu formæ,& ſic eſt in prædicamento paſſionis.3.pro duratione illius fluxus,& ſic eſt quantitas ſucceſſiua diuiſibilis, ſecundum longitudinem ad diuiſionem temporis, ſecū dum omnem dimenſionem ad diuiſionem mobilis. In prædi. de quantitate.

Sed hæc reſponſio aduerſatur Ariſtotel. dicenti mo

tum esse quantum per accidens, propterea Gregor. Ari-
5 metaphy. te 18.5 sen. d 5t 2.q.1. mi. dicit auctoritatem Commentatoris esse vitio scriptoris deprauatam: deficit enim vna negatio, & deberet legi, motus & tempus non sunt quantitates per se, aliter Comment. contradiceret Arist.

Sed melius dicendum est, quod aliquæ sunt quantitates per se duobus modis, vno modo substantialiter & in primo modo dicendi per se, vt est magnitudo & numerus.

Alio modo aliqua dicuntur quantitates per se secundo modo, pro quanto accidunt rebus, quæ sunt quantitates per se, & secundum suam substantiam, vnde quia motus consequitur magnitudinem, quę per se in primo modo est quantitas, propterea dicitur quantitas per se, & sic verificantur ambæ propositiones, prima scilicet,
Motus & tẽ pus sunt quãtitates per se. motus & tempus sunt quantitates per se scilicet in secũdo modo dicendi per se, secunda quoque, motus & tempus sunt quanta per accidens, vt ly per accidens distinguitur contra per se primo quidditatiue: potes etiam dicere, & in idem coincidit, quòd motus est per se quãtitas, tempus est per se quantitas, idest tam motus quã tempus sunt passiones rei, quæ substantialiter, & quidditatiue, & formaliter est quantitas, & illa est magnitudo, hinc soluitur principalis etiam difficultas, quia non erat necessarium in definitione motus ponere quantitatem, nec terminum à quo & ad quem, nec tempus, nec motorem, qui est de causis extrinsecis, sed sufficiẽs fuit declarare ipsum motum per ea, quæ quidditatiue clauduntur in eo, de quibus vide Alexand. & Themistium, & D. Thom. p.p.q.53. quasi per totam, vbi agitur de motu Angelorum, vide etiam 2. contra gent. ca. 82. vbi Auctor declatat, quomodo motus proprie dictus conueniat mobili, & quomodo non, vide Egidium & Burleum, Paulum Venetum, Suess. 3. physicor. in loco correspondenti.

QVAESTIO II.

Vtrum motus sit idem realiter cum termino motus.

Species autem semper existimabitur aliqua moueńs, aut enim hæ &c.
Tex. XVII.

QVÆRITVR secundo. Vtrum motus sit idem realiter cum termino motus, & videtur quòd non.

Primo, si sic esset, tunc motus localis esset idẽ cũ loco qui acquiritur, hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas, primo sequeretur, qđ motus naturalis, & violentus essent eiusdem speciei; nam si lapis moueatur deorsum, & similiter ignis, motus naturalis lapidis, & motus violentus ignis terminatur ad eũ dẽ terminũ. s. ad locum deorsum: ergo si motus et terminus motus sunt idem, motus naturalis & violentus erunt idem.

Secundo sequeretur, ꝙ motus circularis & rectus erũt idẽ: hoc est falsum: ergo &c. Probatur cõsequẽtia, qa ad vnũ & eũdẽ terminũ põt & per motum rectum, & per motum circularem peruenire.

Tertio sequeretur, quòd motus contrarij erũt idem, hoc est impossibile: ergo &c. Probatur consequentia, quia super eandem magnitudinem cõtingit aliquid incipere moueri ex vna parte, & postea ex alia, sed isti motus sunt contrarij, cum sint a contrarijs terminis: ergo si motus est ille locus, motus contrarij erunt idem.

Secundo principaliter arguitur. Idem non est causa sui ipsius, sed motus est causa termini motus: ergo non sunt idem.

Tertio. ad motum non est motus, sed ad terminum motus est motus: ergo &c. Probatur maior, quia partes eius ad quod est motus sunt simul, nõ autem partes motus.

Quarto. motus diuiditur per mutata esse, & per ea continuatur, terminus motus non diuiditur, & continuatur per mutata esse: ergo &c.

5 phys. text. commẽ. 16. Non inconuenit aliqd esse vnũ, & idẽ realiter & formaliter distingui.

Ad euidentiã istius difficultatis primo præmittentur aliqua necessaria ad propositum, secundo dicetur ad quæsitum.

Sciendum itaque primo, quòd nõ inconuenit quòd aliqua vnum & idem realiter sint, & tamen formaliter distinguantur, diuersisque nominibus significentur, contingit enim vnam & eandem rem alio & alio modo se habere, & diuersas perfectiones in se includere, propter quod intellectus de ipsa diuersos format conceptus, secundum quòd eam diuersimode considerat, & quia imponit nomina secundum ꝙ concipit, ideo ipsi diuersa etiam nomina imponit, quæ tamen significant vnam & eandem rem, sed sub diuersis rationibus, propter quod dicimus, quod illa res secundum quod significatur vno nomine, distinguitur formaliter à seipsa, secundum quod alio nomine significatur, sicut secundum ponentes relationem à subiecto non distingui, albedo vna & eadẽ existens, est forma, secundum quam aliquid est album, & est id, quo vnum ad alterum refertur, secundum quod dicitur illi simile: intellectus ergo alium conceptum format de illa re, vt est absolute quædam forma de genere coloris, & alium, vt est id quo aliquid ad alterum refertur: vnde illam rem secundum quòd concipitur vt talis forma absolute, nominat isto nomine albedo, secundum autem quod concipitur in ordine ad alterum, nominat hoc nomine similitudo: dicimus enim, quod albedo, & similitudo sunt vnum, & idem secundũ rem, idest eadem res est, quæ significatur vtroque nomine, sed distinguuntur secundum rationem, quia illam rem sub alio conceptu significat hoc nomen albedo, & sub alio hoc nomen similitudo.

Quando nomen abstractum aliquã rẽ in recto & aliquã in obliquo, id quod est significatũ recto est significatum materiale significatum autẽ in obliquo est formale.

Sciendum secundo, ꝙ quando nomen, & maxime abstractum, significat aliquã rem in recto, & aliquid importat in obliquo, id quod significat in recto, se habet vt materiale, & id quod importat in obliquo, se hẽt vt formale: nam cum formæ sit determinare, & materiæ determinari, & id qđ significatur in recto, se habeat tanquam aliquid determinabile, id autem quod importatur in obliquo se habeat vt determinatiuum, quod significatur in recto se habet vt materiale, quod autem importatur in obliquo, sicut formale.

Sciendum tertio, quod cum nomen importat aliquid in recto, & aliquid in obliquo connotat, illud quod importat in recto est proprium & essentiale significatum, illud autem, quod importat in obliquo non est essentiale, sed importatur tamquam

quam essentialis significati determinatiuum, sicut hoc nomen Sortes, quod significat substantiam animatam sensibilem, rationalem, determinatam tali figura, & quantitate, quia significat illam substantiam in recto, accidentia autem importat in obliquo, ideo ipsa substantia Sort. eius proprium, & essentiale significatum est, accidentia autem connotantur tamquam illius substantiæ determinatiua, non enim dicimus quod Sortes sit illa accidentia, sed quod est substantia talibus accidẽtibus determinata.

Sciendum quarto, quod licet de ratione motus sint tria, vt dictum est in præcedenti quæstione, scilicet actus imperfectus, ordo, & tendentia ad vlteriorem actum, & ordo ad præcedentem potẽtiam, & actum imperfectiorem, essentialiter tamen & in recto solum actum imperfectũ dicit, in obliquo autem & connotatiue dicit illos respectus, ille enim actus imperfectus non habet rationem motus, nisi huiusmodi respectibus sit determinatus.

Quantum ad secundum ponuntur duæ conclusiones. Prima est, motus quantum ad id, quod dicit in recto materialiter, est idem secũdum rem cum termino motus, quod est dictu, nomen motus, & nomen termini motus significant vnam & eandem rem materialiter, nam dealbatio, & albedo, quæ est terminus dealbationis sunt vna & eadem res. Probatur primo auctoritate Comm. 4. vbi vult, quod motus secundum quod non differt a perfectione ad quam vadit motus, nisi secundum magis & minus, necesse, est vt sit de genere illius perfectionis: in fine autem commenti dicit, quod iste modus accipiendi motum est verior, licet alius, quod motus sit via ad perfectionem, quæ est alia ab ipsa perfectione, sit famosior. Secundo dicit, quod ire ad calo
Idem 5. phy. Com 9. rẽ est calor quoquo modo, similiter ire ad frigus, & quod motus est in genere eius, ad quod est motus secundum suam naturam.

Motus & terminus motus distinguuntur formaliter, & secundum rationem.

Secunda cõclusio est. Motus & terminus motus distinguuntur formaliter, & secundum rationem. Probatur primo. Illa quorũ aliquid includitur tanquam formale in ratione vnius, quod non includitur in rõne alterius, distinguuntur formaliter, & secundum rõnem: sed aliquid includitur in rõne motus. s. ille respectus qui nõ includitur in rõne termini motus, ergo motus, & terminus motus distinguuntur formaliter, & secundũ rationem. Secundo
Com. 4. Com. 5. Com. 9. cõmẽ. dicit, quod motus secundum quod est via ad perfectionem, est aliud a perfectione illa. Item, 5. physicorum dicit, quod albificatio est motus, nõ albedo, ad quam est motus albedinis. Item 5. physico. postquam dixit, quod motus secundum suam materiam est in genere eius, ad quod ẽ motus, subiungit secundum autem formam, idest secundum quod est transmutatio coniuncta cum tempore, est in prædicamento passionis. Dicitur igitur, quod eadem res est calefactio, & caliditas introducta per calefactionem, quæ res secundum quod est in fieri, & habet illum duplicem respectum supra memoratum, dicitur calefactio, secundũ autem quod est in facto esse sine huiusmodi respectibus, dicitur caliditas, quæ est terminus motus, vnde caliditas secũdum quod est in fieri, distinguitur secundum rationem & formaliter a seipsa; secundum quod est in facto esse, & isto modo intelligitur quod motus, & terminus motus distinguuntur formaliter & secundum rationem.

In abstractis vnum vere negatur ab altero, si alterum illorum in sua ratione includat aliquid, quod non includat alterum, negatur ab altero, si alterum includat in sua ratione aliqd, quod alterũ nõ includit.

Ex istis sequitur primo, quod eadem res quãdo que est successiua, quandoque permanens: dum enim est in fieri secundum quem modum est motus, dicitur successiua, dum autem est in facto esse, dicitur res permanens.

Sequitur 2. quod quicquid attribuitur motui, potest verificari de illa re, quæ est terminus motus, non secundum quod est in facto esse, sed secũdum quod est in fieri.

Sequitur 3. quod non obstante quod motus & terminus motus sint vna res, tamen ista propositio est falsa, motus est terminus motus propter formalem eorum distinctionem. In abstractis enim vnũ vere negatur ab altero, si alterum illorum in sua ratione includat aliquid, quod non includat alterum, vnde quia motus includit illos respectus quos non includit forma, quæ est terminus motus, ista est vera, motus non est terminus motus, & calefactio non est calor productus, & albefactio non est albedo producta, & sic de aliis, ut patet ex uerbis Com. 5. Physicorum.

Sed circa istam determinationem, duo occurrunt dubia. Primum est. forma substantialis non suscipit magis & minus, ut primo sit imperfecta, & postea perfecta: ergo generatio non est forma generata ut est in fieri: ergo motus non est idem ꝙ terminus motus.

Secundum dubium est: albedo permixta nigredini & albedo pura, non sunt eiusdem speciei, sed albedo in fieri est permixta nigredini: ergo albedo in fieri distinguitur specie a pura albedine; ergo si albefactio est albedo in fieri, albefactio distinguitur specie ab albedine pura, quæ est terminus motus: ergo motus distinguitur a termino motus.

Ad primum istorum dicitur primo, ꝙ non dicimus vniuersaliter motum esse ipsam formam habentem esse imperfectum, ad perfectumque esse tẽdentem, illud enim est verum dumtaxat de formis quæ diuisibiliter acquiruntur, sed dicitur quod forma secundum quod est in fieri est motus, & quod includit aliquid secundum quod est in fieri, quod non includit vt est in facto esse.

Dicitur 2. quod generatio, accipiendo generationem pro instantanea dumtaxat introductione formæ substantialis, est simul cum generato esse: non enim forma prius generatur, quam generata sit, vn de fieri formę & factum esse sunt simul.

Dicitur 3. quod licet forma simul generetur & generata sit: tamen generatio dicit ipsam formam cum nouitate essendi, & cum respectu ad alterationem præcedentem, atque cum respectu ad aliquam permanentiam formæ, & hoc modo generatio habet rationem motus, largo modo accipiendo motum: vt scilicet nomine motus etiam mutatio comprehendatur, introducitur enim forma in materia prius alterata, & postquam est introducta per aliquod tempus permanet in materia, istam autem nouitatem essendi & relationem ad sequentem permanentiam non includit forma vt est in facto esse, & terminus generationis, vn-

de generatio & forma generata sunt vnum secundum rem:distinguuntur autem secundum rationé: aliqua enim importantur nomine generationis, q̃ non importantur nomine formæ.

Medium inter extrema cõsideratum ut est in esse completo & permanenti distinguitur ab extremis secundũ speciẽ,non autẽ ꝙ consideret ut est in fluxu & tendẽtia ad eẽ perfectum.

Ad secundum dubium dicitur de mente Alberti,ꝙ albedo mixta nigredini,& uniuersaliter quodlibet medium inter extrema potest dupliciter considerari. Vno modo secũdum quod est in esse completo & permanenti, & sic distinguitur ab extremis secundum speciem,sed hoc modo motus non est actus imperfectus medius inter extrema. Alio modo secundum quod est in fluxu & tendentia ad esse perfectum,& hoc modo est ipsa forma habens esse imperfectum,albefactio enim est albedo permixta nigredini tendens ad perfectum esse, sed tunc negatur, quod albedo permixta nigredini distinguatur specie ab albedine pura: sed dicitur ꝙ est eadem cum illa.

Ad argumenta principalia in oppositum respondetur. Ad primum dicitur, quod motus localis est idem realiter cum loco,siue vbi, quod acquiritur per motum, quod vbi nihil aliud est,quam respectus fundatus super continentia passiua locati ad locum. Ad primam huius improbationem dicitur quod motus violentus & naturalis possunt dupliciter considerari. Vno modo respectu eiusdẽ mobilis,sicut motus naturalis grauis deorsum, & motus violentus grauis sursum. Alio modo in diuersis mobilibus, sicut motus violentus ignis, & motus naturalis terræ deorsum. Si accipiantur respectu eiusdem mobilis, negatur consequentia, quam non probat ratio adducta:si autem accipiantur respectu diuersorum mobilium, negatur falsitas consequentis. Ratio aũt istius diuersitatis est, quia motus violentus & naturalis eiusdem mobilis terminantur ad oppositos terminos, ideo specie distinguuntur,in diuersis aũt mobilibus terminantur ad eumdẽ terminum,ideo sunt eiusdẽ spẽi.

Motus rectus & circularis ad vnũ terminũ terminati sunt idẽ materialiter,non autem specifice, & ratio huius quæsiti. 5.physicor. Tex.79.

Ad secundum responderi potest. Primo quod motus rectus & circularis terminati ad vnum terminum,sunt idem materialiter,sed hoc non obstante,formaliter & specifice distinguuntur, quia ad vnitatem specificam motus,non sufficit vnitas specifica termini, sed requiritur etiam vnitas specifica eius,per quod fit motus,vt dicit phil. Linea autem recta,per quam fit motus rectus, distinguitur specie a linea circulari,per quam fit motus circularis,ideo illi motus specie distinguuntur. Secundo responderi potest quod motus rectus & circularis possunt dupliciter considerari. Vno modo quantũ ad ipsum vbi fluens per se,& tunc possunt esse eiusdem speciei. Alio modo quantum ad rectum & circulare,quæ accidunt magnitudini, super quam fit motus, & sunt diuersarum rationum.

Ad tertiam dicitur,quod talis locus est talis motus,secundum quod incipit acquiri a tali extremo, ideo si idem locus ab oppositis terminis incipiat acquiri,isti motus erunt quidem,sed tamen specifice & formaliter distinguentur.

Dicitur secundo,quod motus est locus non per quem mobile mouetur:sed qui per motum acquiritur, seu quem habet mobile in termino motus, ideo ratio non est ad propositum.

Sed videtur ꝙ istæ responsiones non satisfaciãt: nam illa non sunt vnum realiter,quorum vno existente aliud non est, sed existente aliquando loco, non est motus localis istius mobilis ad ipsum,sicut cum quiescit:ergo &c.

Si dicatur, quod locus qui acquiritur per motũ localem,antequam mobile moueatur, licet forte sit quantum ad suum materiale,scilicet quantũ ad superficiem continentis,non est tamen vt locus ipsius mobilis, cum ipsum non contineat.

Contra arguitur. Quando mobile mouetur ad locum,ẽt tunc non continetur a loco, qui est terminus motus,& sic non est eius locus: ergo motus localis est,non existẽte loco,qui est terminus motus, ut locus mobilis motus localis est,ergo idem sequetur,scilicet ꝙ non erunt idem eadem ratione, quia scilicet vno existente,alterum non est. Præterea cũ primum terminus cõtinentis,qui est terminus motus localis,est locus mobilis, amplius motus non est:ergo non sunt idem.

Proportionabiliter sicut in alteratione est eadem forma in motu & in termino, ita et in motu locali,non tamẽ omnino eodẽ modo.

Ad euidẽtiam huius dubii considerandum est, quod sicut in alteratione, forma secundum quam est alteratio,primo imperfecte introducitur in subiecto,deinde perficitur successiue vsque ad terminum motus,& sic dicimus eandem formã esse motum & terminus motus,sicut eadem forma est, q̃ prius habet esse imperfectum, & postea perfectũ, ita & in motu locali idem considerare oportet, licet alio modo:nam locus ad quem mobile per motum localem tendit,primo quidem imperfecte acquiritur,deinde perfectius,& sic successiue quousque ad perfectam continentiam mobilis perueniatur:sed dissimiliter ista imperfectio, & perfectio se habet in alteratione & in motu locali,in alteratione enim dicitur forma, quæ acquiritur successiue diuersimode actuare subiectum, quia ipsa entitas formæ secundum seipsam a principio motus recipitur in mobili,& ipsum actuat continue & successiue vsque ad complementum motus, locus autem qui in fine motus localis acquiritur,& est æqualis mobili,non sic successiue acquiritur,quod a principio secundum seipsum contineat mobile, & continue magis ipsum contineat usque ad complementũ motus,sed hac ratione acquiri dicitur successiue,quia mobile continue illi per motum magis & magis appropinquat,quousq; ab ipso totaliter, & perfecte contineatur:& ideo motus localis est ipse locus,non simpliciter secũdum quod est terminus motus,sed secundum quod est in acquiri per successiuam appropinquationem mobilis ad ipsum.

Ad dubium ergo negatur,ꝙ existente loco vt est in acquiri,non sit motus localis. Dicitur secundo quod quando mobile mouetur ad locum,licet non contineatur perfecte a tali loco,continetur tamen imperfecte per appropinquationem ad ipsum,& ille dicitur locus eius, eo quod ad ipsum tendat, & ad illum cõtinue magis appropinquet. Si instetur, ꝙ tunc motus localis non erit ipse locus,quia non est illa superficies continentis,sed erit respectus nomine propinquitatis. Dicitur, quod vtique verum est motum localem non esse essentialiter illum locum absolute,vt superficies continentis est:sed tamen verum est ipsum esse illum locum,ut est in acquiri,& non est inconueniens motum localem esse materialiter illum respectum appropinquationis successiuæ in ipso loco fundatum, secundum quem dicitur locus acquiri. Vbi aduertendum,ꝙ proprium est motui locali,vt non sit subiectiue in mobili. Nã nec ille respectus appropinquationis loci ad mobile est in ipso mobili subiectiue: sicut enim locus qui acquiritur non est subiectiue in locato, ita nec motus per quem acquiritur. Vnde quod dicit Philosoph. text.18. motum esse in mobili intelligendum est proprie,vel similitudinarie. Hæc dicta sunt sustinendo, quod per motum localem nihil aliud acquiratur quam locus,vt multi volunt.

Tenendo autem quod non tantum locus, sed etiam vbi,per talem motum acquiritur: Dicitur primo quod à principio motus est vnum vbi successiuum in mobili vsque ad finem, & sic falsum esse,terminum motus esse quantum ad suam entitatem,antequam motus localis sit. Dicitur secundo, quod motus localis est illud vbi,quod vtique per totum motum habet esse imperfectum in mobili,in fine autem motus habet perfectum esse, & quiescens.

Si dicatur,quod vbi quod est terminus motus, cum sit relatio fundata super circũscriptione passiua locati à loco sibi æquali,non est ante terminationem motus,cum ante motus terminationẽ mobile à tali loco non contineatur, & sic non videtur, quod motus localis sit istud vbi.

Dicitur,quod illud vbi secundum quidem esse, quod est terminus motus,non est ante terminationem motus,sed bene secundum suam entitatem. Nam sicut per totum motum alterationis est vna qualitas,quæ successiue acquiritur secũdum diuersa esse, propter quod potest dici secundum diuersas sui partes acquiri, in fine autem motus habet esse completum,ita in toto motu locali est vnum vbi, compositum ex partibus sibi inuicem succedentibus, correspondens toti spatio per motum,scilicet successiue pertransito, quod quidem vbi terminatum ad vbi quoddam permanens, loco mobili adæquato correspondens,est terminus intrinsecus vbi fluentis,sicut instans est terminus temporis,& punctum terminus lineæ, & esse perfectum qualitatis terminus prius fluxus ipsius. Motus ergo localis est illud vbi fluens, secundum quod esse in fluxu & successione habet, non autem secũdum quod per vbi permanens est terminatum,sicut alteratio est ipsamet qualitas, quæ acquiritur secundum quod fluit,& in successione consistit, non autem secundum quod habet esse completum & terminatum,nam vt sic,non habet motus rationem, sed potius termini motus.

Ad secundum principale,dicitur primo, quod idem non potest esse causa sui efficiens, sed bene potest esse causa sui dispositiua & materialis,secũdum tamen aliam & aliam perfectionem. Dicitur secundo,quod motus non est causa efficiens termini motus, sed est causa dispositiua, imperfectum enim est via,& dispositio ad perfectum, vnde eadẽ forma sub esse imperfecto est via & dispositio ad seipsam sub esse perfecto.

Ad tertium dicitur primo, quod si accipiatur motus quantum ad suum materiale,sic ad motum est motus,idest ad illam rem,quæ est motus: vnde in isto sensu maior est falsa. Dicitur secundo quod si accipiatur motus quãtum ad suum formale, ad motum non est motus,sed tunc argumentum non concludit cõtra determinata in quæstione, sed magis est pro secunda conclusione. Dicitur enim qđ motus non est formaliter terminus motus: sed bene materialiter.

Ad quartum dicitur,quod minor est falsa: ipsa enim forma quæ est terminus motus,secundum ꝙ est in fieri,diuiditur,& continuatur,& terminatur per mutata esse, sicut & motus licet secundum ꝙ est in facto esse,quomodo est terminus motus,non diuidatur,& cõtinuetur,& terminetur quietum & stabile inquantum huiusmodi.

ADDITIO.

CIRCA propositionem assumptam ex text.nota quòd D.Thom. vult illam esse adductam ab Aristotel.ad declarandum,quòd moueri competit mouenti per accidens,vnde sunt verba eius,quod aũtem non competat ei per se, manifestat per hoc, quòd aliqua forma videtur mouens esse sicut forma, quæ est in genere substantiæ in transmutatione quæ est secundum substantiam,& forma quæ est in genere qualitatis in alteratione,& forma quę est in genere quantitatis in augmẽto & diminutione, huiusmodi formæ sunt causæ,& principia motuum.

Sed hæc aduersantur Aristote. asserenti quòd species neque mouet neque mouetur,& Auer. ibidem ait, quòd qui fingit formas moueri, nõ est amplius cum eo loquendum in hac scientia naturali, nam vnum eorum quæ ponit philosophus est,ꝙ forma non separatur per se,idest quòd non mutatur. 5.phys.te.3.

Duplex est genus formarum. Tex.41.

Nisi dicamus,vt sedetur hæc contradictio, quòd duplex est genus formarum, quædam formæ sunt abstractę à materia,& quædam sunt eductę de gremio & potentia eius,differẽtia in istis est,quod in abstractis idem est quidditas,& id cuius est quidditas, sed in materialibus non,vt scribitur 7.metaphysic. principalis enim ratio agendi est forma,sed id quod agit est essentia substantiæ compositæ, vt in passione id quod patitur est compositum,sed principium,quod est sibi ratio patiendi,est materia,hinc Aristote.aiebat,quòd actus & generationes sunt suppositorum,quia nec forma, nec materia generatur,sed congregatum ex materia, & forma: est ergo forma siue species rei materialis principium mouendi,vt quo,non vt quod, illud enim quod mouetur tanquam quod,est habens materiam & formam, & hoc est illud, quod voluit Auicenn.reddens causam illius dicti,quare forma non mouet neque mouetur, inquit,quoniam motor & motũ est compositum ex materia & forma,non ergo aduersantur sibi verba D.Th. dicentis,quòd formæ sunt principia,& causæ motus,de quibus vide Alexand.in paraphrasi de anima, vbi docet,quomodo forma naturalis non potest nisi sola ratione à materia separari, separatio enim talis formæ est eius interitus,vide etiam Commentatorem 4.physi.vide adhuc Themistium 2.phy.commẽ.11. vbi declarat, quomodo forma est a qua res est id quod est,non a subiecto;vide adhuc Simplicium in principio 2. de anima, vbi poteris colligere per dicta sua, quomodo definitio de anima non competit intelligentiæ contra modernos,& est intentio Ammonii & omnium græcorum: vide quoque D.Thom. disputantem de motu Angelorum,

In prolo. primi metaph. — vbi supra. — c de intellectu. — Comm. 18. — p.p.q.5. per totam.

gelorum,& videbis quomodo formę ſeparatæ dato ꝙ ſint impartibiles,quo motu mcueri poſſunt,& quo nō,
1. ſent. di. 8. q. 2. art. 1. vide clarius q.9.p.p.vbi quæritur ſi eſt proprietas Dei eſſe immutabilem,& quomodo forma eſt ſimplex, & inuariabili eſſentia conſiſtens, vide quoque 2. contra gentes cap.25.

QVAESTIO III.

Vtrum actio & paſſio ſint vnus motus.

Habet autem defectum rationabilem, &c. Tex. XIX.

QVAERITVR Tertio, Vtrum actio & paſſio ſint vnus motus, & videtur qđ non.

Primo, illud quod poteſt non eſſe motu exiſtente,nō eſt idem quod motus,ſed actio poteſt ipſa non exiſtere,exiſtente motu:ergo non eſt motus, & per conſequens actio & paſſio non ſunt vnus motus,probatur minor:nam proiecta mouentur ceſſante actione proiicientis, quia mouentur, dum ſunt ſeparata a proijciente: ergo &c.

Ca. de actione. Secundo,Idem non eſt cauſa ſuiipſius,ſed actio eſt cauſa paſſionis,vt patet ex auctore ſex principiorum:ergo actio & paſſio non ſunt vnus motus.

Tertio,Si actio & paſſio eſſent vnus motus, ſequeretur,quod id,quod agit, inquantum agit moueretur,ſed hoc eſt falſum, quia idem eſſet in actu & in potentia:probatur conſequentia,illud mouetur,cuius actus eſt motus,ſed actio eſt actus agentis:ergo ſi actio eſt motus, motus erit actus agentis,ergo mouebitur.

5. met. c. 11. Quarto,quæcunq.differunt genere differūt ſpecie,& numero,ſed actio & paſſio differunt genere, quia ſunt prædicamenta diſtincta: ergo differunt numero;ergo non ſunt vnus motus numero.

4. quolibeto q. 4. Reſpondeo,quod circa hoc ſunt duæ opiniones Thomiſtarum,quæ in concluſione quidem cōcordāt,ſcilicet,quòd actio & paſſio ſunt vnus motus, in modo ponendi diuerſificātur. Prima eſt opinio Heruei,qui notat quod forma, quæ habet cauſam efficientem,habet triplicem denominationem. Vna eſt ſecundum quam abſolute denominat ſubiectum,in quo eſt ſecundum rationem ſuæ ſpeciei, ſicut aliquid dicitur calidum a calore. Alia eſt,ſecundum quam ipſam ſuam cauſam efficientem denominat,agens enim dicitur agere ab actu producto,nam agere nihil aliud eſt,quam habere actum a ſe factum ſiue productum. Tertia eſt,quia ipſamet forma facta,vel compoſitum habens formam à cauſa efficiente denominatur. Forma enim aut compoſitum habens eam,fieri dicitur, quia eſt actus,vel a cauſa effectiua habens actum. Dicit ergo,quod prima denominatio conuenit formæ factæ reſpectu eius in quo eſt, & dicitur abſolute forma,ſed factum aut fieri a cauſa efficiente, & ſic dicitur paſſio, vnde forma facta, & actio & paſſio ſunt vnum,& idem ſecundum rem,ſed diſtinguuntur ſecundum diuerſum modum denominandi, & quia motus idem realiter eſt cum forma facta, vt ſuperius dictum eſt,ideo actio, & paſſio ſunt vnus motus. Alia eſt opinio Ioannis Capreoli,quæ videtur magis eſſe ad mentem S. Thom. vt patet.

Forma habet triplicē denominationem.

2. ſent. diſt. 1. q. 2. 2. par. q. 41. ar. 1 ad 2. q. 45 artic. 20. ad 2. Actio duplex immanens,& tranſiens.

Ad cuius intelligentiam ſciendum primo,quod duplex eſt actio,vt dicitur nono metaphyſicæ tex. 16. quædam immanens,& quædam tranſiens,immanens ſicut intelligere & velle,quæ manent in intelligente,& volente, tranſiens vero ſicut calefacere,quæ non manet in calefaciente, ſed in calefacto recipitur.

Motus pōt dupliciter accipi,vno modo ꝓ omni mutatione, alio modo ſolum ꝓ forma ſucceſſiua.

Sciendum ſecundo, quòd motus poteſt accipi dupliciter:vno modo pro omni mutatione, ſiue inſtantanea ſiue ſucceſſiua:alio modo, ſcilicet pro mutatione ſucceſſiua tantum,& ſic motus diuiditur contra mutationem inſtantaneam,quæ eſt generatio,& corruptio.

Sciendum tertio, quod dupliciter aliqua idem ſecundum rem poſſunt dici. Vno modo quia nihil reale importatur per nomen vnius, quòd non importetur per nomen alterius, ſicut Tullius & Cicero ſunt idem realiter. Alio modo quia aliquid reale importatur per vnum principaliter, & in recto, quod etiam per alterum importatur, licet vnum cum ſuo principali ſignificato connotet aliquod reale,quod non connotat reliquum, ſicut Sortes,& humanitas. Sortes enim ſupra humanitatem importat accidentia,per quæ humanitas eſt hæc humanitas Sortis.Similiter aliqua poſſunt dici diſtincta realiter dupliciter. Vno modo,quia vnum non eſt alterū aliquo modo,ſicut Sortes,& Plato. Alio modo,quia licet vnum ſit alterum,tamen vnum addit aliquid ſupra alterum, ſicut Sortes & humanitas.

Aliqua poſſunt dici diſtincta realiter duobus modis.

Dicitur ergo primo,quòd non loquimur hic de actione immanente: conſtat enim quod illa non eſt cum motu corporeo,de quo hic loquimur, ſed loquimur de actione tranſeunte, quæ ſemper cum motu inuenitur.

Dicitur ſecundo,quod non loquimur hic de motu, vt diſtinguitur contra ſimplicem mutationem, ſed vt eſt quoddam commune ad omnem mutationem,tam ſubitam quam ſucceſſiuam.

Dicitur tertio,quod actio tranſiens, & paſſio, quantum ad id,quod actio & paſſio dicunt principaliter & in recto,ſunt vnus motus. Probatur ſic, ratione ex verbis Ariſtot.ſumpta, vt dicitur textu 18. Idem eſt actus motiui,& mobilis, ſed actio eſt actus motiui, & paſſio ē actus mobilis,vt habetur text. 19.ergo actio & paſſio ſunt vnus actus. Confirmatur,quia Philoſophus volens ſoluere illud inconueniens,quod videbatur ſequi, ſi actio & paſſio eſſent vnus motus, quia videlicet ſequeretur, quod idem eſſet actus diuerſorum ſecundum ſpeciem:reſpondet tex. 20.quod nihil prohibet vnum duobus eſſe actum. Idem quoque text. 11. metap. lect. nona. Confirmatur etiam dictum hoc auctoritate Commentatoris:nam comment. 18. dicit ꝙ actio agentis', & patientis eſt vna in ſubiecto, eadem autem ſubiecto vocat eadē realiter, vt patet 4. metaphy. vbi volens oſtendere,quomodo ens & vnum ſint idem,dicit ꝙ vnum & ens,aut ſignificāt idem omnibus modis. ſ. definitiue, & ſubiectiue, aut

Commē. ſ

aut vtrumque conuertitur ſuper alterum,& conſequitur illud. ſ. quod ſignificant eādem naturam ſubiecti & duas definitiones. Item Comment. 21. dicit, quod actio & paſſio ſunt vnum ſecundum ſubiectum.

Dicitur 4. quod licet actio & paſſio ſint idem motus,ratione tamen & a motu & inter ſe diſtinguuntur. Vbi aduertendum eſt,quod motus,vt ſuperius dictum eſt,in ſua ratione dicit actum imperfectum,& duplicem reſpectum. ſ. ad præcedentem potentiam,& ad actum ſequentem includit. Actio autem ſupra motum includit reſpectum ad agens vt ab hoc, & econtra agens ad motum vt a quo, paſſio uero dicit motum cum reſpectu ad mobile vt in quo eſt,& etiam ad agēs. Vnde actio & paſſio à motu quidem diſtinguūtur, quia aliqd ſupra motum addunt,illos. ſ. reſpectus dictos, inter ſe vero diſtinguuntur, quia alium reſpectum importat actio, & alium reſpectum importat paſſio.

Actio & paſſio quomodo reſpectus ſupra motū addunt.

Sed ſciendum,quod licet actio & paſſio dicant motum,& illos reſpectus ſuperaddant,alio tamē mō noīe actionis,& paſſionis importatur motus, & alio modo ipſi reſpectus:nam eſſentialiter & in recto ſignificant motum,illos vero reſpectus connotatiue dicunt & in obliquo:motus enim non eſt actio, niſi cum reſpectu motiui, & non eſt paſſio niſi cum reſpectu ad motiuum. Patent iſta tam ex verbis philoſophi,quam Commentatoris: Dicit enim Philoſo. text. 20. Neque vnum duobus prohibet nihil eundem eſſe actum, non ſicut eſſe idem. Item text. 23. loquens de actione & paſſione inquit,quod enim huius in hoc,& quòd huius ab hoc actum eſſe,ratione alterum eſt: Commentator vero commento 18. dicit quod actio inter motorem & motum eſt eadem,ſed in reſpectu alterius dicitur mouere,& in reſpectu reliqui dicitur moueri: commento autem 21. dicit quòd actio & paſſio ſunt idem ſecundum ſubiectum,ſed diuerſa ſecundum definitionem.

Ex dictis infero tria. Primum eſt quod vna & eadē res eſt terminus motus,& eſt motus, ē actio, & eſt paſſio,ſub alio tamen & alio conceptu: ſecūdum. n. ꝙ eſt in fieri,eſt motus:ſecundum ꝙ eſt in facto eſſe, eſt terminus motus:ſecundum ꝙ eam agens producit,eſt actio:ſecundum quod ab agente producitur,eſt paſſio.

Quomodo actio & paſſio ſint idem & qūo non ſint idem.

Secundum eſt,quod cum actio,& motus diſtinguantur per hoc,quod actio ſupra motū addit habitudinem agentis ad ipſum motum,poſſumus dicere & ꝙ actio & motus ſunt idem realiter, & qđ realiter diſtinguūtur:Poſſunt. n. dici idem realiter ſi accipiamus actionem quantum ad id ſolum,qđ actionis nomen dicit in recto:nihil. n. aliud quam ipſum motum ſignificat:poſſunt vero dici diſtincta realiter,ſi accipiatur actio quātum ad id,quod nomen actionis,& in recto dicit & in obliquo, ſic. n. actio addit ſupra motum relationem realem ꝓducentis ad ipſum motum.

Tertiū eſt,ꝙ licet actio & paſſio ſint vnus motus,nō eſt tamē iſta propoſitio concedenda, actio eſt paſſio,eo ꝙ alius reſpectus importetur hoc nomine actio, & alius hoc nomine paſſio.

Circa ea q̄ Sed circa iſtud vltimum Cor. dubium occurit: quæcunque. n. vni & eidem ſunt eadē,inter ſe ſunt eadem,ſed actio & paſſio ſunt idem per te motui; ergo ſunt idem inter ſe;ergo verū erit dicere actionem eſſe paſſionem.

hic dicūtur, vide cōmentū huius doctoris 2. contra gent. c. 9.

Si dicatur,ꝙ maior habet veritatem in his quæ ſunt idem alicui tertio re & ratione,non autem ſi ſint idem ſolum ſecundum rem,diſtincta autem ſecundum rationem,ſicut eſt de actione & paſſione reſpectu motus.

Contra arguitur, talis eſt identitas extremorum inter ſe,qualis eſt identitas eorum cum medio:ergo ſi aliqua ſunt idem cum medio realiter, non autem ſecundum rationem, erunt idem realiter inter ſe,diſtincta autem ſecundum rationem:ſi ergo actio & paſſio ſunt idem realiter motui, diſtincta ab eo ſecundum rationem,erunt idem realiter inter ſe,ſolaque ratione diſtinguentur.

Reſpondetur & dicitur primo,ꝙ illa reſponſio data ad maiorem eſt bona. Nam illa propoſitio,vt patet ex verbis Phil. habet veritatē in his,quæ ſunt idem vni rei ſingulari re & ratione ſaltē,ita quòd eius definitionem ingrediantur. Ad huius autem improbationem negatur maior:nā maior eſt idem, titas albedinis & humiditatis in niue, q̄ hēt inter ſe,cum albedo ſit actus niuis,& ſimiliter humiditas: albedo autem non ſit actus humiditatis,nec e conuerſo:ſimiliter non habent tantam idētitatem differentiæ eſſentiales inter ſe, quantam habent in genere.

Tex. 19. & 21,

Dicitur ſecundo,ꝙ illa maior propoſitio poteſt ſic exponi. Quæcunq; vni & eidem ſunt eadem, inter ſe ſunt eadem,vel ſaltem,id quod eſt idem, vni illorum eſt reliquum: vnde non ſequitur,ꝙ actio ſit paſſio,ſed ꝙ aliquid idem actioni eſt paſſio:motus. n. qui eſt idem actioni,eſt etiam paſſio.

Dicitur tertio,ꝙ illa maior propoſitio ſic etiam exponi poteſt. Quæcunq; vni & eidem ſunt eadem inter ſe,ſunt eadem quantum ad illud in quo ſunt eadem illi tertio,vnde cum actio & paſſio ſint idē motui,quātum ad ſuum materiale,ſequitur quòd actio & paſſio ſint idem inter ſe,quantum ad id ꝙ eſt materiale in actione & paſſione,& ſic patet ꝙ iſta propoſitio actio eſt paſſio,non eſt abſolute cō cedenda.

Quod pōt non eſſe motu exiſtente, nō eſt idem quod motus quomodo intelligatur.

Ad argumenta principalia in oppoſitum reſpōdetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ maior eſt vera ad hunc ſenſum,ꝙ illud quod poteſt nō eſſe exiſtente motu, non eſt idem quod motus,quantum ad formale & materiale,& tunc conceditur totum argumentum,quia non eſt contra determinationē factam,ſed ſi intelligatur maior, ꝙ non eſt idem quod motus quātum ad ſuum materiale,negatur: poteſt enim definere eſſe id,quod eſt idem materialiter cum motu,propter definitionem eius, quod eſt in eo formale,& tamen manebit motus, quod eſt in illo materiale,ſicut poteſt definere motus ꝓpter definitionem illorum reſpectuum,quos includit,& tamen manebit terminus motus, cum quo motus eſt idem materialiter.

Dicitur ſecundo,quod minor eſt falſa,quamdiu enim manet motus,manet actio. Ad probationem dicitur,quod quandiu proiecta mouentur, a proiiciente mouentur, licet proiiciens tunc non ſit ſimul cum eis: non oportet enim mouens primum

&

& motum esse simul per totum motum, sed sufficit vt in principio motus simul sint, vnde proiecta tandiu mouentur, quandiu manet vis impulsus & actionis proicientis.

Actio quo passionis cã dicatur.

Ad secundum negatur minor. Actio.n. non est proprie causa passionis: ad auctorem vero sex principiorum dicitur, non esse mẽtem eius, ꝙ proprie & realiter actio sit causa passionis in genere causæ efficientis, sed ꝙ actio est via quædam ad passionẽ, & secundum rationem suam quandam prioritatẽ ad passionem habet: prius enim intelligimus motũ ab agente procedere, quam recipiatur in passum, quamuis duratione simul sint.

Cuius motus est actus vt subiecti illud tantum mouetur.

Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem dicitur, ꝙ id mouetur, cuius motus est actus sicut subiecti, non autem sicut agentis: modo motus non est actus agentis, neque etiam actio vt subiecti in quo est, sed vt eius a quo procedit, ideo non oportet ipsum moueri.

Ad quartum dicitur, ꝙ aliqua differentia genere differre numero, potest itelligi dupliciter. Vno modo quia sunt res singulares totaliter diuersæ, sicut Sortes, & hæc albedo: alio modo quia differũt numero illorum generum. Si primo accipiatur, negatur maior, nec illa est est mẽs philosophi, si vero secundo mõ, conceditur ꝙ actio & passio distinguũtur numero actionis & passionis, sed negatur illa cõsequentia: ergo non sunt vnus motus numero: res enim vna numero materialiter, potest esse plura numero secũdum diuersa genera, calefactio enim actio, & calefactio passio, distinguuntur numero in genere actionis & passionis, cum idem motus calefactionis, cum respectu agentis sit individuum de genere actionis, cum respectu vero ad agens sit individuum de genere passionis.

5. phet. c. 11.

Et cum motus dupliciter accipi possit, vno modo ꝓ forma fluente, & hæc est idem essentialiter cum termino motus, & hic motus accipit esse per motum.

Motus dupliciter accipitur.

Alio modo accipitur pro fluxu formæ, & hic distinguitur essentialiter à termino motus: vnde nõ sequitur argumentum, tanto magis, quia motus & forma fluens non sunt idem omnibus modis, & illa maxima, Omne nouum accipit esse per motum, intelligitur præcedente aliquo alio motu, vel in subiecto ipsius noui, vel in aliquo alio, itaque illud nouum, vel est terminus motus præcedentis per se, vel consequitur terminum per se illius motus, sed non oportet vniuersaliter, quòd omne nouum incipiat esse per motum, cuius illud nouum sit per se terminus, & sic nihil concludit, quandoquidem si motus esset ad motum tanquam ad per se terminum, sequitur quod aliquid simul tenderet ad cõtraria, quod est impossibile: vide Auerr. quomodo nouitas in rebus est a natura, & ab euentu, & quomodo nouitates non proueniunt nisi in corporibus, disput. 12. in solutione 3. dubij. vide D. Thom. in q. de veritate, vbi quærit nũ iustificatio impii sit remissio peccatorum, vbi multa docet de motu, & p.p.q.45.art.3. vbi disputat de creatione, vide etiam auctorem 3. contra gentes c.23. vbi agitur de cœlo num moueatur à natura, vel ab aliqua intellectuali substantia.

Omne nouum accipit esse per motum.

Quomodo motus est à natura.

QVAESTIO IV.

Vtrum actio sit in agente vel patiente.

At vero neque actum alterius in altero esse conueniens est, &c. Tex. XX.

QVÆRITVR quarto, Vtrum actio sit in agente vel patiente, & videtur qd sit in agente.

2. de anim te. cõm. 14. & 139.

Primo, actus est in eo cuius est actus, sed actio est actus agentis: ergo &c. maior est Phil. minor vero habetur hic in text. 20. à Philosopho: ergo &c. Confirmatur ista ratio, vt habet Philosophus de somno & vigilia in principio, cuius est potentia eius est actus, sed potentia actiua est in agente: ergo & actio.

Secundo. Forma denominans est in eo ꝙ denominat, sed actio denominat agens, dicitur enim agens ab actione: ergo est in agente.

Si dicatur, ꝙ actio denominat agens denominatione extrinseca non intrinseca.

Contra. Omne quod denominat aliquid denominatione extrinseca, denominat aliquid denominatione intrinseca, cum sit in aliquo subiecto: quæritur ergo, quid denominet actio intrinsece, nõ potest dici quod denominet ipsum passum, non enim passum dicitur agens, non etiam aliquid aliud potest assignari: ergo &c.

8. phys. tex. comment. 5.

Tertio Phil. dicit quod si Deus de nouo ageret, mutaretur, sed hoc non posset esse, nisi reciperet aliquid nouum in se, & non apparet quod illud sit, nisi actio: ergo &c.

ADDITIO

Vna & eadẽ res est motus & terminus.

CIRCA corellarium primum, quod deducit Auctor in qu. quod vna & eadem res est motus & terminus motus: actio & passio.

Occurrit difficultas, num motus accipiat esse per motum, quia quãdo aliqua sunt eadem essentialiter, si vnũ accipit esse per motum, ergo & aliud, sed stante veritate, quòd motus & terminus motus sint idem essentialiter, & terminus motus accipit esse per motum: igitur & motum ipsum necesse est accipere esse, quod est falsum; quia tunc sequeretur, quòd res naturales nunquam producerentur ad perfectam quantitatem per augmentationem, quia semper post augmentationem esset augmentatio, & sic nunquam cessaret motus.

Et augetur difficultas, quia omne nouum accipit esse per motum, sed datur aliquis motus nouus, ergo accipit esse per motum.

8. Physic. ad principium.

Nisi esset, quòd motus potest terminari ad motum per accidens, quia terminato aliquo motu in subiecto, in eodem instanti in illo subiecto potest alius motus incipere, vt aliquo sanato, puta Sorte, contingit ipsum deambulare, & sic de aliis; sed hoc accidit, quia terminato aliquo motu potest indifferenter quicumque alius motus incipere in illo subiecto, loquendo de motibus, quibus illud subiectum natum est moueri, vt terminata sanatione, potest indifferenter quicumque alius motus incipere, vt cursus, aut calefactio &c.

Quarto. Si vnus ignis calefaciat duo ligna, quæritur, aut erit vna actio tantum, aut duæ: non duæ, quia vnius agentis non sunt simul duæ actiones. ergo erit vna: quæritur ergo, aut ista erit in passo, aut in agente, non in passo, quia qua ratione esset in vno ligno, eadem ratione esset in altero, & sic vnũ accidens numero esset in diuersis subiectis: ergo erit in agente.

Quinto. Opposita non possunt esse simul in eodem, sed actio & passio sunt opposita: ergo nõ possunt esse simul in eodẽ, sed passio est in patiẽte: ergo in eodem non erit actio: ergo erit in agente.

Ad intelligentiam istius difficultatis, Primo recitabo aliquas opiniones quas credo falsas. Secundo ponam opinionem quam credo veram. Tertio declarabo, quomodo actio non existens in agente ipsum denominare possit.

Quol. q. 11. & dist. 13. 4. quæst. 1. 9. metaphy. quæst. 4.

Quantum ad primum, est vna quam sequuntur Scotistæ, tenentes quod actio est in agẽte. Pro qua opinione notant duo. Primum est, vt patet ex Scoto. Vide Anton. Andræam, quod duplex est respectus scilicet intrinsecus adueniens, & extrinsecus. Respectus intrinsecus adueniens est ille, qui necessario ponitur positis extremis, vt paternitas quæ consequitur necessario posito patre & filio, & iste respectus est de genere relationis. Respectus vero extrinsecus adueniens est ille, qui non ponitur positis extremis, sed requiritur aliquid aliud, puta approximatio & applicatio vnius ad alterũ, sicut habitus non ponitur posito homine & veste, nisi fiat applicatio, & vbi non ponitur posito cõrpore & loco, nisi applicentur.

Notant secundo, quòd duplex est actio, quædã quæ nihil aliud est, quam quidam respectus, quo agens refertur ad patiens, & est respectus extrinsecus adueniens, & ista est actio prædicamentalis: alia est actio quæ dicitur actio acta, & ista est idem cum passione, & est effectus primæ actionis.

Dicunt ergo primo, quòd actio prima, quæ est actio prædicamentalis, est in agente. Dicunt secũdo quòd actio acta est in patiente. Dicũt tertio, quod Philosophus de ista actione, quæ est actio acta, loqtur, cum dicit quod actio & passio sunt vnus actus.

Alia est opinio quæ distinguit quod actio potest accipi tripliciter; scilicet concomitanter, antecedẽter, & essentialiter. Actio concomitanter sumpta est forma facta, quæ ad actionẽ consequitur. Actio antecedenter est principium actionis, quod antecedit ad actionẽ, scilicet virtus productiua. Actio autem essentialiter est ipsa emanatio formæ ab agente, sicut calefactio concomitanter est caliditas, quæ introducitur: calefactio antecedenter, est virtus calefactiua ignis: calefactio essentialiter, est emanatio caloris ab igne.

Dicit ergo primo, quod actio antecedenter sumpta est in agente.

Dicit secundo, quod actio concomitanter sumpta est in patiente.

Dicit tertio, quod actio essentialiter sumpta potest dupliciter considerari. Vno modo quãtum ad rem significatam, & sic est in agente. Alio mõ quãtum ad modum significandi, & sic significatur vt in patiente.

Improbatio opinionis Scoti.

Contra istas opiniones arguitur, & primo contra primam, quantum ad id quod dicunt, Actionẽ prædicamentalem esse respectum extrinsecum adueniẽtem, qui non est de ꝑdicamento ad aliquid. Primo. Per te illi respectus sunt intrinsecus adueniẽtes, qui necessario positis terminis ponuntur: sed posito agente in actu inquantum agens est, & passo inquantum passum, quomodo sunt termini illius relationis, necessario ponitur relatio agentis ad passum, posito enim igne calefaciente, & aqua quæ calefit, necessario ponitur relatio calefaciẽtis ad calefactũ: ergo actio erit respectus intrinsecus adueniens, & per cõsequens de genere relationis: ergo non erit respectus extrinsecus adueniens, neque prædicamentum per se.

Tex. 20. 5. metaphy. Tex. 20.

Secundo. Philosoph. & omnes philosophi asserunt relationes, quę fundantur super agere & pati, cuiusmodi est paternitas & filiatio, & relatio motui ad mobile, pertinere ad genus relationis: sed actio per te non pertinet ad genus relationis: ergo actio prædicamentalis nõ est talis relatio, qualem dicis ipsam esse.

Secundo arguitur cõtra aliud dictum illius opinionis, scilicet quod Philosoph. vbi dicit actionem & passionem esse vnum motum, non loquitur de actione prædicamentali, sed de actione acta seu concomitanter sumpta, vt vult alia opinio. Et supponitur definitio actionis prædicamẽtalis posita ab auctore sex principiorum, scilicet actio est secundum quã in id quod subiicitur, agere dicimur. Ex qua habetur id quo aliquid denominatur agere, actionem prædicamentalem esse, tunc arguitur ex processu Philosophi, quod intendit actionem prędicamentalem esse illum actum, qui est motus: nam volens ostendere, quomodo est idem actus motiui & mobilis, primo ostendit, quod est aliquis actus motiui, & aliquis actus mobilis, & assignat hanc rationem. Motiuum est aliquãdo mouens in potentia, aliquando mouens in actu: ergo oportet motiui esse quendam actum, quo sit actu mouens. Secundo ostẽdit, quod ille actus motiui, & actus mobilis est vnus: tunc sic. Ille actus quo mouens dicitur actu mouere, est actio prædicamẽtalis per suppositum, sed philosophus loquitur de actu illo, vt patet ex dictis, & dicit illum esse eundem actum cum actu mobilis, qui est motus: ergo intendit quod actio ꝑdicamentalis est motus vnus, & idem cum passione. Et Præterea philosophus mouens dubitationẽ de illo actu, quomodo sit vnus cum actu mobilis, dicit illum actum esse actionem: ergo si ille actus (vt deductum est) est actio prædicamentalis: per actionem, hoc loco philosophus actionem prædicamentalem intendit. In eãdem sententiam venit auctor sex principiorum & S. Tho. c. de actione, scilicet quod actio prædicamentalis sit motus. Dicit enim auctor sex principiorum sic. Omne quod in motu est, est actio, vel in actione est: moueri enim actio est. S. Tho. autem tertio physicorum in com. tex. 22. mouens dubium quomodo actio & passio sint vnus motus, quia ex hoc videtur sequi ꝙ motus erit solum in actione & passione, & non in aliis prædicamentis, respondet, quod motus inquantũ ratio apprehendit ipsum vt actum quendam imperfectum, medium inter duos terminos, pertinet ad prædicamentum actionis & passionis. Item ibidẽ

soluendo aliud dubium dicit, ꝙ secundum ꝙ denominatur causa agens ab effectu est prædicamentum actionis: nã actio est actus ab agente in aliud. Constat autem, ꝙ S. Tho. loquitur ibi de actione p̃ dicamentali. Item 11. meta. lect. 9. in fine, mouens dubium, quomodo actio & passio sunt duo prædicamenta, si sunt vnus actus: respondet ꝙ prædicamenta distinguuntur secundum diuersum modũ prædicandi; vnde motus secundum ꝙ prædicatur de subiecto in quo est, constituit prædicamentum passionis, secundum autem quod prædicatur de eo à quo est, constituit prædicamentum actionis. Falsitas vero conclusionis principalis istarum opinionum patebit ex alia opinione.

Quantum ad secundum. Notandum est quòd actio (vt superius dictum est) in suo conceptu dicit duo. Vnum in recto, & aliud in obliquo: in recto dicit motum, in obliquo dicit respectum originis mouentis ad motum, ita quod nec relatio sola est actio, nec motus secluſa relatione, sed ipse motus essentialiter est actio, secũdum tamen ꝙ tale respectum includit.

Actio quantũ ad id, qđ dicit essẽtialiter & in recto est in patiente. 3. physicor. Tex. 18. 8. physicor. commen. 4.

Ponuntur igitur duæ conclusiones. Quarũ prima est. Actio quantum ad id, quod dicit essentialiter, & in recto, est in patiẽte. Probatur primo sic: Motus est in mobili per Philosoph. & Comment. Sed actio prædicamentalis est motus essentialiter & in recto, vt superius dictum est: ergo actio est in patiente.

Secundo. Aut actio est in agente aut in patiente; non in agente, ergo in patiente: Quod non in agente, probatur sic. In quocumque est actio, illud mouetur, sed agens inquantum huiusmodi nõ mouetur: ergo &c. Probatur maior. In quocunque est motus illud mouetur: sed actio est motus: ergo &c.

2. de anima text. 139.

Tertio arguitur auctoritate Philosoph. dicit enim: Si igitur est motus, & actio & passio in eo quod agitur: necesse est & sonum & auditum, qui secundum actum in eo quod est secundum potentiam esse. Actiui. n. & motiui actus in patiente fit: tex. etiam 140. dicit. Sicut enim actio & passio est in patiente, sed non in agẽte, sic & sensibilis actus & sensitiui in sensitiuo est. Et ꝙ nõ loquatur phil. de actione acta, apparet ex tex. præcedenti, maxime secundum expositionem S. Thom. nam philos.

Tex. 138.

ostendit, ꝙ videns est tanquam coloratum, tum quia habet similitudinem coloris causatam ab obiecto, tum quia actus sensus est idem cum actu sensibilis, ex quo patet, ꝙ aliud intelligit per actũ sensibilis, & per speciem sensibilis, quam dicunt alii actionem actam, & de illo actu dicit inferius, ꝙ est in patiente. Et ꝙ faciat talem differentiam magis apparet ex verbis S. Thom. expo. tex. 138. dicit. n. Et non solum videns est tanquam coloratum, & similе colorato, sed & actus cuiuslibet sensus est vnus, & idem subiecto cum actu sensibilis, sed ratione non est vnus.

Quarto arguitur auctoritate Comment. Tertio enim phys. Comm. 18. dicit. Actio enim motoris, quæ est mouere, est eius, non in eo. Constat autem ꝙ mouere dicit actionem essentialiter: ergo &c. Itẽ commen. 20. dicit. Non est impossibile, vt actio agentis sit in alio. Est enim manifestum per se, ꝙ doctrina est actio docentis, & est in addiscente.

Quinto arguitur auctoritate San. D. in exposit. tex. 140. Dicit enim tertio de anima secundum diuisionem suam, exponendo verba Philosophi superius adducta, in quibus vt visum est loquitur de actione essentialiter sumpta. Sicut enim actio & passio est in patiente, & non in agente vt in subiecto, sed solum in principio à quo: ita tam actus sensibilis, quam actus sensitiui est in sensitiuo, vt in subiecto: ergo &c. Si dicatur ꝙ S. Tho. vbi dicit, ꝙ actio est in patiente, accipit actionem concomitanter. s. pro forma facta: aut intendit quantum ad modum significandi. Contra arguitur, quia secũdo contra gentiles, cap. 16. distinguit inter Deum & alia agẽtia naturalia, quia agẽs naturale indiget materia, quia sua actio recipitur in patiente, Deus autem non agit aliqua actione, quam necesse sit in aliquo recipi, quia sua actio est sua essentia. Constat autẽ ꝙ non loquitur quantum ad modum significandi, quia etiam actio diuina, qua producit creaturas, significatur vt egrediens ab agẽte in passum. Quod etiam non loquatur de actione concomitanter, patet, quia etiam forma per actionem diuinam recipitur in patiente, & sic non differt in hoc Deus ab aliis agentibus.

Actio quantũ ad ipsam relationem quã connotat est in agẽte

Secunda conclusio est: Actio quantum ad ipsam relationem, quam connotat, est in agente. Probatur primo. Relatio est subiectiue in eo in quo est suum fundamentum, sed fundamentum talis relationis scilicet, virtus actiua est in agente: ergo & relatio est in agente. Secundo. oppositæ relationes non sunt in eodem subiecto, sed relatio producentis, & producti sunt oppositæ, & relatio producti est in patiente; ergo in eo non est relatio producentis: ergo est in agente.

Denominatur aliquid dupliciter. s. intrinsece & extrinsece.

Quantum ad tertium, scilicet quomodo actio denominet agens, & tamen non sit in ipso. Sciendum primo, ꝙ forma dicitur denominare, inquantum facit aliquid formaliter esse tale; albedo enim denominat album, quia facit illud formaliter albũ. Dupliciter aũt hoc contingit. s. intrinsece & extrinsece: intrinsece quidem, qñ est in eo quod facit esse tale, sicut albedo denominat album id, in quo est subiectiue: extrinsece vero, quando non est in eo, sicut locus facit formaliter aliquid esse locatum, in quo tamen non est subiectiue, locatũ enim dicitur locatum, quia continetur a loco. Sciendum secundo, quod actio, quia quantum ad id, quod dicit in recto est in patiente, & cum hoc connotat respectum qui est in agente, ideo & agens denominat & patiens, sed agens denominat denominatione extrinseca, passum vero denominatione intrinseca.

Quomodo actio denominet intrinsece & extrinsece agẽs & patiens.

Sciendum tertio, ꝙ quando forma denominat aliquid denominatione intrinseca, & aliquid aliud denominatione extrinseca, non eadem ratione denominet vnum intrinsece, & aliud extrinsece, sed diuersis rationibus: superficies enim corporis locantis, corpus ab ea cõtentum denominat locatum, subiectum autem suum non denominat locatũ, sed tantum secundum longitudinem & latitudinẽ; hoc autẽ euenit, quia duæ sibi rationes conueniunt. s. ratio superficiei, & ratio loci: nam inquãtum superficies denominat subiectum, inquãtum vero locus, denominat locatum. Dicitur ergo, ꝙ motus qui est essentialiter actio, potest dupliciter considerari. Vno modo inquãtum motus est, connotando respectum ad mobile, & ad agens, & sic denominat passum intrinsece. Alio modo inquantum actio. s. connotando respectum agentis ad ipsum, & sic denominat agens intrinsece, denominat enim id, in quo est illa relatio agẽtis ad motũ, talis autem relatio est in ipso agẽte vt dictum est, vnde agens denominatur agens ab aliquo extrinseco, secundum tamen ꝙ connotat aliquid sibi intrinsecum scilicet relationem.

Actus est in eo, cuius est actus, eo scilicet mõ quo ust eius act.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur, ꝙ actus est in eo cuius est actus, eo modo quo est actus eius: si est actus eius vt a quo procedit, est in eo, vt in principio a quo procedit, si autem est actus eius vt subiecti, est in eo subiectiue: actio autem non est actus agentis, vt subiecti, sed vt eius a quo procedit: ideo non sequitur ꝙ sit in eo subiectiue, sed solum sicut in principio. Ad confirmationem dicitur, ꝙ non est mẽs Philosophi ꝙ sit eius subiectiue cuius est potentia actiua, sed ꝙ est eius productiue: eius. n. est agere, cuius est posse agere.

Ad fm admittit responsio ibi data. Ad improbationẽ dr̃ primo, ꝙ forma denominãs aliquid denominatione extrinseca, denominat ẽt aliquid denominatione intrinseca, non tamen eadem ratione, sicut dictum est de loco. Dicitur secundo, quod actio intrinsece denominat patiens, secundum qđ recepta in patiẽte est idem materialiter quod passio: denominat autem agens, inquantum consideratur in ipso agente, respectus originis ad id, quod est essentialiter actio.

Ad tertium respondetur, ꝙ hæc fuit Philosophi intentio, ꝙ si Deus ageret de nouo, ageret noua actione, & ideo mutaretur, quia siue ageret actione immanente, siue transeunte, transiret de ocio ad operationem, & acciperet aliquid quod prius non habebat, actio enim immanens manet in agẽte, quantum ad essentiam suam, transiens autem manet quantum ad illam relationem originis, de qua dictum est supra.

Quõ ab vno agẽte plures actiones, & quõ vnã pro uenire contingat.

Ad quartum dicitur, ꝙ ibi erũt plures actiones quantum ad id quod est materiale & essentiale in actione, quantum scilicet ad motum, erunt. n. plures motus in pluribus calefactis recepti nec est in conueniens ꝙ ab vno agente hoc modo plures actiones in diuersis patientibus proueniãt: quantum vero ad id quod est formale, est tantum vna actio: est enim vna relatio in agente, qua ipsum ad omnes motus a se procedentes refertur. Sicut pater, secundum doctrinam S. Th. ad omnes suos filios vna reali relatione refertur, quæ tamen secundum rationem est multiplex.

3. par. q. 35. art. 5. ad 3.

Quomodo opposita cõtingat esse simul.

Ad quintum dicitur, ꝙ opposita quantum ad illud in quo sunt opposita, nõ possunt esse simũl, sed bene quantum ad illud in quo sunt idem, simul esse possunt: modo actio & passio sunt opposita quãtum ad relationes, quas dicunt in obliquo, sed quãtum ad illud, quod dicunt essentialiter & in recto sunt idem, ideo quantum ad relationes non possũt esse simul, sed bene quantum ad motum.

ADDITIO

In resp. ad 5. habetur quædam famosa propositio, s. opposita quantum ad illud in quo sunt opposita, nõ possunt esse simul, & colligitur ex 19. met. & ex Auerr. 8. phy. & glossatur à quibusdam ꝙ debet intelligi in gradu intenso non autem remisso, & hæc glosa videtur fundari in doctrina S. Th. asserẽtis qualitates elementorum manere in mixto remisse. & Caiet. disputãs contra Scotum circa illam propositionem, si vnum contrariorum fuerit infinitum totaliter, destruetur & reliquum, ait ꝙ cum calore finite impresso stat aliquis gradus frigoris, verum hæc glossa non potest stare, cum sit contra Arist. Auer. D. Thom. & veritatem ipsam. Arist. 4. Meta. arguit contra Antiquos, ꝙ contradictoria non possunt esse simul vera, quia contraria non possunt esse simul in eodem subiecto, & hoc idem tenet 9. Met. videmus. n. omne accidens in quocumque gradu reperiatur, denominare suum subiectum, propterea contraria siue sint in gradu remisso siue intenso, nunquam simul possunt esse. Auerr. quoq. pluribus in locis suæ doctrinæ ait, ꝙ opposita non possunt esse simul, nisi in potentia, in medio, sicut albedo, & nigredo inueniuntur in pallore, sed non in actu, nec intẽso, nec remisso. D. quoque Thom. ait, ꝙ in minus albo nõ est aliqua nigredo, sed albedo minus intensa. veritas etiam ipsa manifeste proclamat oppositum, quia stante opinione istorum, tunc ex naturis specie differentibus potuisset fieri tertia species, illis permanentibus in suis specificis naturis, & dictum D. Thom. in p. p. de qualitatibus elementorum remanentibus in mixto remisse, intelligendum est, quia manent virtualiter, quia illa qualitas media, quæ est dispositio ad formam mixti, continet virtualiter qualitates elementorum absolute, ergo intelligenda venit propositio hæc, ꝙ opposita non possunt simul esse, nec intense, nec remisse, potest etiam satis cõgrue intelligi, ꝙ opposita non possunt esse simul in subiecto eodem numero per modum informationis, quia impossibile est, ꝙ idem sit album & nigrum etiam remisse, vel per modum inclusionis, & sic nec in eodẽ numero, nec specie, nec genere, duo opposita simul inter se vel remisse includi possunt, sed per modum coniunctionis in eodem subiecto specie, vel genere possunt esse simul duo opposita actu, quoniam videmus animal genus actualiter cõiunctum homini & bruto, glosatur quoque ab Auctore hic, quantum ad id in quo sunt opposita. vide quoque Caiet. in prædicabilibus c. de differentia, de quæsito prĩcipali. vide Herueum quolib. 2. q. 8. & Paulum Soncinãtem 9. metaph. q. 20. & 21. & 5. metaph. q. 35. vide quoque Scotum 2. sent. di. 13. q. 4. & in quolib. q. 11. Anto. And. 9. metap. q. 4. Magistrum Chrysost. 9. metaph. q. 16. & 17. & Thol. 3. phys. q. 2. vbi tractat quatuor opiniones de hoc quæsito, & sequerentur determinationẽ Auctoris hic.

Tex. 17. com men. 70.

P. p. q. 2. ar. 3

P. p. q. 2. ar. 3 ad 1. Tex 6. Tex. 17.

1. phy. 52. & 5. tex. 6. 4. cæ li 12.

10. metaph. commẽ. 14. 3. sentẽ. dist. 14. q. 2. ar. 2.

Quomodo cõtraria possunt esse simul in eodẽ subiecto.

1. sen. di. 17.

QVAESTIO V.

Vtrum actio & passio sint duo prædicamẽta.

Neque vnum duobus quicquam prohibet eundem esse actum. Tex. XXI.

QVÆRITVR quinto, Vtrum actio & passio sint duo prædicamenta, & videtur ꝙ non.

Primo.

Primo. Actio & paſſio ſunt vnus numero motus: ergo non ſunt duo prędicamenta. Probatur conſequentia, quia vna & eadem res non eſt duo prædicamenta.

Secundo. Actio & paſſio dicunt motum in recto, & relationem in obliquo ſecundum prædeterminata: ſed motus eſt in prædicamēto termini motus. ſ. in ſubſtantia, qualitate, quantitate, & vbi: relatio autem eſt in prædicamento ad aliquid: ergo actio & paſſio non ſunt duo prædicamenta ab alijs diſtincta.

Reſpondeo. In iſta quæſtione duo ſunt declaranda. Primum eſt, vnde ſumatur diſtinctio prædicamentorum. Secundo quomodo actio & paſſio ſint duo prædicamenta.

Prędicamentum pōt accipi, & ꝓ intētione ſecūda, & pro re ſubtracta.

Sed aduertendum, quòd prædicamentum dupliciter accipi poteſt. Vno modo pro intentione formaliter hoc nomine prædicamentum importata. Alio modo pro ipſis rebus ſecundum ordinē prædicandi collocatis, quibus prædicamenti intentio attribuitur: accipitur ergo hoc loco prædicamētū pro ipſis rebus, ſecundum tamen quòd ſecundæ intentioni ſubſtant.

Ens quando diuiditur in decem prædicamenta, nē diuiditur ſicut genus in ſuas ſpēs. Tex. 10.

Sciendum itaque, quòd cum ens diuiditur in decem prædicamenta, non diuiditur in illa, ſicut genus per oppoſitas differētias diuiditur in ſpecies: vt enim dicitur tertio Metaphy. ens non poteſt habere huiuſmodi differentias, ſed diuiditur in illa per diuerſos modos eſſendi: alium. n. modum eſſendi habet ſubſtantia, alium quantitas, alium qualitas, & ſic de alijs, & quia modi prædicandi ꝓportionātur modis eſſendi: nam cum prædicamus aliquid de aliquo, dicimus hoc eſſe illud: ideo prædicamenta diſtinguuntur etiam ſecūdum diuerſum modum prædicandi.

3. phy. lec. 4.

Ponitur ergo de mente S. Thom. iſta concluſio. Prædicamenta primo, ſecundum diuerſum modū eſſendi diſtinguuntur, proxime vero ſecundum diuerſos modos prædicandi de prima ſubſtantia. Nā omnia, quæ habent eundem modum prædicandi de prima ſubſtantia, ita quòd ordo prædicati ad ſubiectum ſemper eſt conſimilis, pertinent ad vnū prædicamentum, omnia vero quæ habent diſſimilem modum prædicandi de prima ſubſtantia, pertinent ad diuerſa prædicamēta. Prima pars cōcluſionis probatur. Primo. Per illud diuerſificantur primo prædicamenta, per quod ens ad prædicamēta deſcendit, ſicut per illud diſtinguuntur homo & aſinus, per quod animal deſcendit ad hominem & aſinum: ſed ens deſcendit ad diuerſa prædicamēta ſecundum diuerſum modum eſſendi, vt dictum eſt: ergo prædicamenta ſecūdum diuerſum modū eſſendi diſtinguuntur.

Secundo. Prædicamēta diſtinguuntur realiter, aut tantum ſecundum rationem, ſi realiter, habetur propoſitum: ſi ſecundum rationem, arguitur ſic. Illud de quo intellectus format plures conceptus, habet plures modos eſſendi: intellectus enim vere intelligens intelligit ſicut eſt, ſed ſi diſtinguūtur tantum ſecūdum rationem, intellectus de vna re format diuerſos conceptus: ergo &c.

Quando de vna & eadē re intellect⁹

Sciendum autem pro huius intelligentia, quòd cum contingat vnam & eandem rem correſpondere diuerſis conceptibus intellectus, ſecundum ꝙ de ea intellectus plures conceptus format, hoc non poteſt eſſe, niſi illa res plures perfectiones in ſe contineat ratione, quarum de ea intellectus diuerſos conceptus formare poſſit: non eſt enim intelligibile, ꝙ de vna & eadem re intellectus diuerſos cōceptus formet, & tamē illa res nō habeat in ſe, vnde intellectus in concipiendo diuerſificetur.

diuerſos cōceptus format, hoc nō pōt eſſe niſi quia talis res habet plures perfectiones.

Sed hoc dupliciter contingit: aliquando .n. diuerſis conceptibus correſpondent in vna re diuerſæ perfectiones realiter diſtinctæ, ſicut ſi de lacte intellectus conceptum vnum formet, inquantum eſt album, alium vero inquantum eſt dulcis, iſtis conceptibus correſpondent iſtæ duæ perfectiones, albedo & dulcedo in lacte, quæ ſunt qualitates realiter diſtinctæ. Aliquando vero diuerſis conceptib. correſpōdent diuerſæ perfectiones, quæ ſunt vna & eadem res, eo ꝙ continentur in aliquo vnite & non diuiſim, ſicut punctus continet in ſe perfectionem principij & perfectionem finis vnite, vnde conceptui quem format de eo inquantum eſt finis, vna res indiuiſibilis correſpondet. Quando itaque res omnino vna ex parte rei correſpondet diuerſis conceptibus intellectus, dicitur habere diuerſum modum eſſendi, inquantum vni conceptui reſpondet, vt habens vnam perfectionem, alteri vero vt aliam perfectionem habens, quæ tamē perfectiones in re ſunt vnum.

Quomodo intellectus in vna re diuerſos cōceptus formari poſſit, vide D. Thom. p. p. q. 13. a. vlt. & Caiet. in expo. eiuſdem q. 5. & q. 12. ar. 1.

Sed aduertendum, quòd intellectus de vna re diuerſos conceptus formare non poſſet, niſi per fectiones quæ in ea ſunt vnitę, in alijs diſtinctas aliquando eſſe cognouiſſet, de ipſiſque diuerſos conceptus formaſſet: quia enim aliqua ſuperficies non eſt locus, ideo alium cōceptum de ſuperficie, & alium de loco formauit: & ex hoc prouenit, ꝙ vbi vna & eadem res eſt ſuperficies, & locus, ſicut eſt de ſuperficie corporis locantis, aliū cōceptum de ipſa format, inquātum eſt ſuperficies, & alium inquantum eſt locus. Quando ergo dicimus, prædicamenta ſecundum diuerſos modos eſſendi diſtingui per modos eſſendi, non intelligimus tantum diuerſa eſſe realiter diſtincta rebus. ſ. realiter diſtinctis conuenientia: ſed diuerſos modos correſpondendi conceptibus intellectus, ſiue illi modi ex diuerſis realiter perfectionibus, ac diuerſis eſſe proueniant, ſiue ab vna & eadem re, quæ nata eſt diuerſis conceptibus reſpondere: eo ꝙ in ſe multa vnite & indiſtincte contineat.

Secunda autem pars concluſionis. ſ. quod proxime diſtinguantur ſecundum diuerſos modos prędicandi, probatur primo. Prædicamēta diſtinguūtur ſecundum diuerſos modos eſſendi, ſed diuerſis modis eſſendi, reſpondent diuerſi modi prædicandi: prędicatum enim ideo dicitur de ſubiecto, quia ponit aliquod eſſe in ſubiecto: cum enim dicimus Sortes eſt albus: licet ly eſt, non ſignificet aliquod eſſe, ſed ſolum compoſitionem intellectus, eſt tamen ſignum, quòd album ſit in Sorte: ergo &c. Secundo, quando aliqua inferiora diſtinguuntur per ſe ſub aliquo ſuperiori, debent diſtingui per differētias per ſe illius ſuperioris, ſicut homo & equus, quæ diſtinguuntur per ſe ſub animali, diſtinguuntur per rationale & irrationale, quæ ſunt differentiæ per ſe animalis, ſed differentiæ prædicamenti inquantum prædicamentum ſunt diuerſi modi prædicandi: nam & prædicamentum dicitur, quia eſt ordo prædicabilium: ergo prædicamenta diſtinguuntur ſecundum diuerſum modum prædicandi, ſcilicet de prima ſubſtantia.

Ex hoc infertur primo, ꝙ non concretum & abſtractum non diuerſificant prędicamenta: nam abſtractum non prædicatur formaliter de prima ſubſtantia: infertur ſecundo, ꝙ non omnia prædicamēta diſtinguuntur realiter: diuerſi. n. modi eſſendi, ſecundum ꝙ ſuperius expoſitum eſt, & diuerſi modi prædicandi diſtinctionem realem non exigunt.

Sed circa dicta duo occurrunt dubia. Primum eſt. Entia realia non diſtinguuntur per entia rationis: ſed prædicamenta ſunt entia realia. Nam Phi. diuidit ens quod diſtinguitur, in decem prædicamenta contra ens verum, ſiue cōtra ens in anima, & modus prædicandi dicit ens rationis: ergo non debent diſtingui per diuerſos modos prædicandi.

5. met. te. 14.

Secundum dubium eſt. Magis diſtinguuntur illa, quæ in nullo vniuoco cōueniunt, quam illa, quæ conueniunt in aliquo vniuoco, ſed ea quæ conueniunt in aliquo vniuoco, diſtinguuntur realiter: ergo multo magis ea quę in nullo vniuoco conueniunt, realiter diſtinguuntur: ſed prædicamenta in nullo vniuoco conueniunt ſecundum mentem ſaltem S. Tho. ergo debent diſtingui realiter, & non ſolum ſecundum diuerſum modum prædicandi.

5. met in expoſi. tex. 14. & alios plures.

Ad primum iſtorum dicitur, quod non inconuenit entia realia per intentiones diſtingui, non quidem quantum ad eſſe reale quod dicunt, ſecūdum quod alicui ſecundę intentioni ſubſtant, vnde quia prædicamentum, ut hic de prædicamento loquimur, dicit rem vt ſtat ſub intentione prædicamēti: ideo conuenienter prædicamenta per intentiones ut prædicamenta ſunt, diſtinguuntur.

Dupliciter aliqua diſtinguuntur.

Ad ſecundum dicitur, quod dupliciter aliqua diſtinguuntur. Vno modo ſecūdum formalem rationem, alio modo ſecundum rem. Si loquamur de diſtinctione ſecundum formalem rationem, conceditur maior, ſed tunc non procedit argumentum, ſub ſumitur enim de diſtinctione reali. Hoc modo magis diſtinguitur albedo & ſimilitudo, etiam poſito quod ſint una res, quam homo & lapis, homo enim & lapis in multis conceptibus vniuoce dictis de illis conueniunt, non autem albedo & ſimilitudo. Si autem loquamur de diſtinctione reali, negatur maior. Vna enim & eadem res ſub diuerſis conceptibus recipit prædicationem alicuius analogi, qđ per prius dicitur de illa, ſecundum unam rationem quam ſecundum alteram; vna autem res ſub diuerſis conceptibus non recipit prędicationem alicuius vniuoci, eo quod vniuocum requirit diſtinctionem in vniuocatis, cum aliud & aliud eſſe in ipſis habeat.

Dicitur ſecundo, quòd maior eſt vera de diſtinctione quantum ad modum prædicandi, non autē de diſtinctione reali: vnde ratio non ſequitur.

Quantum ad ſecundum principale dicitur, qđ actio & paſſio ſunt duo prędicamenta, licet ſint vnus motus propter diuerſum ſcilicet modum eſſendi, diuerſumque modum prædicandi: nam ut motus concipitur cum reſpectu originis agentis ad ipſum, denominat agens, & ſic eſt prædicamentum actionis: ſecundum autem quod recipitur in patiente cum reſpectu ad agens, ſic denominat patiens, & eſt prædicamentum paſſionis. Vnde cum omnia, quæ ſunt in eodem prædicamento habeant eundem modum prædicandi de prima ſubſtantia, omnia quæ ſunt in prædicamento actionis denominant ipſam primam ſubſtantiam vt agentem, omnia vero quæ ſunt in prædicamento paſſionis denominant ipſam, ut patientem ab agente, & ſic dicimus illa eſſe duo prædicamenta.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum patet ex dictis, quod non inconuenit vnam, & eandem rem ad diuerſa prædicamenta pertinere.

Ad ſecundum dicitur primo, quod licet actio & paſſio connotent illos reſpectus, non tamen illi reſpectus ſunt eſſentialiter actio & paſſio, ideo non oportet, quod ſint in prædicamento relationis.

Dicitur ſecundo, quod quia motus eſt actus imperfectus, tendēs ad perfectionem, dupliciter de ipſo poſſumus loqui: uno modo quantum ad ipſum actum imperfectum abſolute, & ſic reducitur ad genus termini motus. Alio modo ut procedit ab agente in paſſum, & ut recipitur in patiente ab agēte, & ſic pertinet ad actionem, & paſſionem: vnde negatur, quod motus omnibus modis conſideratus, tantum in genere termini motus collocetur.

ADDITIO.

ADDE hic, quomodo & apud antiquos, & modernos fuit varia opinio de diſtinctione prędicamētorum. Diuinus enim Plato, ut narrat Philoponus, viſus eſt ponere vnum tantum prædicamentum, cūius genus generaliſſimum, & primum principium eſt ipſum ens. Alii, de numero quorum videtur Auicennas, aſſerunt quatuor tantum prædicamenta, videlicet ſubſtātiam, quantum, quale, & ad aliquid, cætera vero non eſſe primo prædicamenta, quia poſitio eſt in prædicamento relationis, actio & paſſio ſunt motus qui eſt in prædicamento quanti, habitus in prædicamento qualis, quando, & vbi reducuntur ad quantum. Sorticulæ, ſiue terminiſtæ, de numero quorum eſt Paulus Pergulenſis tenent omnia prædicamenta ſecundum eſſe reponi in prædicamento qualis, quia volunt omnia predicamenta eſſe voces, uel conceptus, & adducūt Boetium pro ſe dicentem, librum prædicamentorum eſſe de vocibus. Quidam metaph. ſubſtinent iſtam propoſitionem, decem ſunt prædicamēta, eſſe dialecticam, propoſitio dialectica eſt probabilis, quia audita conſentimus per conſenſum omnium aut plurium, & horum ſapientium tantum, ut dicitur 1. Top. probabile eſt quod omnibus, aut pluribus videtur, & his ſapientioribus, & præcipuis, cum in hac propoſitione conueniant Ariſ. Pythagoras, Archita, ut fatetur Simplicius & alii plures ſapientiores, ſequitur ergo quod ſit dialectica & probabilis propoſitio: quam maximam appellant nonnulli, ſed non eſt propoſitio, per ſe nota, quia non poteſt eſſe ex ſolis terminis euidens, ut omnes tenent, & ſic non poteſt eſſe dignitas, quæ Græce dicitur Axioma, nec poteſt demonſtrari, ſignum autem eſt, quia ſummus omnium Phil. Ariſt. nunquā tentauit illam demonſtrare; de diſtinctione ipſorū vide Herueū ſuſtinentē, prędicamēta nō neceſſario diſtingui realiter, ſed per operationē intel-

pri. priorum cap. 2.

2. lib. ſufficiētiæ cap. 2.

In ſummula logi.

In principio lib. præd.

Cap. 2.

Quolibet 1. q. 2.

lectus

lectus ſpeculatiui poſſibilis,quæ operatio eſt intellectio vnde per diuerſos modos intelligendi eandem rem,formari poſſunt diuerſa prædicamenta.vide etiam Antonium Andr.aſſerentem prædicamenta non diſtingui p diuerſos modos prędicādi,ſed per diuerſos modos eſſendi,non quidē diſtinctos realiter,ſed ex natura rei. vide D.Th.in hoc 3.ph.vbi digreditur circa actionē & paſſionē,qūo vnū motū & duo prædicamēta enūciare poſſimus: vide ēt 5. metaph. vbi diſtinguit figuras prædicationis,& in quæſt.de ueritate,& 4.contr.gent. vbi docet quo modo aliquid prædicatur de aliquo, & ſequere doctrinam Auctoris.hic docentis prædicamenta diſtinguī primo ſecundum modum eſſendi; proxime vero ſecundum diuerſum modum prædicandi de prima ſubſtantia,&c.

5 met.qu.7.

Lect.5.cō.14 q.1.art.1.ca.34.

Quomodo prædicamenta diſtinguā tur.

QVAESTIO VI.

Vtrum poſſit dari corpus actu infinitum.

Neque ig tur ignem,neque aliorum elementorum &c. Tex.XXXXVI.

VÆRITVR ſexto, Vtrum poſſit dari corpus actu infinitum, & videtur quod ſic.

Primo. Si non poſſet eſſe corpus actu infinitum,hoc eſſet,quia implicaret aliquam contradictionem:illi.n.ſoli repugnat produci,quod aliquam contradictionē includit,ſed corpus infinitum nullam dicit contradictionem:nam neq; infinitas tollit rationem magnitudinis,aut aliquid quod magnitudinem conſequatur,nec magnitudo tollit rationem infinitatis; ergo &c.

Secundo. Quicquid Deus cognoſcit,poteſt producere:ſed Deus cognoſcit infinitum corpus: ergo poteſt producere illud:probatur minor. Deus cognoſcit aliquod corpus finitum,& illo poſſe dari maius,& illo alio, & ſic in infinitum: ergo cognoſcit corpus infinitū: patet antecędens,quia non minoris virtutis eſt Deus in intelligendo, quam nos in imaginando:ſed non poſſumus quocunque corpore finito imaginari maius:ergo &c.

3.phy.t.60. Tertio ſecundum Phil.Si eſſet infinitum in potentia ſecundum appoſitionem, eſſet aliquod infinitum in actu, ſed ſecundum S. Tho. eſt infinitum in potentia ſecundum appoſitionem,nam vt ibi dicit cuilibet finitæ quantitati poteſt fieri additio, quia ex parte quantitatis finitæ non eſt aliquid qđ repugnet additioni:ergo &c.

S.Th.3.p.q.7.arti.12.ad primū & 3.di.13.q.1.ar.1.& quæ.3.ad 1.

Quarto. Poteſt Deus facere longitudinem infinitam:ergo & corpus infinitum:patet conſequentia, quia non eſt maior ratio de vno quam de alio. probatur antecedens. Accipio vnum corpus longū decem palmis,& latum vno palmo per totum: in iſto ſunt infinitæ partes proportionales, quarum quælibet eſt vnius palmi ſecundum dimenſionem latitudinis totius corporis,tunc arguitur ſic. Poſſibile eſt Deum ſeparare iſtas infinitas partes proportionales,& coniungere illas ſecundum illam dimenſionem,qua ſunt vnius palmi:ſed tunc reſulta bit corpus infinitū,quia ex infinitis partibus eiuſdem quantitatis reſultat infinitum:ergo pōt Deus facere corpus infinitum, &c.

Quinto. Capiatur corpus colūnare pedalis quātitatis,cuius primam partem giret linea pedalis in prima parte proportionali vnius horæ, quæ linea pedalis in ſecunda parte proportionali horæ rarefiat acquirendo vnum pedale de nouo, quod giret ſecūdam partem proportionalem eiuſdem corporis columnaris, & in tertia parte proportionali horæ rarefiat eadē linea,ſibi acquirendo tertiū pedale, quod giret tertiam partem proportionalem prædicti corporis,& ſic in infinitum ſecundum oēs partes proportionales illius corporis, & illius horæ vſque ad finem eius. Conſtat quod in fine horæ erit illa linea, quæ columnam complectitur infinita,cum ſit compoſita ex infinitis pedalib.ergo &c.

Ad euidentiam huius difficultatis. Primo præmittam aliqua neceſſaria.Secundo dicam ad quæſitum.

Sciendum itaque primo,quod infinitum,ut definit Philoſoph.eſt cuius quantitatem accipiētibus ſemper eſt aliquid accipere extra. Hęc autem definitio nō eſt ſic intelligenda,quaſi accepta tota quātitate infiniti, adhuc ſit aliquid extra accipiēdum, hoc enim implicat contradictionem:ſed quod infinitum eſt,cuius quantitatem ſcilicet finitam accipientibus,ſemper eſt aliquid extra accipere: cum enim infinitum careat termino,oportet, quod aliquo eius infinito accepto,remaneat aliud accipiēdum:ſi enim accepto aliquo finito eius, non reſtaret aliud accipiendum, tunc eſſet finitum.

Sciendum ſecundo,quod cum magnitudo hēat eē in materia ſenſibili:ſed a mathematico ſine materia ſenſibili conſideretur,dupliciter poſſumus loqui de corpore:vno modo naturaliter, ſecundum quod cōſideratur cum materia & forma ſenſibili: alio modo mathematice,ſecundum quod ipſa ſola quantitas conſideratur.

Sciendum tertio,quod res in ſucceſſione habentes eſſe,non dicuntur eſſe in actu,ſic quod ſecundū omnes ſuas partes ſimul ſint: ſed ſic quod aliquid ipſorum eſt in actu:non enim dicitur dies hodierna eſſe actu , eoquod omnes eius partes ſint ſimul,ſed quia aliquid ipſius eſt in actu. Res vero permanentes dicuntur eſſe actu tunc ſolum,quando omnes aut ſaltem principaliores earum partes ſimul ſunt. Non quęrimus ergo, Vtrum infinitum ſit in actu ſecundum aliquam partem ſolum,quia corpus eſt ens permanens , de cuius ratione eſt ſimultas partium,ſed quærimus. Vtrum aliquod corpus infinitum ſecundum omnes partes ſuas ſit in actu.

Quantum ad ſecundum,ponuntur quatuor concluſiones. Prima eſt. Impoſsibile eſt dari corpus ſenſibile actu infinitum. Probatur primo, ſupponēdo vnum,quod eſt de mente Alberti.ſ.quod extenſio licet ſit materiæ exiſtentis ſub quantitate,eſt tamen a forma ſecundum talem quantitatem,in qua forma ſuas operationes valeat exercere:huius ſignum in corporibus animatis apparet, in quibus primum augmentans eſt forma: in his enim augetur corpus vſque ad terminatam quantitatem ſecundum proportionem,qua forma vires ſuas valeat

exercere,hoc ſuppoſito,arguitur ſic. Ad quamlibet formam determinatam ſequuntur determinata accidentia,& determinata quantitas, ſed omne corpus naturale habet formam determinatam: ergo habet quantitatem determinatam.

1.phy.qu.7. artic. 3. Ad iſtam rationem poſſet primo negari maior propoſitio. Nam inquit S. Thom. quod dato quod ignis eſſet infinitus ſecundum magnitudinem, nō tamen eſſet infinitus ſecundum eſſentiam, quia eſſet terminatus ad ſpeciem, non igitur ſi forma eſt finita,magnitudo eſt finita, oppoſitum enim conſequentis ſtat cum antecedente,ſecundum S. Th. Secundo poſſet dici, quod maior poſſet intelligi aut de determinatione accidentium ſecundū ſpeciem,& ſic non ſequitur,quod non poſſit eſſe infinita quantitas ſecundum extenſionem: aut de determinatione ſecundum gradum,& ſic negaretur, immo eſſet petitio principij.

Qūo intelligatur de mēte S.Tho q̄ ſi poneretur ignis infinitus ſecundū magnitudinem, adhuc forma ignis eſſet finita ſecundū ſpeciem.

Ad primum horum dicitur, quod magnitudo dupliciter conſiderari poteſt: Vno modo ſecundū communem rationem magnitudinis, inquantum eſt magnitudo. Alio modo, inquātum naturalis, inquantum videlicet aliquam formam naturalem conſequitur. Si primo modo conſideretur, ſic non infert infinitatem formæ & eſſentiæ: infinita enim magnitudo ignis, & infinita magnitudo abſolute non infert eſſentiam ignis eſſe infinitam: & hoc modo loquitur S. D.vbi allegatur. Si vero conſideretur ſecundo modo, ſic infinita magnitudo infert infinitatem eſſentiæ:effectus enim infinitus arguit infinitatem virtutis, & ex conſequenti eſſentiæ,& ſic accipitur in maiori:in illa enim intelligitur de magnitudine inquātum naturalis eſt, & ſic oppoſitum prædicati non ſtat cum ſubiecto, non enim ſtant ſimul formam naturalem eſſe determinatam,& magnitudinem naturalem eam cōſequētem eſſe indeterminatam.

Vel dicendum eſt,quòd non ponit Illud S. Tho. tanquam poſſibile,ſed tanquam impoſſibile, ſ.n. per impoſſibile poneretur ignem habere magnitudinem infinitam,non tamen ſequeretur ipſam ignis eſſentiam eſſe infinitam ſcilicet abſolute ſecundum perfectionem, quia natura ignis eſſet determinata ad ſpeciem & numerum, & ſic ſequeretur hoc aliud impoſſibile, qđ forma eſſet determinata,& eius quantitas eſſet infinita.

Ad ſecundum dicitur,quòd intelligitur non ſolum de determinatione ſecundum ſpeciem,ſed etiam ſecundum gradum,& extenſionem. Nec petitur principium, accipitur enim hæc propoſitio vniuerſalis, Omnem formam determinatam conſequuntur accidentia determinata ſecundum gradum,& ſubſumitur,ſcilicet quantitas eſt vnum de talibus accidentibus:patet autem maior. Primo inductiue:formam enim naturalem cōſequitur determinatus gradus albedinis, coloris, ſiccitatis &c.ergo &c.

Secūdo ratione. Determinatas & diſtinctas formas ſubſtantiales ſequuntur diſtincta accidentia, ſed non diſtincta ſecundum ſpeciem ex earum ꝓprijs rationibus,quia in diuerſis ſunt eadem ſecundum ſpeciem:ergo diſtincta & determinata ſecundum gradum.

Si ponatur corpus ſenſibile infinitum, nō poſſet moueri,neque motu recto,neque motu circulari, ſed hoc eſt contra conditionem corporis ſenſibilis: ergo &c. Quod etiam non moueretur motu recto apparet, quia nihil mouetur motu recto,niſi moueatur ad locum extra, ſed infinitum non poſſet moueri ad locum extra, quia occuparet omnia loca:ergo &c. Quod etiam non moueretur motu circulari, probatur. In motu circulari, linea egrediens a centro corporis moti, peruenit ad locum alterius lineæ egredientis à centro, ſed iſtud non poſſet eſſe,ſi eſſet corpus infinitum: ergo &c. Probatur minor, quia illæ lineæ diſtarent in infinitum,tum quia ſi non, tunc maxima linea inter illas protracta eſſet finita, & ſic termini illius lineæ tangerent extremitates illarum linearū, alioquin non eſſet maxima,& per conſequens illę lineæ eſſent finitæ,vtpote habentes terminos, tum etiam, quia quanto lineæ magis elongantur a centro,tanto magis diſtant: ergo ſi in infinitum elongantur à centro, quod oportet dicere,ſi corpus eſt infinitum,infinite diſtabunt:infinitum autem non poteſt pertranſiri: ergo &c. Hanc rationem facit Philoſoph.

bile in finitū illud. ſ. non poſſit moueri.

Reſpondebitur forte, ꝙ non eſt de ratione corporis naturalis vt moueatur;quamuis de ratione corporis naturalis ſit,quod habeat in ſe principiū determinati motus:nam nō eſt de ratione grauis, quod vbicumque ſit, moueatur: non enim mouetur,niſi dum eſt extra locū deorſum, ſed bene de ratione ſua eſt,quod habeat grauitatem, quæ eſt principium motus deorſum.

Te.com.70. pri.cœli.

Sed contra arguitur. De ratione corporis naturalis eſt,quod habeat in ſe naturā, ſed natura eſt principium motus & quietis;ergo oportet naturale corpus aut moueri,aut quieſcere,ſed per te corpus infinitum non poteſt moueri: ergo nec etiam quieſcet,quies enim eſt in eo ſolū,quod poteſt moueri,vt dicitur: ergo infinitum corpus non poteſt eſſe corpus naturale.

Tex.26.

In quantitate continua actualiter exiſtente nō eſt infinitū in potentia ſecundū ſpoſitionem, naturaliter loquendo.

Ex iſta concluſione infertur ſecunda concluſio. In quantitate continua actualiter exiſtente, non eſt infinitum in potentia ſecundum appoſitionem,naturaliter loquendo,ita quòd per appoſitionem poſſit tranſcendi quæcumque determinata quantitas:

Pro huius autem notitia aduertendum eſt primo,quòd infinitum ſecundum appoſitionem dicitur, quando alicui quantitati poteſt aliquid addi ſine fine,vt ſi quantitati vnius cubiti addatur quātitas alterius cubiti,& illi quantitas alterius cubiti,& ſic in infinitum.

Attendendum ſecundo, quòd ideo dictum eſt in concluſione,naturaliter loquendo, quia ſecundum potentiam diuinam forte aliter eſt,quacumque enim quantitate data,poteſt Deus producere maiorem in infinitum,ſaltem ab omni materia ſeparatam.

Attendendum tertio,quòd ideo additur in concluſione,ita quòd per appoſitionem poſſit tranſcēdi quæcumque determinata quantitas,quia quod vni quantitati poſſint addi partes proportionales alterius quantitatis in infinitum,teſtatur Philoſo. negat autem per appoſitionem poſſe excedi quancumque determinatam quantitatem, quod ſane

Text.59. & 60.

fieret, si additio non esset secundum additionem partium proportionalium alicuius: sed per additionem diuersarum partium eiusdem quantitatis, aut diuersarum quantitatum, non seruata eadem proportione, sicut si quātitati vnius palmi addere tur quantitas alterius palmi, & illi toti quantitas alterius palmi, aut aliqua alia quantitas, & sic in infinitum.

Text. 60. & 69. Probatur itaque ista conclusio ratione Philos. sic. Si esset infinitum in potentia secundum appositionem modo dicto, sequeretur quòd possit esse aliquid infinitum in actu: sed hoc est contra primā conclusionem: ergo &c. Probatur consequentia. Quantum vnumquodque est in potentia, tantum potest esse in actu: ergo si est in potentia naturali, vt possit excedi quæcunque determinata quantitas per appositionem, poterit esse actu aliqua quantitas excedens quamcumque quantitatem datam, sed quantitas excedens omnem quantitatem datam, est quantitas infinita: ergo poterit dari quantitas actu infinita.

Tex. 68. Sed cōtra istam rationem dupliciter instari potest. Primo. In numeris est infinitum secundū appositionem, vt vult Philosoph. & potest per talem additionem excedi quæcumque determinata quantitas numeralis: & tamen non sequitur quod possit dari numerus actu infinitus: ergo nec illud sequitur in quantitate continua.

2. Magnitudo est infinita secundum diuisionē in potentia, & tamen nūquam reducetur ad actū, vt sit totaliter diuisa: ergo illa propositio, Quantū vnumquodque est in potentia, tantum potest reduci ad actum, est falsa.

Quare in appositione numeri pōt fieri additio in infinitū, non autē in magnitudine. Cōmen. 67. Ad primum istorum respondetur, secundum mentem Philosoph. quod alia ratio est de appositione in numeris, & alia ratio de appositione in magnitudinibus. Vbi aduertendum est primo secundum Comment. quod rei conuenit infinitas ex materia, finitas autem ex forma: nam materia non est ex se terminata; sed ex alio terminatur, forma autem est continens & terminans, ideo vbi ꝓceditur ad materiam, non repugnat processus in infinitum: sed bene vbi itur ad formam.

Tex. cō. 31. Aduertendum secundo, vt dicitur secūdo Physico. ꝙ cū partes habeant rōnē materiæ, & totū rōnē formæ, vbi ꝓcedit à toto ad patres proceditur ad materiā, vbi aūt procedit à partibus, ad totū, ꝓceditur à materia ad formam, ratio ergo quare ꝓceditur in infinitum secundum paruitatem est, quia in diuisione proceditur ad partes & ad materiam, quæ secundum se nullum habet terminum, secundum autem appositionem non exceditur quæcunque determinata quātitas, quia proceditur ad formam, quæ est terminus: vnde non est maior quantitas quātitate cœli: nec materia est in potentia naturali ad maiorem quantitatem, quam sit quantitas cœli. Si ergo in potentia materiæ esset, quòd per appositionem excederetur quæcumque quantitas determinata, oporteret etiam quantitatem infinitam excedētem quamcumque determinatam quantitatem, quia omnis forma potest actu esse, ad quam naturaliter materia est in potentia. Non sic autem est de numero, quia numerus, vt dicit Tex. 68: Philos. non separatur à diuisione continua: vnde in appositione numerorum proceditur ad partes & ad materiam, sicut in diuisione magnitudinis, non enim augetur numerus, nisi ex diuisione magnitudinis, vbi autem proceditur ad materiā, non oportet deuenire ad terminum, quia materia nō est terminus, vnde non oportet si est potentia ad infinitam additionem numerorum, ita ꝙ per eam excedatur quicumque determinatus numerus, ꝙ possit dari numerus actu infinitus, eo quòd in tali appositione non procedatur ad actum, sed ad potentiam.

Per hoc patet responsio ad secundum, dicitur enim quod in diuisione itur ad materiam, sed in appositione itur ad formam, non oportet autem ꝙ quantum aliquid est in potentia ad materiam, secundum possit reduci in actum, quia materia non est actus, sed bene quantum aliquid est in potentia ad formam, quia forma est terminus, & continens.

Sed circa ea quæ dicta sunt, duo occurrunt dubia. Primum est, videtur enim ꝙ etiam in additione numerorum procedatur ad totum. Nā ex multis vnitatibus constituitur numerus, qui est quoddam totum, verbi gratia, ex additione vnitatis ad quinarium resultat numerus senarius, qui est qdam vnum, & quoddam totum, ergo non est differentia inter quantitatem continuam, & numerum, quia in appositione continui procedatur ad totum & formam, non autem in appositione numerorum.

Secundum dubium est. Sicut in diuisione continui itur ad partes, ita in diuisione numeri, vnitates enim in quas diuiditur numerus, sunt partes eius, si ergo quando itur ad partes, proceditur in infinitum, numerus erit diuisibilis in infinitum.

Argumento rum solutio. Pro solutione istorum dubiorum considerandum, ꝙ in rerum materialium multitudine, secundum ꝙ ex continui diuisione causatur, duo considerari possunt, ipsæ scilicet partes multæ ac numeratæ, & ipse numerus formaliter, quo dicūtur tot, puta decem aut viginti. In multitudine enim decem hominum considerari possunt, & ipsi homines, qui denominantur decem, & numerus denarius, quo decem denominantur. Si ipsæ res numeratæ considerentur, ipsæ non constituunt aliquid vnum simpliciter, sed vnum tantum per aggregationem. Si autem ipse formalis numerus consideretur, sic ex vnitatibus illorum vnum simpliciter constituitur: omnis enim species numeri, est vnum quoddam simpliciter, sicut & omnis alia species cuiuscunque generis. Quia ergo Philosophus multitudinem considerat ex parte ipsarum rerū numeratarum, secundum ꝙ ex continui diuisione fiunt in actu, & vt sic procedendo in augmentatione rerum numeratarum ad partes materiales cōtinui proceditur, non autem ad aliquid, quod sit simpliciter vnum, ideo bene dicitur à Comm. ꝙ in augmētatione numerorum proceditur ad materiam, sicut & in diuisione continui. Similiter in diuisione numeri hoc modo considerati, non diuiditur aliquid vnum simpliciter, sed eius quod est vnum per aggregationem, accipitur vnaquæque pars per se, vt vna in actu existens & indiuisa, & quia vnumquodque est vnum per suam formam, ideo

Com. 68. 3. physic.

ideo bene inquit Comment. loco allegato, quod diminutio in numeris tendit ad formam, non autem ad materiam: in diuisione autem continui fit resolutio totius in suas partes, non inquantum vnaquæque est in se vna & indiuisa, sed inquātum vnaquæque est quanta, & diuisibilis in alias partes: oportet enim continuum ex quantis & diuisibilibus cōponi, ideo in tali diuisione proceditur ad materiā, conuenit enim huiusmodi diuisibilitas & quantitas partibus, eo quod materiam includant. Pro

In diuisione numeri, non proceditur in infinitū. pter hoc in diuisione numeri non proceditur in infinitum: sed bene in diuisione continui, quia forma habet rationem finis & termini; materia autem nō est finis & terminus, sed potius habet per aliud terminari.

Considerandum secundo, ꝙ in additione numerorum, semper actui potentia ad vlteriorem actum admiscetur, inquantum non est dabilis aliquis numerus, cui alia vnitas addi non possit, & consequēter quo non possit maior numerus dari. Sed in additione continui, tandem deuenire contingit ad aliquem actum, cui potentia ad vlteriorem actum nō admiscetur: cum. n. ad supremam cœli quantitatē peruentum fuerit, non poterit vlterius procedi: vnde in additione numerorum, nunquam deuenitur ad aliquid, quod sit præcise totum: non possitque rationem partis habere. Sed in additione continui, ad aliquid tandē deuenitur, quod rationem dumtaxat totius habebit, nō poteritque rationem partis habere, & iccirco in vno procedi potest in infinitū, non autem in altero.

Ad primum igitur dubium dicitur primo, ꝙ in additione numeri ex parte ipsarum rerum numeratarum, secundū quod ex diuisione continui multiplicātur, non proceditur ad aliquid totum, quod sit vnum simpliciter: sed ad partium multiplicationem. Dicitur secundo, quod etiam ex parte ipsius numeri formalis nō proceditur ad totum præcise, sed ad id, quod existens aliquid totum est in potentia ad aliam additionem, & sic habet etiam rationem partis. Ad secundum dicitur, quod numerus non diuiditur semper in partes, quæ diuisibiles sint sicut continuū, sed in partes indiuisibiles, ideo non sequitur, quod diuidatur, in infinitum sicut continuum.

Impossibile est esse magnitudinem actu infinitū etiam mathematice cōsiderādo. Tertia conclusio est. Impossibile est esse magnitudinem actu infinitam etiam mathematice considerando probatur. Impossibile est esse aliquid in rerum natura, quod non sit determinatum ad aliquam speciem: non potest enim esse animal in rerum natura, quod non sit, aut rationale aut irrationale, sed vnaquæque quantitas specificatur per aliquam terminationem: multitudinis enim species sunt duo & tria: magnitudinis autem bicubitum, tricubitum &c. ergo impossibile est esse quantitatem non terminatam & non mensuratam: sed infinita quantitas dicitur quantitas interminata, & nullo modo mensurata: ergo impossibile est esse actu magnitudinem infinitam, etiam subsistentem sine materia.

Mathematice loquendo pōt apponi Quarta conclusio est. Mathematice loquendo potest apponi ad magnitudinem in infinitum: patet, quia mathematicus supponit quacunque linea finita, posse dari maiorem, & sic de aliis dimensionibus.

ad magnitudinem in infinitum. Sed tunc occurrit dubium, quare scilicet naturaliter loquendo, non potest per appositionem excedi quæcunque quantitas determinata, vt superius dictum est; mathematice autem excedi potest, cum etiam in tali appositione secundum mathematicā consideration procedatur ad totum, & per consequens ad formam.

Com. 69. Respondetur, & dicitur primo secundum Commen. quod ratio istius est, quia naturalis cōsiderat de quantitate, secundum quod est extra intellectū in materia. Mathematicus autem considerat eam per abstractionem a materia. Conueniunt autem in hoc naturalis & mathematicus, ꝙ quacumque quantitate data potest dari maior. Sed differrunt, quia secundum naturalem non est in materia potentia ad infinitam magnitudinem, ut possit quantitas crescere in infinitum, mathematicus autem sequitur imaginationē: ideo quia quacunque linea data, possumus imaginari maiorē: dicit quacunq; linea data, posse dari maiorē, & sic in infinitū. Dicitur secundo, quod secundum naturalem omnis quantitas possibilis esse in natura, est in materia in potentia, ideo oporteret si apponeretur in infinitū, quod possit esse quantitas infinita in actu, ut dictū est supra: omnis enim potentia materiæ est reducibilis ad actum, secundum mathematicum autem non oportet omnem quantitatem possibilem secūdum imaginationem esse in potentia materiæ, & posse existere, eo quod abstrahat ab esse, ideo non sequitur aliquid impossibile.

Responsio. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam negatur minor, & ad probationem dicitur, quod infinitas repugnat quātitati existēti in actu, quia tollit omnem speciem magnitudinis, sicut. n. illud tollit animal, quod in nulla specie animalis continetur, ita illud tollit magnitudinem quod in nulla specie magnitudinis continetur, sicut dictum est de infinito, quod in nulla specie magnitudinis est, eo quod quælibet species magnitudinis est finita & mensurata. Item repugnat quantitati in specie consideratæ.

Quælibet species magnitudiniis ē finita & mē surata. Ad secundum negatur primo maior propositio: nam cognoscit Deus contradictoria, non tamen ea potest simul producere, eo quod producibilia non sint, negatur secundo minor, ad cuius probationem negatur consequentia. Sicut enim non valet, quocunque numero dato potest dari maior, & sic in infinitum; ergo potest dari numerus actu infinitus, ita non valet, cognoscit aliquam quantitatē, & maiorem illa posse dari, & illa alia maiorem, & sic in infinitum: ergo cognoscit magnitudinē actu infinitam.

Ad tertiam dicitur, ꝙ Philosophus loquitur de magnitudine naturali. S. Tho. autem loquitur ibidem de quantitate mathematica, vnde non est similis ratio.

S. T. de verit. q. 29. ar. 2. ad 3. Dicitur secundo, ꝙ secundum mentem S. Tho. quacunque magnitudine etiam sensibili data, potest dari maior per potentiam diuinam, quia quacunque forma data potest Deus aliam facere, quæ maiorem requirat magnitudinem, & hoc apparet ex verbis eius de verit. vbi dicit, ꝙ in creatura est potentia obedientiæ, secundum ꝙ aliquid potest

a Deo recipere,& talis capacitas non potest impleri,quia quicquid Deus de creatura faciat,adhuc manet in potentia recipiendi a Deo, Philosophus autem loquitur per comparationem ad potentiam naturalem,quæ tota potest impleri.

Ad quartam negatur assumptum. Ad probationem dicitur,quod nō est possibile, Deum separare omnes illas partes proportionales,quia talem diuisionem esse in actu implicat contradictionem.

Ad quintum dicitur:quod casus est impossibilis: supponit enim omnes partes proportionales tam corporis quam horæ poni in actu,quod est impossibile,non enim omnes partes proportionales vnius horæ sunt in ipsa hora in actu,ut cuilibet attribuatur rarefactio lineæ secundum eandem quantitatem, & similiter partes corporis non sunt in actu, ut quamlibet giret linea pedalis,sed sunt solum potentialiter scilicet per esse totius.

ADDITIO.

Comm. 33. DE infinito vide Auer.primo cœli,vbi declarat perscrutationem infiniti firmiorem haberi quā hic:

Comm. 54. vide quoque primo cœli vbi contra aliquos philosophos volentes imponere superfluitatem Aristotel. sumere potes validissimum argumentum, quoniam nullibi repetitionem fecit philosophus, cum nihil sine forti ratione dixit,vt scripsit Auerr.primo de gener.

Comm. 38. alio enim modo dererminauit in physicis de infinito,& alio modo in primo de cœlo,quoniam hic vniuersaliter, ibi autem non ita latius,sed pressius.

Dicunt etiam aliqui,quod in diuersis sententiis adducit easdem demonstrationes eodē modo, & sic fuit malus metaph.quia vident easdem demonstrationes adduci in plerisque locis metaphysicis,quas adduxit in scientia naturali.

Sed allucinantur valde,quia non adducuntur eodem modo,nec ad eundem finem,ut patet legenti Auer.con

2.metaph. comm. 6. & 7. metaphy. com.5. sidera quoque antiquos diffinientes infinitum hac diffinitione,infinitum est,extra quod nihil est,per quā definitionē attribuebatur infinito ratio totius,& quod omnia continet,& in seipso omnia habet, Aristo. vero op-

Quid est infinitum. positum sentit in definitione,quam assignat Auctor in corp.q.de mente eius', si enim infinitum est,cuius semper est aliquid extra accipere,sequitur quod potius habet rationem partis,quam totius,& contenti,quam continentis,est ergo irrationabilis definitio infiniti tradita ab antiquis,quia illud extra quod nihil est,dicitur totū:

Totum & p fectum sunt idem. totum est illud cui nihil deest eorum, quæ pertinent ad complementum ipsius,vt totum hominem, vel totum leonem,& domum,si vero aliquid deest non est totum: totum enim & perfectum vel sunt penitus idē, vel proxima secundum naturam,& perfectum est, quod cui nihil deest:omnis autem perfectio est a forma,quæ finem & terminū ponit, infinitū autem fine caret;ergo omne infinitū est imperfectum, & sic mala est hæc definitio, infinitum est extra quod nihil est, quia illa est definitio totius & perfecti.

Hinc imprudenter dixit Melissus vniuersum esse infinitum,cum appareat euidentissima contradictio, qđ sit totum & quod sit infinitum.

Infinitū non cōtinet oīa. Nec etiam verum est,infinitum continere omnia,cū magis habeat rationem contenti,quam continentis: si enim infinitum dicitur prout est possibile diuidi aliquid in minus,& prout ex oppositio diuisioni potest fieri appositio in maius: ergo infinitum secundum propriam eius rationem est potentia ad totum,& non actu, & sic est imperfectum,sicut materia non habens formam.

Vide D.Tho.vbi quærit si Deus est infinitus, & qu. 12.ar.1.in respon.ad 2.ostendit,quomodo infinitum se tenet ex parte materiæ & est ignotum, & primo cont. gent.c.38.vbi Auctor enucleat,quomodo infinitum repugnat fini,& 2.contra gen.c.81.& Zimar. Theor.37. p.p.q.7. pe: totam.

QVAESTIO VII.

Vtrum possit dari multitudo actu infinita.

Neque enim in numeris secundum diuisionem infinitus est. Tex. LXI.

QVÆRITVR septimo, Vtrum possit dari multitudo actu infinita,& videtur quod sic.

Primo. Mundus est æternus secundum mētem philosophi octauo phy. in principio. Item vt secūdum etiam mentem Arist.ostendetur, Anima intellectiua est perpetua:ergo præcesserunt infiniti homines & infinitæ animæ:ergo nunc sunt actu infinitæ animæ. 3. de anim q.10. eiusdē auctoris.

Secundo. Deus posset in quolibet instanti initiāte,partem proportionalem vnius horæ producere vnum hominem:ergo potest producere multitudinem actu infinitam.patet antecedens, quia ibi nihil assumitur diuinæ potentiæ repugnans: probatur consequentia: In quolibet instanti dicto, producit vnum hominem:sed in fine horæ præcesserūt infinita instantia:ergo in fine horæ produxit infinitos homines in actu,

Tertio. Potest Deus separare oēs partes magnitudinis adinuicē,& ponere illas in actu:sed in magnitudine sunt infinitæ partes: ergo potest facere infinitam multitudinem in actu.

Quarto.Quicquid potest Deus successiue producere,potest simul producere, sed potest infinita producere successiue;ergo potest infinita simul producere.

Quinto. Sunt quædam experientiæ. Prima est de igne sphærico posito in medio mundi & non impedito,qui cum non sit maior ratio,q ascendat versus vnam partem cœli, quam versus aliam, mouebitur ad omnem partem cœli, quod non potest esse, nisi diuidatur secūdum quodlibet punctū eius, & sic fiat infinitum in actu.

Secunda,de vase vitreo vniformiter concauo, in quo aqua prius calida congelatur. Nam cum occupet tunc minorem locum quam prius:ne detur vacuum,oportet vt frangatur vas,& cum non sit maior ratio,quod frangatur in vna parte,quam in alia frangetur secundum infinitas partes,& sic dabitur infinitum in actu.

Tertia de filo vniformis resistentiæ per totum, cui si applicentur duæ potentiæ æqualiter omnino trahentes ad oppositas partes:cum non sit maior ratio quod frangatur in vno,quàm in alio puncto, in quolibet puncto fiet fractio, & sic diuidetur in infinitas partes,quarum quælibet erit in actu: ergo &c.

Duplex. est diuisio vna formalis alia materialis. D.Thom.3. phys.te. 68. Ad euidentiam huius difficultatis aduertendū primo,vt ponit S. Thom. quod duplex est diuisio: vna formalis quæ scilicet est per oppositа,quæ in quam consistit in hoc,quod hoc est hoc, & non illud:verbi gratia. Homo est homo,& non est planta:& ista causat multitudinem trāscendentem: homo enim & planta,sunt duo transcendenter, eo q quodlibet est vnum secundum essentiam,& essentia vnius non est essentia alterius. Alia est diuisio materialis,quæ consistit in hoc, quod hoc quantū non est illud quantum,& hæc diuisio causat multitudinem de genere quantitatis,quæ dicitur numerus:ex hoc enim quod hoc quantum non est illud, sequitur quod sint multa quanta: Philosophus ergo dicit,quod numerus, de quo loquitur,nō est separabilis à decisione,nā numerus de genere quantitatis,resultat ex diuisione continui.

Non repugnat de mente Arist.dari infinitū in immaterialibus,secus in materialib. Ex quo patet,quod Phil. non loquitur hic de multitudine,aut de infinito in rebus immaterialibus,de quibus nō dicitur numerus de genere quātitatis;sed loquitur tantum de infinito, secundum quod inuenitur in rebus materialibus:propter qđ non videtur repugnare principiis Philosophi,dari multitudinem actu infinitam in rebus immaterialibus:hic enim & in primo cœli loquitur solum de

Te.33.& in fra. infinito materiali: sed licet non repugnet principijs ab eo positis, vbi loquitur de infinito, repugnat tamen veritati.

Opinio Auicen.& Algazelis. Sciendum secundo. quod Auicenna & Algazel existimauerunt,impossibile esse,multitudinem p se ordinatam esse actu infinitam:non autem multitudinem per accidens. Primū probatur sic.Multitudo per se infinita est,quæ requiritur ad causandum aliquid, sic quod istud non potest agere sine alio:nec illud sine alio,& sic in infinitum: sed hoc

2.metaphy. tex.5.vsque ad 14. est impossibile,quia secundum mentem Philosophi non proceditur in infinitum in causis essentialiter ordinatis:tunc enim generatio numquam cōpleretur,cum non possint infinita pertransiri: ergo &c.Secundum autem probatur sic. Esse plura

Probatio ap parens. & infinita,quorum vnum non dependet ab altero, non est inconueniens:sicut quod faber vtatur pluribus malleis & infinitis,si infinito tempore duraret,non est inconueniens;sed multitudo infinita p accidens est huiusmodi:ergo nullum inconueniēs est esse talem multitudinem,sicut infinitos homines,infinitas arbores,& similia. Verū quod istud non solum repugnet veritati,sed etiam Aristot. & Comm.ex sequenti fiet manifestum.

Impossibile est dari multitudinem actu infinitā in rebus materialibus,et per accidens ordinatis. Quare ponuntur tres conclusiones. Prima est. Impossibile est dari multitudinem actu infinitam in rebus materialibus, & per accidens ordinatis. Probatur. Multitudo rerū materialium causatur ex diuisione continui; sed diuisio continui nunquam est tota in actu: ergo nec multitudo infinita est vnquam tota in actu.maior & minor est Philophi.

3.Physicor. te.57.&59. Secundo. Omnis multitudo materialis in actu est in aliqua specie numeri, sed multitudo infinita nō est in aliqua specie numeri,ergo &c. Probatur minor. Omnis species numeri est multitudo mensurata per vnum: nam vt dicit Phil. Numerus est vno plura:sed multitudo infinita non est mensurata per vnum,quia contra rationem infiniti est esse mensuratum:ergo &c. Tex.68.

Sed diceret fortassis qui poneret multitudinem infinitam,illam non esse numerum, sed multitudinem transcendentem, & ideo non esse per vnū mēsuratam.

Sed contra, quia in eodem genere ponuntur vnum,& multitudo sibi correspondens, sed vnitas rei materialis est in genere quantitatis, ergo & multitudo earum,talis autem est numerus, ergo &c.Vnde licet secundum D.S. hæc ratio sit probabilis ad probandum non esse simpliciter multitudinem infinitam,non tamen ad probandum,multitudinem immaterialium rerum non esse infinitam. S.Th.expositex.41.

Tertio.Illud de cuius ratione est esse actum per mixtum potentiæ, non potest esse totum simul in actu,sed de ratione infiniti est esse actum permixtum potentiæ,ergo &c.minor est Philosophi, maior etiam est euidens. Nam ex oppositо prædicati infertur oppositum subiecti, si enim est totū simul actu secundum omnes partes suas,ergo non est in actu admixto potentiæ. Tex.57. Impossibile est dari multitudinem actu infinitā in rebus immaterialib.

Secunda conclusio est ista. Impossibile est dari multitudinem actu infinitam in rebus immaterialibus.

Probatur primo. Vbi ex nouo actu resultat noua potentia,ibi totum nō potest esse simul in actu, sed ex additione vnitatis ad numerum præexistentem resultat noua potentia, quia semper addita vnitate numero,adhuc remanet potentia,vt illi numero addatur alia vnitas,ergo &c. Ista est ratio q adducit Commentator hic. Commen. comm.69.

Secundo. Tot sunt substātiæ immateriales,quot possunt esse, quia in perpetuis non differt esse & posse,sed non sunt infinitę substantiæ immateriales,vt patet secundum mentem Philosoph. inuestigantem numerum substantiarum separatarum secundum numerum motuum orbium cœlestium, ergo non possunt esse actu infinitæ. 2. physicor. Tex.32. 12.metaph. Tex.43.vsq; ad 48.

Tertio arguitur rationibus. S. Tho. Prima est. Omnem multitudinem oportet esse in aliqua specie multitudinis, sed q̄libet species multitudinis est finita, ergo &c.maior probatur. Oē indiuiduū existens in aliquo genere,est in aliqua eius specie, quia genus non inuenitur in indiuiduis, nisi per differentiam limitatam,ergo &c.minor vero probatur. Species multitudinis sunt speciebus numerorum proportionatæ, sicut enim dicimus binarium,ternarium &c.& duo & tria in rebus materialibus,ita in rebus immaterialibus;sed quælibet species numeri est finita, q̄a est multitudo facta per vnum,ergo &c. S.Tho.1.q. 7.art.4.

Ratio,quam facit D.Th. 1.par.q.7.ar. 4.non est illa, quam facit philos. 3. phys. ad p̄bandum nō dari multitudinē actu infinitam.

Aduertendum autem,quod ista ratio non est illa,quam Philosophus facit superius ad probandum primam conclusionem quam adduximus. In illa enim assumitur, quod numerus est multitudo mēsurata per vnum, in hoc autem quod numerus est multitudo facta per vnum,hæc autem sunt lōge diuersa,vnitas.n.mensuratur, quia per sui multiplicationem

tiplicationem reddit præcise numeri quãtitatem: facit autem & cõstituit numerum, quia aliqua vnitas ponit ipsum in specie numeri determinata: addita.n. vnitate binario fit ternarius, & vnitate addita ternario efficitur quaternarius, vnitas ergo præcedenti numero addita, speciem sequentis numeri constituit, & hoc intendit S. Thom. in illa propositione. Numerus est multitudo facta per vnum. Ex qua arguitur ad propositum, Omnis multitudo facta per vnũ est finita, sed omnis numeri species est huiusmodi: ergo &c. minor patet, quia vnitas addita vni speciei numeri, aliam speciem constituit, qua substracta non est amplius illa species, maior autem probatur. Multitudo facta per vnum habet vnitatem, qua addita alijs constituitur eius species, & qua subtracta destruitur, sed in multitudine infinita non est dare talem vnitatem, quia ibi nulla vltima est; ergo nulla multitudo infinita est facta per vnum: ergo nulla facta per vnum est infinita.

Si dicatur ꝙ illa propositio, Numerus est multitudo facta per vnum, habet veritatẽ in numero finito, non autem in numero infinito.

Contra. Ex multis non constituitur aliquid vnum per se, nisi vnum se habebat vt potentia, & alterum sicut actus: sed quilibet numerus est quoddam vnum simpliciter, alioquin non esset species determinati generis, & constituitur ex multis vnitatibus: ergo oportet ibi esse aliquã, quæ sit actus & forma: ergo quilibet numerus habet vnitatem, à qua formaliter cõstituitur. Sic ego illam S. T. rationem intelligo.

Quomodo Propositio S. Th. Numerus est multitudo facta per vnum intelligenda.

Secunda ratio est. Omne creatum, sub certa intentione creantis comprehenditur, sed omnis multitudo existens in actu, sub certa intentione creantis comprehenditur: ergo est numerus determinatus rerum creatarum. Probatur maior, quia nullũ agens in uanum operatur.

Sicut vnaquæque res creata a Deo est intenta de terminata a Deo, ita & numerus.

Ad euidentiam huius rationis considerandum, ꝙ suppositum ꝙ omne aliud à Deo sit ab ipso creatum & productum: sicut vnaquæque res creata ẽ intenta à Deo, ita & numerus est a Deo intentus: sicut.n. determinauit producere substantias, ita determinauit numerum creaturarũ producere. Cõsiderandum secundo, ꝙ agens agere in vanum dupliciter potest intelligi. Vno modo quia operatur ad aliquem finem, & illum non consequitur, sicut ambulans ad balnea vt lauetur, si impediatur ne lauetur, dicitur frustra & in vanum ambulasse. Alio modo, quia non operatur ex intentione alicuius certi, & determinati, sed in incertum operatur: sicut si diceremus aliquem a casu ambulare absque intentione cuiuscumque finis.

Finis est duplex. s. operationis & rei operatæ, sicut finis domificationis est domus, finis vero domus ẽ operatio: Maior ergo ꝓpositio est intelligenda, ꝙ oẽ creatum est determinatum ab intentione creantis, quia videlicet non intendit creans aliquod cõfusum & indistinctum, sed aliquid certum & determinatum, non.n. producens domum intendit domum indeterminate producere, sed domum talem tantæ quantitatis, & talis figuræ, & non solum intendit in ipsa multitudinem habitationum indistincte, sed tot habitationes in ipsa vult producere & non plures, sicut autẽ est in istis agentibus particularibus, ita est & in agente vniuersali: non enim intendit aliquid incertum, sed aliquid certum & determinatum. probatur autem hæc maior propositio, per propositionẽ assumptam, exponendo ipsam in secundo sensu, nõ autem in primo: nam in primo neque esset ad propositum, neque in se esset vera: multa enim operantur ad aliquem finem, quæ ipsum non consequuntur, in secundo autem est vera, & probat propositum: vera quidem quia vt dicitur, Omne agẽs agit propter finem, scilicet tam operationis quam rei operatæ. Probat autem ꝓpositum, quia si creatum non esset certum & determinatum in intentione creantis, tunc creans in vanum ageret, eo quod nõ intenderet aliquod certum & determinatum in suo opere: & sic non operaretur ex intentione alicuius finis intrinseci, & ideo quod eueniret esset à casu, sicut si domificator intenderet domum tantum, & non determinatam domum, quicquid fieret eueniret à casu, nullum autem creatum à Deo potest à casu euenire, neque creans potest in vanũ operari, ergo oportet, vt creans aliquod certum & determinatum intendat: cum ergo multitudinem creaturarum producat, & creet, oportet vt intẽdat certam & determinatam multitudinẽ, & sic necesse est, vt omnis multitudo existens in actu, sit certa & determinata, & per consequens non potest multitudo in actu existẽs esse infinita. Et sic patet hãc S. Thom. rationem (quæ superficialiter intellecta, videtur parum efficax) si bene intelligatur efficacissimam esse.

1. Physic. ter. comm. 49.

Ratio efficacissima D. Thom.

Tertia conclusio est. Numerus est augmentabilis in infinitum: ita quod per appositionem contingit excedere quãtumcumque numerum finitum. Probatur de mẽte Philosophi. Numerus causatur ex diuisione continui: sed contiuum diuiditur in infinitum: ergo numerus illarum partium augmentatur in infinitum.

Numerus ẽ augmentabilis in infinitum, ita ꝙ ꝓ appositionẽ contingit excedere quantumcumque numerum finitum.

Secundo. Si numerus nõ esset augmentabilis in infinitum: sequeretur quod esset dabilis aliquis numerus, quo maior dari non posset, sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas. Sit (verb. grat.) numerus centum millia hominum maximus numerus. Tunc sic. Potest generari alius homo, quia nihil apparet huic repugnans: ergo ille non est maximus numerus: & sic argueretur de omni alio numero: ergo &c.

Ad argumenta in oppositũ respondetur. Ad primum dicitur, quod ista tria nõ possunt stare simul s. Mundus est æternus quantum ad omnes species: anima intellectiua est immortalis: & non datur infinitum in actu: quæ tũ videntur esse de mẽte Phil. ideo ne videatur, Philosophus sibiipsi contradicere, dicendum est, ꝙ licet posuerit mundum esse ẽternum, nõ tamen posuit hominem esse ẽternum, potest.n. mundus esse æternus, quantum ad corpora cœlestia & intelligentias: & aliquas species materiales: & tamẽ hõ non esse æternus. Et si alicubi videatur velle, ꝙ generatio hominis est ẽterna, ponit illud tanquam probabile aliquibus antiquorũ Philosophorum, non tanquam verum.

8. Physic. in princ. 3. de anima. Tex. 10.

Sed contra istam responsionem instari põt sic. Ratio qua vtitur Philosophus ad probandum motum esse æternum, etiam valet ad probandum hominem esse æternum: ita enim sequitur ꝙ Deus mutetur, si producitur homo in tempore, sicut si ꝓducitur motus in tempore, quia non est maior ro de vno quam de altero, hoc autem reputat Philosophus inconueniens: ergo &c.

Respõdeo quantum mihi pro nunc occurrit, ꝙ non omnes rationes, quas Philosophus adducit ad probandum perpetuitatem motus, tanquam rationes demonstratiuas inducit, sed aliquas saltem tanquam probabiles: vnde illa quæ adducitur, non habetur pro demonstratione, sed pro ratione probabili. Nam forte aliqui Philosophi negantes ẽternitatem mundi, concedebant nihil posse nouiter ab aliquo produci, nisi per aliquam agentis mutationem, ideo ratio illa erat efficax aduersus illos, licet non sit demonstratio simpliciter.

Respondetur secundo iuxta prædicta secũdum mentem S. Thom. & melius, ꝙ dari infinitum in actu in rebus immaterialibus, non repugnat ei qd̃ dixit hic Philosophus, quia hic loquitur de infinito materiali, secundum ꝙ causatur ex diuisione cõtinui, & similiter vbicumque loquitur de infinito, non facit autem mentionem de infinito in rebus immaterialibus existente.

Deus in quolibet instanti diuisim potest producere vnũ hominem.

Ad secundum dicitur, ꝙ Deus in quolibet instanti diuisim potest producere vnum hominem, idest assignato vnoquoque instãti per se, Deus potest vnum hominem producere, non tamen potest in omnibus cõiunctim, i. in hoc & in illo, & in illo, ita ꝙ in omnibus producat hominem vnum, non propter defectum virtutis diuinæ, sed quia repugnat ex parte facti, repugnat enim aliquid esse in natura, quod non sit ad aliquam speciem determinatum, argumentum autem procedit in secundo sensu, in quo negatur antecedens: si autem antecedens intelligatur in primo sensu, negatur cõsequẽtia: probatio autem adducta non valet, quia procedit in secundo sensu.

Ad tertium dicitur, ꝙ antecedens est falsum: licet enim vnamquamque partem secundum se cõsideratam possit separare, non tamen omnes.

Ad quartum negatur antecedens, quando aliqbus repugnat simul esse, sicut dicitur de partibus infinitis, quibus repugnat esse actu: vnde etiã non potest Deus separare omnia puncta existentia in potentia in linea, quia licet non sint partes lineæ, tamen ipsis repugnat simul esse actu.

Sed contra istas responsiones arguitur sic: quando vnumquodque plurium potest esse, & vnum non tollit alterum, illa plura possunt simul esse, sicut Sor. & Plato. sed vnaquæque pars quantitatis potest esse actu, & vna non tollit alteram: ergo omnes illæ partes possunt simul esse.

Respondetur, quod licet vnaquæque partium infiniti per se considerata, possit per se esse: non tamen vt est pars infiniti, eo quod toti infinito repugnat esse: vnde si maior intelligatur in isto sensu, quando vnumquodque plurium potest esse vt est pars alicuius totius, & vnum non tollit alterum, tunc illa possunt simul esse, conceditur, sed tunc negatur minor. Si autem intelligatur absolute, negatur, quia falsa est de partibus totius, cui repugnat esse totum simul.

Ad primam experientiam dicitur, quòd ignis ad illam partem cœli ascendet, in qua maior erit influentia cœli, vel dicendum, quòd non mouebitur propter æqualem inclinationem ad omnẽ partem cœli.

Ad secundam dicitur, ꝙ aquę pars resoluetur in aerem, aut à calore, aut à natura vniuersali, & sic non dabitur vacuum.

Potest etiam dici, ꝙ quia superiores partes vasis comprimunt medias vel inferiores, in illa parte fiet fractio, vbi erit maior compressio.

Ad tertiam dicitur, ꝙ filum in medio frãgetur, quia ibi fit maior concursus ambarum potentiarum, aut in aliqua alia parte, si in illa cõtingat maiorem ipsarum virtutum concursum fieri.

ADDITIO

CIRCA primum argumẽtum nota, quod est difficile, & vtitur eo D. Thom. quærens, num sit articulus fidei mundum incępisse, & inter alia argumenta adducit hoc, quia de mente Aristo. primo cœli, & primo de gener. mundus est æternus, & generatio quoque est æterna, & sic infiniti homines prœcesserunt, sed anima hominis est immortalis: ergo infinitæ animę humanæ nunc essent actu, quod est impossibile: ergo ex necessitate sciri potest, ꝙ mundus incœperit, & non sola fide tenetur, & respondens D. Thom. huic argumento dicit quòd ponentes mundi æternitatem, multipliciter effugiunt vim huius argumenti: quidam non reputant impossibile esse infinitas animas actu, vt patet in metaphys. Algazelis dicentis hoc esse infinitum per accidens, sed hæc opinio non placet D. Tho. huic impugnauit eam fortissimis rationibus. p.p.q.46.

Opinio Algazel. p.p.qõ. 7.ar. 4.

Propterea ponit opinionem Theophrasti dicentis, animas humanas cum corporibus penitus interire, quã opinionem sequutus est Petrus Pomponatius Mantuanus in tractatu suo de animæ immortalitate, quam etiã fassus est Reuerendissimus noster Caietanus, tenens hanc fuisse intentam ab Aristo. propter fundamentum iactum ab eo primo de anima, si anima habet operationem propriam, est separabilis, sin autem non, non, & in commentariis p.p. audacter confitetur, quòd D. Th. ademit sibi omnem viam cõcordiæ cum doctrina Aristo. siquidem S. Thom. putauit Aristotel. tenuisse animas intellectiuas immortales, & numeratas secundum numerum corporum, & tamẽ omnibus notum est Aristo. tenuisse generationem ęternam, ex quibus liquido sequitur, animas humanas esse actu infinitas, ꝙ tamen negat D. Thom. in doctrina sua.

Opinio Theophrasti Põponatius Caieta. 3. de anima. text. 30. Tex. 11. Cap. 9.

Quasi dicat, melius est tenere ad mentem Aristotel. animam esse mortalem quam immortalem, immo in commentariis suis super epistolam ad Romanos tenet quoque, animam esse immortalem, esse articulum fidei, propter quod valde reprehenditur a Reuerendissimo Can. in locis Theologicis, & de facto dignus est reprehensione.

Mirum est enim tantum virum prædituṁ tam perspicaci ingenio incidisse in hunc manifestum errorem.

Recitat opinionem aliam D. Thom. pro solutione huius dubii, & est ipsius Alexand. volentis de omnibus animabus remanere aliquid vnum separatum, quod est omnibus commune, scilicet intellectus agens, vel cum

Auerro. 3. de anima c. m. 5 & 6. Pythagor. & Platonis opinio.

cum ipso intellectus possibilis, vt voluit Auerr.

Recitat quoque opinionem Pythagoræ, & Platonis asserentium, animas in sua multitudine post corpora remanere.

Augu. lib de hæresibus c. 26. comm 6. & etiam sermone de tempore 141. comm. 10. con. 4. c. 8.

Sed ne hi Philosophi cogerentur ponere infinitatē animarum, dixerunt animas easdem diuersis corporibus vniri post determinatum tempus, quam opinionē refert D. August.

Vltimate D. Thom. soluens iuxta opinionem suam hoc argumētum, dicit ꝙ hæc est rō particularis, vnde posset dicere aliquis, ꝙ mōdus fuit æternus, vel saltē aliqua creatura vt Angelus, non autem homo: nos autem intendimus vniuersaliter, an aliqua creatura fuerit ab æterno, verum quia hæc responsio patitur difficultatē, quia si homo non fuerit ab æterno, tunc ipsi vniuerso deficeret nobilissima specierū, & sic mundus esset imperfectus, & manens quo ad humanam speciem, propterea negauit mundum esse ęternum, quo posito, fidei catholicæ professores nullam patiuntur difficultatem, vel substinendo vtrumque, & ꝙ mundus sit æternus, & ꝙ anima sit immortalis, dicitur ꝙ Aristo. non negat infinitum in rebus immaterialibus, quia 3. physic. & primo cœli, probat infinitum non esse actu in corporibus naturalibus, non autem in substantiis immaterialibus, & si aliquando videtur, ꝙ probet etiam in abstractis non dari infinitum, illa probatio currit contra Pythagoram asserentem dari numerum materialem separatum, & sic etiam corpus.

Aliqui etiam per viam conantur tueri Aristo. & dicunt, ꝙ homo vtique fuit ab æterno, ne cogantur dicere mundum fuisse imperfectum, sed non statim cœpit generare, sed à certo tempore, uerum hæc responsio nō saluat generationem humanam esse æternam, sed tantum humanam speciem.

Deinde hæc responsio est voluntaria, quia qua ratione dicis, quòd homo non genuit ab æterno, eadem ratione dico ego de Leone & de aliis speciebus, & hęc est

2. sent. dis. 1. q. 7.

responsio in 2. sent.

Aliqui dicunt, quod datur infinitas animarum a parte ante, non autem à parte post, licet enim non detur prima anima producta, datur tamen vltima, cui potest fieri additio aliarum animarum, infinito autem repugnat dari primum aut vltimum. hæc responsio nulla est, quia licet sit deuenire ad vltimam productam, non tamen ad primam deueniri poterit, & sic sequetur, qđ ista multitudo erit quidem versus nos finita, quum habeat terminum, sed ascendendo erit infinita, quia incipiendo ab hac vltima ascendendo, nūquam poterit ad primam, & ad terminum perueniri, ista autem infinitas animarum ascendendo versus producentem, sufficit ad hoc, vt sit multitudo actu infinita, quia multitudinem actu finitam vocamus illam, quæ est simpliciter terminata, ita quòd est in aliqua specie mensurata, & certificata siue facta per vnum, vt possimus dicere, ꝙ hæc sint tot, & non plures, hoc autem non potest multitudini, ex vna parte infinitæ, siue inquam à parte ante, siue à parte post conuenire.

Quæ est multitudo infinita, propria responsio.

Propterea melior responsio, quæ dari potest huic argumento est, vel dicere, quòd non inconuenit in doctrina Aristot. dari infinitum in separatis à materia, vel dicendum, quòd est ratio particularis, quia stat quòd mūdus sit ęternus cum inceptione hominis, licet enim demonstrari possit hominem incæpisse, non tamen mundum ipsum, & ideo quòd mundus incæpit est articulus fidei, hæc dicere possumus saluando Aristot. tenentem non dari infinitum in actu in sensibilibus tantum, nō tamen negantem in abstractis, sed in doctrina S. Tho. negatur infinitas etiam in abstractis, vt patet in q. de ver. q. 2. art. 10. & quolib. 9. art. 1. & p. p. q. 7. ar. 4. & 1. sentē. dist. 43. q. 1. art. 1. implicat ex parte facti, ꝙ detur infinitum in actu, licet non implicet ex parte Dei.

QVAESTIO VIII.

Vtrum detur infinitum in potentia.

Infinitum quidem igitur hoc est, cuius quantitatem accipientibus. &c. Tex. LXIII.

QVÆRITVR octauo: Vtrum detur infinitum in potētia, & videtur quòd non.

p. p. q. 7. ar. 4. ver. it. q. 1 articu. 10. & quol. 9. ar. 1.

Primo. Omne quod est in potentia potest reduci ad actum: potētia enim dicitur per respectum ad actum: sed infinitum nō potest reduci ad actum, vt dictum est in præcedentibus quæstionibus, ergo non datur infinitum in potentia.

Secundo. Cuiuslibet rei naturalis datur minimum, vt dictum est, ergo magnitudo naturalis nō est diuisibilis in infinitum, & per consequens in ea non est infinitum in potentia. Respondeo, quòd datur infinitum in potentia secundum diuisionem in magnitudine, & secundum appositionem in multitudine.

Pro declaratione primæ partis istius conclusionis sciendum. Primo, quod de ratione quanti est diuisibilitas, vt patet 5. Metaphysicor. Diuisibilitas autem in infinitum conuenit quanto, eo ꝙ habet infinitas partes in potentia: vnde diuidendo continuum successiue, oportet diuisionem procedere in infinitum.

Cōtinuum habere infinitas partes in potentia, potest habere triplicem sensum.

Sciendum secundo, ꝙ continuum habere infinitas partes in potentia, potest habere triplicem sensum. Primus est, vt ly in potentia, determinet illud verbum habere, & tunc continuum habere in potentia infinitas partes, est illud posse habere infinitas partes. Secundus est, vt ly in potentia, determinet illum terminum partes, ad hunc sensum, ꝙ continuum habet infinitas partes potentiales, scilicet quārum nulla secundum se est hoc aliquid præcisum: nec cum aliis facit vnum hoc aliquid, & vterque istorum sensuum falsus est. Tertius est, vt ly in potentia determinet ly partes, ad istum sensum, ꝙ continuum habeat infinitas partes, quarum nulla existit per esse proprium: ipsum enim totum cōstitutum ex partibus est id, quod habet esse, partes autem existunt per esse totius, & hic sensus est verus.

Continuum potest diuidi & in partes eiusdem proportionis, & eiusdē quantitatis.

Sciendum tertio, ꝙ continuum potest diuidi dupliciter. Vno modo in partes eiusdem proportionis: alio modo in partes eiusdem quantitatis. Partes eiusdem proportionis sunt illæ, quæ habent eā dem proportionem ad tota, quæ immediate diuidunt, sicut si aliquod totum diuidatur in duas medietates, illæ partes comparantur ad totum in proportione subdupli: si iterum medietas diuidatur in duas medietates, medietates illius medietatis ad ipsam in proportione subdupla comparantur. Vnde partes illę dicuntur eiusdem proportionis

nis esse: partes veros eiusdem quantitatis dicūtur, quarum vna est æqualis alteri in quantitate, sicut si ab vno toto remoueatur vnus palmus, & à residuo vnus alius palmus, illi duo palmi sunt partes eiusdem quantitatis. Dicitur ergo ꝙ magnitudo est diuisibilis in infinitum in partes eiusdem proportionis, ila. s. ꝙ quacunq. diuisione data, adhuc potest alia similis dari, & sic in infinitū: ita tamen ꝙ nunquam potest perueniri ad vltimam diuisionem, & hoc est verum de magnitudine tam naturali quàm mathematica secundum Commentatorem. Hæc autem diuisio, licet non possit fieri realiter propter defectum instrumētorum, aut visus non valentis aliquam paruam quātitatem per modum diuisibilem penetrare, vel etiam quia per diuisionem deueniretur ad aliquam quantitatem ita paruam, ꝙ forma substantialis sub minori stare non posset, & sic si vlterius diuideretur, corrumperetur, potest tamen fieri secundum intellectum, eo ꝙ quælibet pars habeat aliam minorem se, sibi inexistentem.

Probatur ergo ista prima pars conclusionis. Si magnitudo non esset diuisibilis in infinitum, oporteret per diuisionem peruenire ad aliquid indiuisibile, sed hoc est falsum: ergo &c. patet consequentia, quia oppositum consequentis repugnat antecedenti, nam non peruenire ad diuisibile, & magnitudinem non diuidi posse modo dicto in infinitum repugnant, probatur falsitas. Si in diuisione magnitudinis peruenire tur ad indiuisiblle, tunc magnitudo componeretur ex indiuisibilibus: vnū quòdque. n. componitur ex his in quæ resoluitur; sed hoc est falsum, quia indiuisibile additum indiuisibili non facit maius: ergo &c. Confirmatur ista ratio ex definitione continui posita in primo cœli,

Tex. cōm. 2.

vbi dicitur, Continuum quidem igitur est, quod diuisibile in semper diuisibilia.

Multitudo, licet sit infinita in potētia, nō tamē est infinita secūdum diuisionem sicut magnitudo.

Quantum ad secundam partem conclusionis, sciendum ꝙ multitudo licet sit infinita in potētia, non est tamen infinita secūdum diuisionem, sicut magnitudo: multitudo enim & numerus plures vnitates tanquam partes continet. vnde cum vnitas sit indiuisibilis, diuisio numeri ad indiuisibile terminatur, sed est infinitus in potentia secundum appositionem, ideſt ꝙ quocunque numero dato, potest dari maior, & illo dato adhuc potest dari maior, & sic in infinitum, ita ꝙ nunquam peruenitur ad vltimum numerum: probatur ista pars. Numerus causatur & augetur secundum diuisionem continui vt dictum est superius, sed continuum est diuisibile in infinitum: ergo & numerus est augmentabilis in infinitum.

Attendendum autem cum dicimus, magnitudinis diuisionem, & numeri augmentationem esse infinitam in potētia, ꝙ dupliciter habere sensum potest. Vnus est, ꝙ potest esse actu simul infinita

T. 56. & 57.

diuisio magnitudinis, & infinita numeri augmentatio, & hic sensus est falsus vt patet ex Philosoph. Alius est, ꝙ diuisio magnitudinis, & similiter numeri appositio, nunquam est tota simul, sed posita vna diuisione in actu, remanet potentia ad aliā diuisionem: & sic in infinitum. Similiter facta appositione ad numerum præcedentem, remanet potentia ad aliam appositionem in infinitum, & iste sensus est verus & intentus a Philosopho. Vbi notandum secundum simplicium, ꝙ cum potentia dicatur ad actum, quot modis dicitur esse in actu, tot modis dicitur esse in potentia. Esse autem actu dicitur aliquid vno modo, quia totum simul est secūdum omnes suas partes, sicut homo, domus, & alia permanentia. Alio mō quia fit, & suū esse in fieri consistit, suæque partes nō sunt simul, sed succēssiue, sicut ludus, & dies, similiter ergo esse aliquid in potentia dupliciter dicitur. Vno modo, quia totum secundum omnes suas partes simul esse potest, sicut dicimus æs esse in potentia statuam. Alio modo, quia potest esse tanquam in fieri, & successiue esse habens. Sicut dicimus posse esse diem, aut ludum, & similia. Cum ergo dicimus diuisionem magnitudinis esse infinitam in potentia, intelligitur non primo modo, quasi videlicet omnes huiusmodi diuisiones simul esse possint, sed secundo modo, quia. s. potest diuisio magnitudinis successiue in infinitum fieri. Similiter dicitur de additione numerorum, quæ est infinita in potentia.

Sciendum secundo, ꝙ ratio huiusmodi infinitatis in potētia est, qa ens actu, cuius esse est in fieri, cum actu semper habet coniunctam potentiam, & nunquam actus a potentia separatur, ideo quando secundum vnam partem est in actu, secundum aliam est in potentia, & propterea in infinitum proceditur. Quia ergo posita vna magnitudinis diuisione in actu, in parte remanente est potentia ad aliam diuisionem, & illa posita in actu, remanet potentia ad aliam, ita ꝙ nunquam deuenitur ad vnam diuisionem, cui non sit ad aliam diuisionem coniunctam potentia, cum diuisio semper fiat in quanta, & consequenter in diuisibilia; ideo in diuisione magnitudinis in infinitum proceditur. Idē dicitur de infinita additione ī numeris suo modo, vna enim additione ad numerum in actu posita, illi potentia ad aliam additionem est coniuncta, & nunquam vna additio ponitur in actu, cui non sit coniuncta potentia ad aliam, & propterea in tali additione in infinitum proceditur, & dicitur ibi esse infinitum in potentia.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo, vt immediate dictum est, quod non dicitur aliquid infinitum in potentia, quia habeat potentiam ad hoc, vt sit actu simul secundum se totum, sed quia in ipso est potentia ad aliquid in infinitum, habendo semper actum potētiæ admixtum.

Dicitur secundo ad maiorem, quod est vera ad hunc sensum, ꝙ id quod est in potentia, potest reduci in actum, eo modo quo est in potentia. s. si conuenit alicui esse in potentia ad hoc, vt sit actu simul secundum omnes partes suas, potest reduci ad actum, vt simul secundum omnes partes suas sit in actu, sicut est Sor. aut Plato. Si autem conuenit alicui esse in potentia, non ad hoc vt simul secūdum omnes partes suas sit in actu, sed successiue, tunc reducitur ad actum successiue, sicut dies, qui successiue in actum reducitur, non autem totus simul. Modo dicitur quòd infinito non conuenit esse in potentia primo modo, sed secundo

modo

modo tantum,ideo non sequitur , ꝙ possit esse actu totum simul, sed bene quod possit esse actu successiue per partem post partem in infinitum , & hoc non negamus.

Ad secundum dicitur, vt dictum est in primo, ꝙ licet cuiuslibet rei naturalis detur minimum p se subsistens,ita quod minus illo non posset subsistere in tali natura,tamen non datur minimum in existens;nam dato quocunque , adhuc datur minus illo existens in toto,eo ꝙ quælibet pars sit diuisibilis,& omnis pars sit minor suo toto.

ADDITIO

1.posterior. c.de per se.

CIRCA illam probationem,qua probatur prima pars conclusionis,si magnitudo non esset diuisibilis in infinitum,oporteret per diuisionem peruenire ad aliquid indiuisibile &c. valde considerandæ sunt rationes illorum,qui asserunt magnitudinem componi ex indiuisibilibus,propter auctoritatem Arist. 1. Poster.vbi loquens de linea,& de punctis ait,ꝙ substantia lineæ est ex his,& quia vnumquodq; componitur ex illis,ex quibus est sua substãtia, si substantia lineę est ex punctis,ergo aliqua magnitudo est ex indiuisibilibus, & sic probatio adducta erit nulla.

Et confirmatur , quia sicuti se habet vnitas ad numerum,ita punctus ad magnitudinem,sed numerus est compositus ex vnitatibus,quia numerus est multitudo aggregata ex vnitatibus,vel numerus est multitudo mẽsurata per vnum,vt scribitur 10.Metaph.& sic sequitur quòd aliqua magnitudo est ex indiuisibilibus.

10. metaph. tex.6.& p:p. q.11.

Et propterea,vt appareat tum veritas rei , tum etiã efficacia rationis scias,quòd duplex est compositio,vna quæ dicitur essentialis,qua aliquid componitur ex partibus essentialibus,vt homo,qui componitur ex corpore,& anima.

Alia est compositio quãtitatiua,qua componitur aliquid ex partibus quantitatiuis,vt domus ex tecto,fundamento & parietibus,differunt autem partes essentiales à partibus quantitatiuis, primo quia partes essentiales, nõ sunt eiusdem rationis inter se,nec cum toto penitus, quia vna pars essentialis est potentia, vel ens in potentia aliquo modo,& alia est actus,vt patet de materia & forma,quæ sunt proprie partes essentiales substantiæ compositę,partes vero quantitatiuæ sunt eiusdem ratio

Quid est pars essentialis, & quid quãtitatiua.

nis,saltem in aliquibus compositis,ita quòd vna earum non est proprie actus nec perfectio alterius,sed ambæ sunt in toto in potentia , veluti partes quantitatiuæ aquæ sunt eiusdem rationis & naturæ,quia quælibet est aqua,& sic in alijs homogeneis.Rursus est alia differentia,quia partes quantitatiuæ non sunt in eodem loco , sed in diuersis locis aliquo modo,ita scilicet ꝙ vna est extra aliam,vt caput & manus & huiusmodi partes; sed partes essentiales sunt in eodem loco, vel saltem non in alio loco , nec vna est extra aliam secundum situm , vt materia & forma sunt in simul in eodem loco, vel non in alio, & alio loco, ex hoc sequitur alia differentia,ꝙ totum compositum ex partibus quantitatiuis,est in maiori loco quam sua pars,vt totum corpus hominis est in maiori loco quam caput:similiter autem & in alijs,sed totum compositum ex diuersis partibus essentialibus,non est in maiori loco, quam vna suarum partium. Alia quoque differentia sequitur, ꝙ vna pars quantitatiua in aliquibus compositis bene potest remanere corrupta alia,sed in compositione essentiali propria,nõ quælibet pars potest remanere separata ab alia: nã separatio formæ materialis a materia, est sua corruptio,vt scribit cõmentator in libro de substantia orbis contra Algazelem.

Com.in lib. de substãt. orbis.

Scias adhuc,quod differt linea secundum suam essentiam absolute,& linea terminata,nam essentia lineę absolute,est dimensio,qua aliquid extenditur secundum longum,& non secundum latum,nec profundum,hinc definitur linea est longitudo sine latitudine, non secundum subsistentiam,quia semper linea est coniuncta secundum esse subsistentiæ cum latitudine,scilicet in eodem subiecto,sed secundũ essentiam, quia essentia lineæ est alia ab essentia superficiei, seu latitudinis:linea vero terminata est quoddam aggregatum ex essentia lineę,& ex terminis,veluti homo albus ex essentia hominis & albedinis.

Definitio Euclidis.

Scias adhuc , ꝙ apud Euclidem definitur punctus sic,punctus est cuius pars non est,quibus iactis,dilucidatur veritas huius dubitationis per has tres propositiones,videlicet.

Linea nullo modo est composita ex punctis, veluti ex partibus quantitatiuis,quia partes quantitatiuæ,ex quibus constituitur aliqua magnitudo, aut sunt sibi inuicẽ continuæ,aut contiguę,aut consequenter se habentes , sed puncta nullo horum modorum reperiũtur in linea, vt patet:igitur propositio vera.

Secunda propositio est, essentia lineæ secundum se, non est composita ex punctis,tanquam ex partibus essentialibus,seu compositione essentiali , quia si essentia lineæ haberet partes essentiales , quælibet illarum partium deberet esse,id quo aliquid est diuisibile : nam linea primo est id,quo aliquid est longum, sed punctum non est id quo aliquid est diuisibile formaliter,vt patet etiam tonsis & lippis,igitur propositio vera.

Tertia propositio,linea terminata est composita ex punctis,quadam compositione simili compositioni essentiali,quia illud quod est compositum ex aliquibus diuersarum rationum , est compositum ex illis compositione essentiali,vt patet ex dictis , sed linea terminata est composita ex essentia lineę,& punctis,& essentia lineæ est alterius rationis a punctis,igitur propositio vera,sed hæc compositio non est vera compositio essentialis,sed ei similis,quia sicut per formam compositum distinguitur ab alio,ita linea distinguitur ab alia linea per punctum terminantem, vnde puncta se habent ad modum formæ. Quibus propositionibus declaratis,soluitur dictum Arist. 1.poste.quod non fuit ad mentem eius,sed ad mentem antiquorum tenentium lineam cõponi ex punctis,& de eis exemplis non requiritur uerificatio,sed manifestatio.

Ad confirmationem dicas,ꝙ est similitudo in hoc, quòd sicut vnitas est principium numeri,sic punctus est principium lineæ aliquo modo,sed in alio est dissimilitudo,quia vnitas potest se habere ad aliam vnitatem aliquo modo conuenienti ad constituendum numerũ, scilicet consequenter,hoc tamen non potest dici de punctо,vt dictum est supra,ex quibus patet veritas rei & efficacia rationis Auctoris.

QVAESTIONES

IN LIBRVM QVARTVM PHYSICORVM

Cum Additionibus ad easdem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum locus sit terminus continentis immobilis primum.

Quare locus est terminus continentis immobilis primum. *Tex. XLI.*

CIRCA quartum librum Physicorum, quæritur primo, Vtrum sit ista cõueniens loci definitio,locus est terminus continentis immobilis primum : & videtur quod non .

Cap.de quãtitate.

Primo.locus ponitur à Philosopho in prædicamentis species distincta à superficie: ergo non est superficies , quæ est terminus corporis continentis.

Secundo . Illud est locus ad quod terminatur motus localis , sed motus localis terminatur ad vbi,non ad superficiem continentis: ergo locus est vbi,non autem superficies.consequentia nota cum maiori,quia motus dicitur localis,eo quod terminat ad locum . minor vero probatur . Terminus motus est in mobili,sicut & motus, cum sint idem vt dictum est in tertio,sed superficies continentis non est in eo,quod mouetur localiter , sed tantum vbi:ergo &c.

Pro hoc vide D.Th. p. p.q.52. art. 1.& 1.di.31. q 3.art.1. & 2.& 2 di.6. art.3.& 1.q. 3.arti.19.& q.11.q.1.

Tertio.Illa sunt eadem quorum per se differentiæ sunt eædem,sed eædem sunt differentiæ per se loci,& positionis,scilicet sursum & deorsum , ante & retro,superius & inferius:ergo locus est positio, non autem superficies.

Quarto.Si loci est continere, quia est terminus continentis,aut hoc est , quia totus locus per totũ contentum procedit siue penetrat,aut quia extrinsece ipsum circumtegit: non primũ , quia tunc nõ esset vltima superficies continentis,non etiam secundum,tum quia tunc etiam vestis locus erit, cũ & ipsa circumtegat hominem,tũ quia talis superficies , aut totum continet contentum , aut eius tantum superficiem : non totum , quia locum oportet esse æqualem locato , illa autẽ superficies non est æqualis toti contento,cum illud trinam habeat dimensionem,non autem superficies quæ est terminus continentis.

Si dicatur quod superficies continentis est ęqualis contento,secundum eius superficiem vltimam, per quam est in loco.

Contra . Si totum aliquid patitur aut agit per partem,oportet illud primo parti conuenire.Sicut si aliquid per superficiem dealbatur,oportet prius superficiem dealbari:superficies autem non est in loco saltem per se:ergo &c.

Quinto.differẽtiæ loci sunt sursum,& deorsum, sed deorsum non est superficies, sed centrum mundi,quod est indiuisibile.ergo locus non est essentialiter superficies.

Sexto. Propriũ est loci conseruare: sed quãtitas non habet conseruare, ergo quãtitas nõ est locus.

Septimo. Mutato corpore, mutãtur omnia eius accidentia:sed locus per te est superficies corporis continentis:ergo mutato continente,mutabitur locus,sed contingit continens mutari, ipso etiam cõtento manente:sicut manente terra, mouetur aer & aqua,à quibus continetur,ergo & locus: ergo locus non est superficies immobilis.

Respondeo ,quod ista est conueniens definitio loci, probaturque ratione Philosophi. Illa definitio est conueniens,per quam manifestatur essentia rei,& per quam possunt solui omnia oppositа circa definitum,& per quam manifestantur proprietates definiti,sed ista est huiusmodi,vt patet per totum processum Phil.de loco:ergo &c. 4 phy.T.31

Habet autem ista definitio tres partes,quarum Prima est,quod est terminus continentis . Secunda , continentis primum. Tertia,immobilis : vnde omnes istas partes oportet declarare,& sic tota definitio erit nota.

Primam partem probat Philosoph. tali ratione. Locus aut est forma,aut materia, aut spatium incluſum intra latera continentis,aut terminus continentis,sed nõ est forma,nec materia , nec spatiũ, vt patet ex rationibus positis in litera,ergo est vltimum continentis. Te. 25. vsq; ad 39.

Pro declaratione autem huius partis aduertendum primo,quod cum corpus continens aliud corpus duas habeat superficies, eius profunditatem terminantes,vnam scilicet intrinsecam,qua tangit vltimam extrinsecam superficiem corporis cõtenti,alteram vero extrinsecam , qua ipsum non tangit locus,ergo,vt ex Arist.patet,est terminus intrinsecus continentis,idest intrinseca superficies , qua tangit superficiem contentum,non autem est exterior superficies. Quodlibet corpus habet duas superficies ,vnam intrinsecã & aliã extrinsecã.

Attendendum secundo, ꝙ superficies dupliciter considerari potest . Vno modo in quantum superficies absolute,& sic non conueni sibi quod sit Tex.48

locus;non enim omnis ſuperficies locus eſt. Alio modo,inquantum cum ipſa duplex reſpectus cointelligitur,reſpectus.ſ.continentis ad cõtentum, & reſpectus ad primum continens, ex quo dicitur in determinato ſitu vniuerſi eſſe, & ſic ſuperficies naturam & rationem loci habet.

Situs dupliciter accipi poteſt.

Aduertendum autem,quod ſitus dupliciter accipi poteſt,ſcilicet vt circumloquitur differentiam quantitatis, vt inquam dicit ordinem partium in toto,ſecundum quòd in toto vna præcedit aut ſubſequitur alteram, & vt eſt prædicamentum per ſe, ſecundum ſcilicet quòd dicit ordinem partium in loco,ita quod partes locati correſpondent partib. loci. Cum ergo quilibet locus inferior, & ſit pars vniuerſi,& ſit quid contentum à cœlo, ſicut locatũ à loco,& iccirco poſſit habere ad primũ continens ordinem,& ſicut vna pars vniuerſi habet ordinem ad aliam partem,& ſicut locatum habet ordinem ad locum,cum dicitur,quod ſuperficies continens eſt locus,ſecundum quod habet determinatum ſitum & ordinem ad primum continens,quod eſt cęlum,accipitur ſitus vt ad quantitatem pertinet, nõ autem vt eſt prædicamentum per ſe,ex eo enim ꝙ talem diſtantiam ad cœlum habet, & ad polos & centrum;rationem loci habet,reſpectu eorum,quę ab ipſo continentur.

Qũo idẽ corpus exiſtens in aqua ĩ aere & terra ſit in vno loco.

Sed tunc occurrit dubium. Si enim locus eſt, eſt ſuperficies,cõtinens cum tali ordine ad vniuerſũ, ſequitur quod ſit vnum corpus ſimul in diuerſis locis,verbi gratia. Si idem corpus ſit ſecundum vnã partem in terra,ſecundum aliam in aqua, ſecundum aliam in aere. Nam alia, & alia erit ſuperficies,& alius,& alius ordo ad cęlum, ſed hoc eſt impoſſibile,ergo &c.

Reſpondetur,quod non eſt inconueniens huiuſmodi corpus ſecundum diuerſas ſui partes in diuerſis locis eſſe:licet enim partes ſint in toto in potentia,inquantum nõ exiſtunt per proprium eſſe, ſed tantum per eſſe totius, ponũtur tamen aliquo modo in actu,eo quod vnaquęque habeat propriũ locum, ſicut ſi vnum corpus ſecundum medietatẽ eſſet album,& ſecundum medietatem nigrum, illæ duę medietates dicerentur aliquo modo in actu eſſe,inquantum vnaquæque proprium eſſe accidẽtale haberet.

Reſpondetur ſecundo, quod illud totum eſt in vno loco tantum,non autem in pluribus locis:licet enim ſuperficies ſint diuerſæ, totum tamen habet primo,vnam diſtantia ad cœlum,partes vero non habent propriam diſtantiam,ſed diſtant, ipſa diſtantia totius;quæ partibus conuenit ſecundario, inquantum illud totum,quantitatiue conſtituunt.

Circa rationem ab Ariſt. adductam, aduertendum ex Simplicio,quod non eſt ratio demonſtratiua,ſed probabilis. Non enim accipit Philoſ. tanq̃ neceſſariam diuiſionem,quod locus ſit, aut materia,aut forma,aut ſpatium,aut ſuperficies. Nam ſunt multa alia eorum,in quibus alia ſunt,quę neque materia,neque forma,neque ſpatium, neq; ſuperficies ſunt:totum enim in partibus,& partes in toto,& iſta nullum ſunt iſtorum: ſed tanquam ſecundum enumerationem opinionum de loco,quæ fuerunt de loco.

Cõtinẽs eſt

Quantum ad ſecundam partem,qua dicitur,cõtinentis primum,notandum quod, vt habet hoc loco Philoſophus,duplex eſt continens:ſcilicet commune,& proprium. Commune eſt quod plura continet: ſicut cœlum continet omnia iſta inferiora. Proprium,ſiue primo continens,eſt quod ita continet iſtud,quod non continet aliud, neque ipſum contentum ſecundum aliquid ſui ab alio continetur,ſicut vas plenum aqua,primo dicitur continere aquam,quia nullum aliud corpus continet, neque iſtud corpus ſecundum aliquid ſui continetur ab alio. Vnde primo continere,eſt continere adæquate,ita ſcilicet quod nihil contenti ſit extra continens,& continens nihil aliud contineat,quam id cuius dicitur eſſe primo cõtinens, Philoſophus ergo dum dicit locum eſſe terminum cõtinentis, primum dat intelligere,quod definit locum propriũ, non autem locum communem. Hæc dicta ſint latinum tex. ſequendo.

&c ſ. cõed: proprium, 4.phyſ. — Tex.41.

Sed attendendum quod ly,primum,aduerbialiter poſitum in tex. latino,non haberi in græco, ſed ponitur loco eius hoc nomen primus :tanquam adiacens huic ſubſtantiuo terminus. Ibi enim ſic habetur. Quare continentis terminus immobilis primus,hoc eſt,locus,vbi Simplicius per primum continentis terminum intelligit eius ſuperficiem, quæ eſt proxima & immediata corpori contento, ipſumque tangit: Eſt enim id,quod dicitur in loco eſſe, non ſolum in interiori ſuperficie continentis immediate,corporis,verum etiam in interiori ſuperficie continentis ipſum continens,ſicut ſi lapis in aqua ſit,aqua vero in aere,lapis nõ ſolum in ſuperficie aquæ,verum etiam in ſuperficie aeris cõtinetur:verumtamen quia illa ſuperficies,quæ continet corpus, locans ipſum quod ponimus in loco eſſe, proxime & immediate non continetur: ideo non eſt proprie locus eius. Nõ enim ſuperficies aeris continentis aquam, eſt proprius locus lapidis exiſtentis in aqua. Sed ſuperficies aquæ ipſum immediate continentis.

Loci immutabilitas quo intelligatur.

Quantum ad tertium, ſcilicet quantum ad immutabilitatem loci,prætermiſſis multis opinionibus,duo mihi videntur eſſe modi,quibus ad mentem Ariſt. intelligere poſſumus locum eſſe immobilem:vnus eſt quem tangit Alexander & Simplicius.ſ.quod locus inquãtũ locus ex ſui natura hẽt, quod non moueatur ſecundum locum ad motũ locati,ſed quieſcat ſiue permaneat:alioquin oporteret loci locum eſſe. Nam cum in loci notitia ex motu ſecundum locum deuenerimus: inquantum videmus,quod in loco permanente,& non localiter moto,dum recedit vnum corpus, alterum ſibi ſuccedit,videtur de natura loci eſſe inquantum locus eſt,quod ad motum locati nõ moueatur localiter, ſed maneat:vnde quandiu ſuperficies corporis cõtinentis manet immobilis: moto localiter eo,ꝙ in ipſa continetur:tandiu loci nomen & rationem tenet,q̃ primum aũt ponitur cum cõtento corpore, ſimul localiter eodem motu moueri, locati rationem amittit,& vaſis aſſumit rationem, propter ꝙ inquit Philoſophus,quod ſi moto cõtẽto,moueatur id in quo continetur,ſicut cum aqua fluuii, & nauis in ea exiſtens ſimul mouentur, contentum vtitur illo vt vaſe,magis quam vt loco,ſimiliter dicendum eſt;de ſphæris,quæ raptu firmamenti mo-

Tex.41.

uentur

uentur,quod ſunt in ea magis ſicut in vaſe,quam ſicut in loco, quãuis ſm ꝙ proprio motu mouentur, ſint in ipſa,ſicut in loco. Et propterea Philoſ. in rõne loci poſuit,quod ſit cõtinentis terminus immobilis:ad rationem enim loci non ſufficit, quod ſit terminus continentis: ſed præter hoc, requiritur, quod talis terminus ſit immobilis. Nam eſſe terminum continentis,aliquo modo commune eſt vaſi & loco,ſed eſſe terminum huiuſmodi immobile, proprium eſt loco,per quod a vaſe diſtinguitur.

Lect.6.

Alius eſt modus dicendi,quem S. Tho. aſſignat: dicitur enim locus immobilis,quia idem manet & non permutatur. Pro hoc autem modo, notandum eſt ſecundum mentem S.Thom. in expoſitione, ꝙ cum ſuperficies,vt ſuperius dictum eſt, rationem loci non habeat, niſi ſecundum quod determinatum ordinem & ſitum habet in vniuerſo, duo ſunt de ratione loci;vnum ſcilicet materiale,quod eſt ipſa ſuperficies:aliud vero formale,qui eſt ipſe ordo & ſitus. Quantum ergo ad materiale non eſt neceſſe,quod permaneat ſemper locus rei contentę, & locatæ,ſed quãtũ ad formale ſemper manet; quãuis enim ſuperficies aquæ,circa palum exiſtentem in flumine,continue varientur,continue enim alia & alia aqua continetur,manet tamen in omnibus ſuperficiebus ſibi ſuccedentibus idem ordo & ſitus in vniuerſo,inquantum omnes eandem diſtantiam ſeruant ad primum continens. Dicitur ergo locus eſſe immobilis,ideſt ſemper idem manẽs & non variatus,non quidem quantum ad ſuperficiem,quod eſt materiale in loco: ſed quantum ad ordinem & ſitum a quo formaliter ratio loci eſt accepta. Sicut etiam ignis dicitur idem manere quantum ad formam, licet ſecundum materiam varietur,conſumptis & additis quibuſdam lignis.

Locus ſemper immobilis,& idem manens.

Tex.41.

Hic autem ſenſus quem diximus eſſe S.Tho. videtur a Philoſopho intendi, dum inquit quod totus fluuius eſt magis locus nauis, quia totus fluuius eſt immobilis,conſtat enim quod totus fluuius immobilis dicitur,quia idem ſemper fluuius perſeuerat,licet continue alia & alia aqua fluat: dicitur autem idem fluuius ſemper manere, quia ſemper manet eadem eius diſtantia, & idem ordo ad cœlum; vel etiam ut inquit Simplicius, quia idem eſt principium, a quo aqua fluit & idem terminus in quem influit. Vtrumque ſenſum text.42. dat intelligere,dum ait,quod medium cœli, & vltimum verſus nos circularis motus videtur eſſe hoc quidẽ ſurſum,illud vero deorſum maxime omnibus proprie, quia hoc quidem ſemper manet, circularis etiam motus vltimum ſimiliter ſe habens manet: vt enim inquit Simplicius & ſurſum & deorſum ſemper manet,tam ſecundum exiſtentiam, quam ſecundum locum:licet immobilitas ſecundum locum,ſecundum Simplicium, magis quæratur in loco.

Simplicii auctoritas. Text.42.

Quod ſi quæratur,quare a tali ordine ſumitur ratio loci formaliter.

Dicitur,quod huius ratio eſt, quia loci communiter eſt cõtinere,loci vero naturalis, eſt etiam conſeruare locatum. Primum autem continens eſt cœlum:idemque eſt primum conſeruans, à cuius influentia & virtute vnum quodque conſeruans inferius,virtutem conſeruatiuam recipit,ſecũdum quod eſt indeterminato ſitu determinataque diſtãtia ad ipſum.

Sed contra iſtam declarationem duplex dubiũ occurrit. Primum:eſt quia non ſolum inquit Philoſophus,ꝙ locus debet eſſe immobilis, ſed etiam ꝙ eſt ſuperficies immobilis: ſecundum autem hanc expoſitionem ponitur quidem, ꝙ locus eſt immobilis;non tamen ponitur ſuperficies continentis eſſe immobilis:immo ipſam eſſe mobilem ponitur.

Secundum eſt. Nam variato ſubiecto, neceſſe ẽ relationem diſtantiæ,& ordinis variari; non enim accidens de ſubiecto in ſubiectum migrat. Corpus autem & ſuperficies continens locatum,eſt ſubiectum talis relationis:ergo tali corpore talique ſuperficie variata,variatur diſtantia & ordo: & ſic,ſi materiale loci variatur,neceſſe eſt & formale variari,cuius oppoſitum dictum eſt.

D.Th.lect.6.

Superficies corporis continentis dupliciter conſideratur.

Ad primum horum dicitur ſecundum mentem S.Thom. Superficies corporis continentis,dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo, inquantum ſuperficies talis corporis: Alio modo,inquantum rationem loci habet, ideſt inquantum talem ordinẽ & diſtantiam habet ad cœlum. Primo modo eſt mobilis:ſecundo vero modo immobilis:ex eo ꝙ ſuperficies ſuccedens,eundem ordinem & diſtantiã eandem ad cœlum tenet,quam prima tenebat. Vnde confuſe & indeterminate manet ſemper talem ordinem habens in vniuerſo,& taliter diſtans a cœlo: licet non ſemper determinate hoc taliter ordinatum,& taliter diſtans maneat.

Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ ſi mutetur ſuperficies & non permaneat,mutatur & ille ordo ſecũdum numerum,& quot ſuperficies ſuccedunt ſibi inuicem circa idem locatum,tot relationis diſtantiæ & ordinis ſecundum numerum ſibi ſuccedunt: ſed tamen ſemper manet eadem diſtantia,& idem ordo ad cœlum ſecundum ſpeciem : ſi enim circa nauem vnam manentem immobilẽ,continue fluat alia,& alia aqua,erit continue alia,& alia diſtantia ſecundum numerum,& alius & alius ordo: ſed omnes aquæ eandem habebunt diſtantiam ſecundum ſpeciem:unde dicitur locus immobilis, non quidẽ ſecundum numerum,ſed ſecundum ſpeciem, inquantum ſemper idem reſpectus diſtantiæ & ordinis ſecundum ſpeciem manet:licet ſecundum numerum varietur,ſicut eſt de igne, argumentum autem probat quod non ſit ſecundum numerum immobilis,

Locus nõ ſemper eſt immobilis ſecũdum numerum, ſed ſecundum ſpeciem.

Sed adhuc videtur dubium remanere. Nam licet homo maneat ſemper ſecundum ſpeciem:quia tamen ſecundum indiuidua eſt mobilis & incorruptibilis,non dicitur abſolute incorruptibilis & immobilis,ſed corruptibilis:ergo nec locus debet dici abſolute immobilis,eo quod ſecundum ſpeciem ſit immobilis,ſi ſecundum indiuidua ſit mobilis & tranſmutabilis.

Reſpondetur,quod alia ratio eſt de homine,& alia ratio de loco: locus enim vltra vnitatẽ ſpecificã ordinis quæ manet,habet etiam vnitatem numeralem termini illius ordinis:ille.n. ordo vnus ſecundum ſpeciem terminatur ad cœlum: quod manet ſemper idem ſecundum numerum, & hoc ſufficit ad hoc ꝙ dicatur locus:& vnus & immobilis abſolute:vnde proprium eſt relationi diſtãtiæ,ꝙ vnitas

ſpecificam eius cum vnitate numerali eius a quo aliquid diſtat, ſufficit ad hoc vt dicatur vna ſimpliciter & eadem diſtantia.

Ex iſta determinatione ſequitur quod licet circa eandem turrim continue fluant diuerſæ ſuperficies aeris, dicitur tamen turris eſſe ſemper in eodē loco, quia ſemper eſt in eadem diſtantia ad cœlū, & ad polos mundi.

Argumento rum ſolutio

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur. Ad primam dicitur, q̄ licet eadem res materialiter ſit ſuperficies & locus: locus tamen & ſuperficies ſunt diuerſæ ſpecies quantitatis. Nam Philoſo. ut dicit S. Tho. 5. metaph. in prædicamentis conſiderat de vnitate, ſecundum rationem menſuræ: vnde illa q̄ habent diuerſam rationem menſuræ, ponit diuerſas ſpecies quantitatis; eadem ergo res dicitur locus & ſuperficies, quæ ſecundum rationem menſuræ diſtinguitur ſpecie a ſeipſa, cōſiderata vt habet aliam menſuræ rationem: ſecundum enim quod eſt menſura intrinſeca, menſurans .ſ. id in quo eſt, dicitur ſuperficies: ſecundum autem quod eſt mēſura extrinſeca locati, dicitur locus.

D. Th. 5. metaph. tex. cō. 8. in calce.

Motus localis hēt duos partiales terminos .ſ. intrinſecū & extrinſecum

Ad ſecundum dicitur primo, quod motus localis habet duos terminos partiales: vnum ſcilicet intrinſecum ſubiecto, alterum vero extrinſecam: ſed hi ſe habent tāquam vnus totalis terminus motus: terminus intrinſecus eſt vbi, extrinſecus autem eſt locus.

Dicitur ſecundo, quod motus ad vbi, & ad locū, magis nomine motus localis nominatur, quam alio nomine: tum quia cum ſimul ſint, vnus totalis terminus motus, locus eſt cauſa vbi, tū quia locus eſt quid abſolutum quantum ad id, quod dicit in recto: vbi autem eſt relatiuum, vnde motus ille denominatur a nobiliori.

Dicitur tertio, quod maior eſt falſa, ſi loquatur de termino intrinſeco mobili, ſed eſt vera de termino extrinſeco, in quo ſenſu negatur minor, probatio autem non procedit ſecundum iſtum ſenſum. Ad probationem autem maioris dictum eſt, quare dicitur motus localis, non quia ſcilicet locus ſit terminus intrinſecus; ſed quia exiſtens terminus extrinſecus eſt cauſa termini intrinſeci.

Ad tertiū dicitur, quod alia & alia rōne ſurſum & deorſum ſunt differentię loci, & poſitionis. Secū dum enim quod habent motum grauium & læuiū terminare, illaque continere, ſic ſunt differentiæ loci. Secundum autem quod determinatum partium ordinem in toto dicunt, ſic ſunt poſitionis differentiæ.

Surſum & deorſum alia rōne ſunt differētiæ loci & alia poſitionis.

Ad quartum dicitur, quod loci eſt continere, nō per modum penetrantis, ſed per modum extrinſece tangentis & circumtegentis. Ad primam huius improbationem dicitur. Primo, quod continere etiam per modum circontegentis, non eſt proprium loci, immo etiam veſti, & vaſi conuenit.

Dicitur ſecundo, quod non ſequitur ex hoc, veſtem eſſe locum: quia loci non ſolum eſt circumtegere locatum, ſed circumtegere tanquam receptiuum quoddam rei mobilis, ipſum manens immobile, & ad motum locati non tranſmutatum: quorū neutrum proprie conuenit veſti, neque enim recipit veſtitum tanquam ad ipſam manentem immobilem accedentem, neque homine veſtito moto localiter, ipſa manet immobilis: ſed cum ipſo mouetur. Ad ſecundam improbationem, dicitur ut ibi dicebatur. Cum autem inſtatur, quia tunc ſuperficies contenti eſſet primo, & per ſe in loco, dicitur quod dupliciter per aliquid poteſt vnum alteri cōuenire. Vno modo tāquam per illud quod eſt tale, ſicut criſpitudo conuenit homini per capillos. Alio modo tanquam per illud quo aliquid eſt tale, ſicut homo eſt albus per albedinem, id per quod vnum conuenit alteri primo modo, oportet primo & per ſe eſſe tale: capilli enim primo dicuntur criſpi. Sed id per quod vnum conuenit alteri ſecundo modo, non oportet vt primo ſit tale: non enim albedo eſt primo alba, immo nec proprie alba modo dicitur, quod per ſuperficiem vltimam contentum eſt in loco ſecundo modo, non autem primo modo, & ideo non oportet, vt ipſa primo & per ſe ſit in loco, ſed quod ſit ratio corpori in loco exiſtendi.

Aliquid conuenit alicui per alterum

Ad quintum dicitur, quod duplex eſt deorſum, ſicut duplex eſt ſurſum, vnum quidem ſicut locus, aliud vero ſicut locatū, vnde & Ariſt. is quidem cō tinens terminus, qui verſus medium deorſum eſt, & ipſum medium: is autem qui verſus vltimum, ſurſum, & ipſum medium: is autem qui verſus vltimum ſurſum, & ipſum vltimum. Dicitur ergo q̄ deorſum eſt differentia loci, ſecundum quod dicit terminum continētis verſus medium, & hæc eſt ſuperficies, non autem ipſum medium. Vbi aduerte, quod per medium exiſtens in loco non intelligit Simplicius hoc loco cētrum, ſed terram: hæc enim vere eſt terra, locus autem deorſum verſus mediū, dicit ſuperficiem eſſe corporis continentis terram, quod alicubi eſt aer, alicubi vero terra, quamuis alicubi terra habente aliquā concauitatē terminus ipſius terræ continentis aliā terram, aut aquā, aut aliud corpus locus dicitur. Vnde quia nulla ſuperficies determinata eſt locus, neque aliquod corpus determinatum, ſed aliquando terra, aliquando aliud corpus, ideo indeterminate Ariſtot. dixit verſus medium continens terminus deorſum eſt, & ipſum medium.

Duplex eſt ſurſum & deorſum.

Tex. 41.

Ad ſextum dicitur primo, quod locus mathematice conſideratus non habet conſeruare, ſed ſolum locus phyſicus, ideſt locus exiſtens in corpore naturali, vnde non eſt de ratione loci, inquantum locus eſt, conſeruare, ſed ſolum de ratione loci, inquantum naturalis eſt.

Dicitur ſecundo, q̄ ſuperficies naturalis dicitur conſeruare, quia id cuius eſt ſuperficies habet conſeruare, puta aer, aut aqua, aut aliquid huiuſmodi: vnde conuenientius diceretur, quod corpus locās conſeruat, quam quod locus.

Ad ſeptimum dicitur, ut dictum eſt in quæſtione, quod licet mutetur ſuperficies, non tamen mutatur locus formaliter: quia in diuerſis ſuperficiebus manet idem ordo ad totum vniuerſum: vnde ſi uas aquæ tranſmutetur de vno ſitu ad aliū, non mutatur locus: ſed aqua, & vas de uno loco ad aliū transfertur.

ADDITIO

QVIA auctor in declaratione ſecundæ partis definitionis, ponit quandam famoſiſſimam propoſitionem, & ſatis vulgatam ſcilicet, cœlum continet omnia iſta inferiora. Et cum Auerroes ſcribat 4. phyſicor. quòd continentia dicitur de tribus, de fine cō tingente, non contingente, & de forma: ſi ergo cœlum continet omnia iſta inferiora, quæritur quo modo continet, aut vt finis contingens, aut vt finis non cōtingēs, aut vt forma, ſed nullo iſtorum modorum eſſe poteſt, quia cœlum eſt vniuerſale agens reſpectu horum inferiorum, vt ſcribit Comment. 2. cœli, & 12. metaphyſic. quòd ſol, & ſtellæ ſunt principium cuiuſlibet viui in natura, & D. Thom. ait, quod corpora cœleſtia, cum inter omnia alia ſint magis immobilia, quia non mouentur niſi motu locali; corpora iſta inferiora pluribus motibus agitantur, propterea concludit cœleſtia corpora agere in iſta inferiora. Quod etiam D. Dionyſius de diuinis nominibus aſtruere videtur, dum dicit, quòd lumen ſolis ad generationem ſenſibilium corporum confert, & ad vitam ipſam mouet, & nutrit, & auget, & perficit. Et Auguſtin. libr. 3. ait, quòd corpora craſſiora & inferiora, per ſubtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur. Dubitatio eſt non parua ſcire iſtam continentiam.

Comm. 34.

Tex. 16. & 12. meta 10. Tex. 18.

q. 111. art. 3. 4. cap. de diuinis nominibus.

Auguſti. lib. 3. de Trinit. 4. cap.

Pro cuius ſolutione, ſciendum eſt primo, quòd aliter ſumitur continentia apud Phyſicum, & aliter apud Philoſoph. moralem. Ait enim moralis, quod continentia eſt refrenatio prauarum concupiſcentiarum, vel abſtinentia ab omni delectatione veneris, ſiue abſtinentia ab omni actu illicito, & iſta continentia eſt in volū tate tantum ſubiectiue vt ait D. Thom. 7. Ethicor. Phyſicus dicit, continentiam eſſe manutenentiam, ſeu conſeruationem alicuius rei. vnde dicitur dolium continere vinum, & amphoram continere aquam. & eſt duplex, altera corporalis, altera ſpiritualis. Corporalis eſt inter corpora, & fit per contactum, ſiue mathemati cum, qui eſt per lineam, ſuperficiem, & corpus; ſiue naturalem, qui fit per corpus tantum, vt docet Auerro. 5. phyſicor. Spiritualis vero iſta eſt, qua anima continet corpus, & Deus res creatas continet, vt dixit D. Thom. 1. par. probans Deum non eſſe in rebus, quia quod eſt in aliquo continetur ab eo, ſed Deus non continetur à rebus; ergo Deus non eſt in rebus. Reſpōdebat, quòd licet corporalia dicantur eſſe in aliquo ſicut in continē te, in quibus ſunt: ſicut anima continet corpus, hinc Deus dicitur eſſe in rebus ſicut continens res, tamen per quandam ſimilitudinem corporalium, dicuntur omnia eſſe in Deo, inquantum continentur ab ipſo, vt ait D. Auguſtin. libr. 83. quæſtio. in ipſo potius ſunt omnia, quam ipſe alicubi ſit. Quibus ſtantibus dico modo, quòd cœlum vtroque modo dicitur continere iſta inferiora, etiam continentia corporali, quia eſt locus omnium inferiorum; continet etiam, & continentia ſpirituali, quia eſt vniuerſale agens, vt probatum eſt auctoritate Auerro. dico etiam quia continet, vt forma, & continet vt finis, vt forma per Auerro. 4. phyſicor. habetur, q̄ contentum ſe habet ad continens, ſicut materia ad formam, & quemadmodum materia perficitur per formam, ita contentum perficitur per continens, & 4. cœli, continere eſt formæ, & contineri eſt materiæ, vt finis vero, quia forma, & finis coincidunt. Continet quoque vt agens conſeruatiuum omnium inferiorum. Et ſi quis proteruando diceret, q̄ cœlum non agit in hæc inferiora producendo, nec conſeruando primo ex reſolutione effectus in cauſam, quia omnis effectus dependentiam habet à cauſa: ergo in ipſam reſolui poteſt, ſed hæc inferiora non poſſunt reſolui in cœlo, quia non poſſunt duæ cauſæ eiuſdem generis dependentiam vnius effectus terminare, ſed cauſa particularis terminat dependentiam effectus efficiendo, & conſeruando: ergo non cœlum. Præterea, Intelligentia eſt illa, quę terminat dependentiam: ergo non cœlum: conſequentia patet, quia ad independens ſtat reſolutio, non autem ad dependens. Ideo Auerro. 12. Metaphyſicor. inferiorum operationes in non errantem intelligentiam reducit. Tertio, formæ ſenſibiles perfectiores ſunt cœlo: ergo non ipſum, vt in efficientem cauſam reduci, & reſolui poſſunt, patet conſequentia: quia effectus mobilitatem cauſæ adæquat, cum vniuoca eſt, cum autem eſt æquiuoca, deficit a perfectione cauſæ, vt dicit Auerr. 12. Metaphyſico. Non enim perfectio effectus cauſam ſuperat, quia ſi ſic, illa ſuperflua imperfectio indepēdēs videretur, neq; liceret ex perfectione cauſati, perfectionem cauſæ concludere.

Auer. 12. metap. cōm. 18.

Auer. 12. metap. cōm. 14.

5. phyſi. 30.

D. Tho. p. p. q. 8. art. 1. ad 5. argum. 2.

Auguſt. lib. 83. q.

Aue. 4. phy. comm. 47. 4 cœli. Tex. 35.

Ad primum reſpondeo, quòd cauſarum eiuſdem generis, quædam eſt prior, & eſt cauſa mediata & remota, quædam eſt poſterior, vt patet 2. phyſicor. tex. 32. tunc reſolutio effectus in duas cauſas eiuſdem generis, prima eſt impoſſibilis, quia ordo eſſentialis cauſarum periret: ſed reſolutio effectus in duas cauſas diuerſorum ordinum eſt poſſibilis, ſic autē eſt in propoſito, de cauſa particulari rei inferioris, quę eſt cauſa poſterior, cœlum autem eſt cauſa prior.

2. phyſ. Tex. 22.

Ad ſecundum dicitur negando conſequentiam, quia terminari poteſt dependentia vltimate, & non vltimate. Vltima reſolutio ad intelligentiam ſtat, non vltima, ſiue non vltimate ad cœlum ipſum. Cum enim componatur cœlum ex intelligentia & orbe, cum reſolutum fuerit vſque ad primum mouens motum, reſoluendum eſt vſque ad primum mouens mobile, quod eſt anima primi mouentis moti, reſolubile eſt enim primum alterans, quod eſt primum mouens motum, in primum localiter mouens, quod eſt mouens immobile. Ad tertiū dicitur, quòd forma materialis poteſt comparari omnino animæ cœli, & animali eiuſdem ordinis, & materiæ: ſi primis duobus, Cœlum eſt perfectius, & tūc principali agenti comparabitur virtualiter illas continenti, vt dixit Auerro. Deſtruct. deſtruct. ſi autem tertio, tunc in catena corruptibilium & incorruptibilium cœlum eſt nobilius, ſed in ordine actus & potentiæ, formam omnino materialem ſequitur cœli materia. Quoniam actus præcedit potentiam, & tunc comparantur inſtrumento, non tamen agenti, ſed actiuorum ſubiecto. Quomodo cœlum ſit nobilius his inferioribus, vide Caietan. in apoſtillis 1. p. q. 3. ar. 1. vbi diſputat, Si cœlū eſt nobilius formica, vel econtra.

Auerro. Deſtruct. de. diſp. 9. dub. 1.

QVAESTIO II.

Vtrum vltima Sphæra ſit in loco per partes.

Propter hoc quidem terra in aqua, &c. Tex. XLVI.

VÆRITVR ſecundo, Vtrum vltima Sphæra ſit in loco per partes, & videtur quod non.

Primo, Vnicuique eo modo ſibi conuenit eſſe in loco, quo modo ſibi conuenit habere eſſe, ſed partes continui, cuiuſmodi eſt etiam cœlum, non habent eſſe niſi per eſſe totius: ergo non ſunt in loco,

nisi ratione totius, ergo totum cœlum nõ est in loco ratione partium.

Secundo. Eo modo conuenit alicui esse in loco, quo modo conuenit sibi moueri secundum locum sed partes dum sunt in toto, non mouentur nisi per accidens ad motum totius, vt dicit Philosophus: ergo partes non sunt in loco nisi ratione totius, & per consequens totum non est in loco ratione partium. Tex.32.

Tertio. Locus non necessario mouetur ad motum locati, sed ad motum vnius partis sphæræ, necessario mouentur omnes partes eius: ergo vna nõ est in altera, sicut in loco, vt totum possit dici esse in loco, ratione partium sic locatarum.

Vide Simpl. & Auerro. cõmen. 41. Opinio Alexand.

Respondeo, quod propter huius quæstionis difficultatem antiqui Aristot. expositores, vt per Simplicium, & Auerroem hoc loco constat, varie sunt loquuti. Tenuit enim Alexander vltimam sphærã neque in loco esse, neque secundum locum moueri, cum non habeat superficiem, aut corpus extrinsecum à quo contineatur, neque de loco ad locum transeat. Auerroes vero aliorum opinionibus reprobatis tenuit ipsam in loco esse per accidens, ratione centri. Quod quidem probatur hac ratione. Per illud est vltima sphæra in loco, per quòd est quiescens & immobilis, quo enim modo conuenit quies, & immobilitas vltimæ sphæræ, eo sibi conuenit & in loco esse, sed per centrum est immobilis, & quiescens: nam quia centrum manet immobile, ideo sphæra nunquam secundum se totam locum mutat, ergo &c. S. Thom. autem sicut Alexa. opinionem non sequitur, quia cum moueatur vltima sphæra, non apparet secundum viam Aristo. in quo genere motus possit eius motus poni, præterquam in genere motus localis: ita & Auerrois opinionem hac ratione improbat. Dicitur aliquid esse in loco per accidens, ex eo quod id in quo est, non autem aliquid aliud extrinsecum ab eo, est in loco per se. Sed vltima sphæra non est in centro, immo centrum est ab eius substantia extraneum & remotissimum, ergo nõ est per accidens in loco ratione centri. Opinio Auerrois.

Opinio D. Thom.

Ad hanc rationem ab aliquibus respondetur, quod maior est vera de eo, quod est omnino extrinsecum, scilicet & secundum subsistentiam, & secundum continentiam, ita quod neque subsistat in eo, nec ipsum contineat. Modo dicitur, quod licet vltima sphæra non existat in centro, nec centrum ipsi inhæreat, ipsa tamen continet & includit cẽtrũ: ideo non inconuenit, vt per ipsum dicatur esse per accidens in loco.

Sed contra hanc responsionem dupliciter arguitur. Primo. Nihil est in loco ratione eius, quod continetur in ipso, sed magis ratione eius in quo continetur, si habeant distincta esse, loci enim est cõtinere, non contineri, vt ex eius definitione constat, ergo continentia centri ab vltima sphæra, non est ratio, quod sit in loco ratione centri.

Secundo. Centrum ex eo quod cõtinetur à sphæra; est locatum ab ipsa iuxta processum Aristo. ergo non est in loco ratione centri, patet consequentia, quia alias idem esset locans & locatum secundum idem. Per easdem rationes improbari potest opinio Auempacis ponentis & vltimam sphæram esse in loco per superficiem cõnexam sphæræ ab ipsa contentæ, circa quã reuoluitur, quam opinionem Themistio etiã videtur Simplicius attribuere. Reprobata autem Auerrois opinione, tenet S. Tho. quod vltima sphæra est in loco per partes. Tex.46. Improbatio opinionis Auempacis.

Pro cuius positionis declaratione, tria sunt examinanda. Primum est. Quomõ partes ipsius sphęræ sint in loco. Secundum. Quomodo tota sphæra ratione partium sit in loco. Tertium. Quomodo & partes & tota vltima sphæra secundum locum moueantur.

Quantum ad primum. Sciendem primo, quòd corpus continuum, licet unam aut plures superficies habeat in actu, quibus eius substantia, & corporea moles determinatur (corpus enim sphæricum vna tantum superficie, corpora vero quadrata pluribus superficiebus terminantur in actu) nullas tamen habet actu superficies, quib. ipsius partes corporeæ, secundum quod vna ab altera distinguitur, terminentur, cum ad vnum cõmunem terminum, secundum quod in toto continuitatem habent, copulentur. Et quia omne locatum inquantum huiusmodi, secundum mentem Aristo. ita debet esse a locante diuisum, vt alia sit superficies locantis, & alia locati: ideo partes secũdum quod in toto continuitatem habent, non possunt se inuicẽ actu locare, ita quòd vna alteram cõtineat in actu, sicut locans continet locatum. Sed bene vna alteram in potentia locat, & continet, inquantũ vna pars potest à toto & ab alia parte separari, & sic separata esse in toto, aut in alia parte, sicut locatũ in loco, id quod in corporibus humidis, quę sunt facilis diuisionis, apparet, sicut in aqua. Nam videmus partes eius intra totam aquam moueri: & sic vnã locum alterius à se diuisę subintrare. Corpus omnia non eodem modo habent superficiem. Text.17. & 18.

Sciendum secundo, quòd aliter loquendum est de superficiebus partis corporis continui, secundũ quòd continuæ sunt copulantibus, & aliter de superficiebus, quæ ipsas partes, secundum quod diuidi abinuicem possunt, natæ sunt terminare. Primæ enim superficies sunt aliquo modo in actu, cũ actu ipsas partes copulent. Nam ipsarum entitas existit in continuo, licet non per esse proprium & distinctum, sed per esse totius existant. Secundæ vero nullo modo sunt in actu, sicut nec ipsæ partes sunt actu diuisæ, vt vnaquæque suas proprias, & distinctas habeat superficies. Sed sunt tantum in potentia, inquantum ipsæ partes abinuicem separari possunt, & si separarentur illæ superficies, acciperent esse actu, ipsasque partes actu terminarent. Partes ergo vltimæ sphæræ, dicuntur esse in loco in potentia, quia sunt in loco ratione superficierum existentium in potentia in ipsa sphæra, quibus nata est vna pars alteram localiter continere, si partes à seinuicem & à toto separarentur. Istæ enim superficies (vt dictum est) ante partium separationem sunt tantum in potentia: in ipsarum vero separatione ponuntur in actu. Quo superficies sit in actu.

Attendendum quoque, quòd ista diuisio sphæræ in partes, taliter quod vnaquæq. pars cõtineat aliam, & ab alia sit contenta, considerãda est non secũdum partes sphæricas, sic enim esset vna pars continens tantum, & non cõtenta, scilicet pars quę ad vltimam superficiem connexam terminatur, esset Diuisio sphæræ.

esset etiam vna pars contenta tantum, & non continens aliam partem. s. pars ad vltimam superficiẽ concauam terminata: sed considerãda est secundum circuli diuisionem, in partes ordinem inter se talem habentes quod vnaquæque aliam precedit, & præceditur ab alia. Natura circuli considerata, licet secũdum nostram signationem, vna pars posset esse prima; alia vero vltima. Sicut circulus zodiaci in duodecim diuidimus partes, quarum vna antecedit aliam: & anteceditur ab alia: nulla enim illarum partium est prima, nullaque vltima secundum se, licet secundum nostram signationem Arietis signum prima pars zodiaci sit, Piscium vero signum vltimum. Circulus zodiaci in 12. par. diuidit.

Quantum ad secundum sciendum primo, q̃ cũ pars aliquid totius sit, non incõuenit totum ab eo quod conuenit parti, aliquo modo denominari: licet illud toti secundum se non conueniat.

Sed hoc diuersimode contingit. Nam quando id quod conuenit parti, natum est etiam toti secundum se conuenire, totum denominatur tale nõ simpliciter, & absolute, sed tantum secundum quid, nisi forte illa pars quasi rationem totius haberet. Quia enim albedo non tantum dẽtibus, sed etiam toti corpori nata est conuenire, si sit hõ niger, dentes tantum habens albos, non dicetur absolute albus, sed albus dentes, dici autem poterit absolute niger, quia reliquum corporis, præter dentes, est quasi totum: quando vero id quod conuenit parti, non est natum toti conuenire, ipsum totum denominat tale absolute. Nam quia crispitudo solum capillis conuenire nata est, non autem toti corpori, hominem crispos habentem capillos absolute crispum esse dicimus. Pars q̃uo totum denominare potest.

Sciendum secũdo, q̃ loci nomine dupliciter vti possumus. Vno modo proprie, eo modo quo est ab Arist. definitus, vt inquantum significat superficiẽ corporis continentis &c. Alio modo communiter pro determinatione cuiuscunque ordinis, vel cuiuscunque situs in toto: sicut dicimus binarium in totalitate numerorum corporis primum locum tenere post vnitatem, & epar hominis tenere locum dextrum in homine, caputque esse sursum, pedes vero deorsum, in quem sensum accipit nomen loci Damascius, Theophrastus, & Iamblicus. Si secundo modo accipiatur locus, non est dubiũ quin vltima sphæra sit in loco. Est enim totius vniuersi pars, & habet determinatum situm, & ordinem ad alias vniuersi partes. Nam circumcirca omnes ambit, & continet, & est suprema pars vniuersi; secundum hunc modum totum non est in loco per partes, sed ecõtra partes per totum, ex eo enim, quod sunt partes supremæ sphæræ, habent vt in tali distãtia sint ad alias vniuersi partes. Si vero primo modo ad mentem. s. Arist. accipiatur locus, ponuntur duæ conclusiones de mente S. Thom. asserentis se Themistii opinionem sequi. Loci nomẽ accipitur dupliciter, proprie. s. & cõmuniter. Opinio Damascij Theophrasti, & Iamblici. Lect. 7.

Prima est, vltima sphæra secundum se tota nõ est in loco. Probatur. Quod est isto modo in loco, habet extra se superficiem continentem, hoc enim ex diffinitione loci posita ab Aristot. manifeste cõstat, vltima sphæra non habet extra se superficiem continentem, alioquin non esset vltima, & suprema, ergo &c. Istam conclusionem expresse ponit Vltima sphæra secũdũ se tota, non est in loco.

Philosophus vbi ait. Cœlum autem, sicut dictum est, non est alicubi totum, neque in aliquo est, siquidem nullum continet ipsum corpus: text. quoque 43. eandem rationem ponit inquiens. Cui quidem igitur corpori inest aliquid extra corpus continẽs ipsum, hoc in loco est, cui vero non, minime. Tex.45.

Dicetur forte secundum mentem Auerrois, qd nomine cœli non intelligit Aristot. vltimam sphæram, sed totum vniuersum. Auer. mens.

Sed quod ista interpretatio plene mentem Aristotel. non saluet, patet ex sequentibus verbis. Subiungit enim. Alia vero secundum accidens, scilicet sunt in loco, vt anima & cœlum, vbi per cœlum Auerr. vltimam sphærã intelligit. Voluit enim Aristotel. in illo text. ostendere, quod cęlum per se quidem non est secundum se totum in loco, sed bene est in loco per accidens, ideſt per partes, vt in sequenti conclusione declarabitur. Præterea, ratio quam adducit Aristo. non tantum de vniuerso, verum etiam de vltima sphæra concludit. Sicut enim totum vniuersum a nullo extrinseco corpore continetur, propter quod dicitur ab Arist. in loco non esse quia inquam extra omne, & totum nihil est, ita & vltima sphæra in loco non erit, quia a nullo extrinseco corpore continetur. Tex.45. In fi tex.45. Tex.32.

Sed circa hanc conclusionem dubium faciunt verba Arist. Dicit namque. Propter hoc enim & cœlum maxime in loco esse putamus, quod semper in motu est. Videtur enim ex his velle nõ solũ, q̃ cœlum sit in loco, sed etiam q̃ maxime & præceteris opinamur ipsum in loco esse.

Si dicatur, illud dicit Aristotel. non quia sit ad mentem eius, sed quia aliqui sic opinantur, vt exponit San. Thom. vnde & tex. habet hoc verbum, opinantur.

Hoc nihil est, quia licet interpres antiquus, quẽ secutus est S. Tho. habeat, opinantur: non sic tamẽ habet tex. Græcus, sed opinamur, vel putamus, in quo verbo seipsum etiam includit Arist. Tex. Græcus

Præterea hanc nostram opinionem, q̃ cælũ maxime sit in loco: deducit Arist. ex hoc fundamento, q̃ cœlum semper est in motu secundum locum: vo lens illa proprie in loco esse, quæ proprie secundũ locum transmutantur.

Respondetur, q̃ ex his Aristotel. verbis non habetur, q̃ cœlum siue vltima Sphæra sit in loco secũdum se totam, sed solum q̃ sit in loco: siue inquam sit in loco secundum se totam, siue secundum partes. Sufficit enim ei, quod circulariter moueatur, semperque est in motu, vt altero horum modorum sit in loco. Aduersaria verba Arist. quõ intelligenda sint.

Secunda conclusio est. Vltima sphæra est in loco per partes, siue ratione partium. Sed attendendum est, q̃ huius conclusionis duplex potest esse sensus. Vnus est, q̃ partes vltimæ sphæræ dent sibi, vt secundum se totam contineatur à loco, iste sensus esset falsus: nullo enim modo vltima sphæra ab aliqua superficie contineri potest: alioquin non esset vltima, vt superius est ostensum. Alius est, q̃ totum dicitur in loco esse, quia partes eius sunt in loco, ita q̃ totum a suarum partium locatione denominatur locatum, sicut homo a crispitudine capillorum denominatur crispus, quamuis totus secundum se crispus non sit. Hanc conclusionem ponit Vltima sphæra est in loco q̃ partes, siue ratione partium.

Phil.

Ibidem. Phil.vbi ait.Secundum autem ꝙ mouetur, ſic & locus eſt partibus:altera.n.ab altera habita partiũ eſt. Deinde ſubiungit. Alia vero ſecundum accidens vt anima & cœlum:partes.n.in loco quodam modo omnes ſunt,in eo enim ꝙ circulariter ſunt, continet alia aliam. Vbi per accidens etiam ſecundum expoſitionem Simplicij accipitur, vt idé eſt ꝙ per aliud:eſt enim cælum in loco per aliud,ideſt per partes.

Expoſi. Simplicij.

Sed circa iſtam concluſionem, dubium occurrit. Nam per id quod eſt tãtum potentialiter in loco,non poteſt denominari abſolute locatum in loco,non.n.ſi caput hominis eſt in potentia tantum criſpum,dicimus hominem actu criſpum eſſe, partes autem vltimæ ſphæræ ſunt tantum potentialiter in loco,cum ſint continuę. Vt.n.inquit Philoſophus:cum continuum ſit quod eſt ſimilis partis ſecundum potentiam in loco,partes ſunt.

Tex.44. Vltima ſphęra in loco in potentia.

Reſpondetur & dicitur primo, ꝙ cum vltima ſpæra non denominetur locata, niſi à locatione partium, vtique cum eius partes non ſint in loco, niſi in potentia,ipſa non poteſt dici eſſe in loco,niſi in potentia,ideo falſum ſupponitur,ſcilicet ꝙ dicamus eam eſſe in loco in actu ratione partium.

Dicitur ſecundo,ꝙ taliter eſſe in loco,ſufficit ipſi ad hoc,vt abſolute in loco eſſe dicatur,eo ꝙ tantum circulariter moueatur:ei.n.quod circulariter mouetur ſufficit,vt inquit S.Th.ꝙ eius partes & ipſum ratione partium ſit in loco in potentia.

Lect.7.

Dicitur tertio non eſſe ſimile de criſpitudine, & de exiſtentia partium in loco, criſpitudo enim non conuenit capillis à natura,niſi in actu:ideo niſi quis actu habeat capillos criſpos, non poteſt dici criſpus,eſſe autem in loco partibus continui nõ poteſt conuenire,niſi in potentia inquantum partes ſunt. Nam ſi ponantur in loco in actu per ſeparationem à toto,iam non ſunt amplius partes cõtinui, & ideo ex eo ꝙ ipſæ ſunt in loco in potentia, totum dr̃ abſolute in loco ratione partium,propterea ſcilicet,quod nullo alio mõ poſſint eſſe in loco. Si autem aliquid natum ſit conuenire parti & in actu & in potentia,ſicut albedo ligno non põt dici totũ abſolute eſſe tale,ratione partium. Si illæ ſint tales tantum in potentia & non in actu.

Tex.44.

Sed adhuc remanet dubium. Nam ſicut inquit Philoſophus,continui partes ſunt in loco in potentia,cum autem ſeparatæ fuerint,& ſe tangunt ſicut aceruus,ſunt in loco in actu. Ex quo habetur,ꝙ ille partes quæ ſunt in loco in potentia ſeparari abinuicem poſſunt,& ſe tangere,ſicut partes aquæ, partes autem vltimæ ſphæræ inuicem ſeparari nõ poſſunt,cum cœlum ſit incorruptibile,& infrangibile.

Reſpondetur vt ſuperius dicebatur,ꝙ cum cælum ſit &̃ continuum quoddam,& tale cõtinuum quod eſt diuinum corpus:licet inquantum diuinum corpus eſt,eius partes abinuicem ſeparari nõ poſſint:hoc tamen ei non repugnat inquantum cõtinuum quoddam eſt. Et hoc ſufficit ad id, quod circulariter mouetur,vt inquam eius partes ordinem quendam,& diſtinctionem inter ſe habeant in toto,& ratione continuitatis,non repugnet ab eis ab inuicem ſeparari,& inuicem ſe tangere,& vnam alterius locum in actu fieri,ſicut vna alteri eſt continua in actu.

Circa hanc determinationem,quæ eſt S.Thom. o pinionem(vt ait)Themiſtii approbantis,quamuis Simplicius dicat ipſum tenuiſſe vltimam ſphæram eſſe in loco,ratione ſuæ ſuperficiei intrinſecæ, ſphæram Saturni tangentis: Attendendum eſt,qđ quantum ad primam concluſionem cum Græcis concordat S.Thom. Conueniunt enim omnes in hoc,ꝙ ſequendo Ariſtotel.definitionem de loco, vltima ſphæra nullo modo ſecundum ſe totam eſt in loco, neque.ſ.actu,neque in potentia,cum nullà ſit extrinſeca ſuperficies,quæ ipſam contineat,aut a qua poſſit contineri. Sed quantum ad ſecundam concluſionem videtur ab ipſis diſcordare. Sicut enim totam vltimam ſphæram dicunt non eſſe in loco,ita abſolute dicunt neque partes eius in loco eſſe,eo quod continuæ ſint,& non ſeparatæ neque tangentes. Nam tex. Ariſt. ſuper quo ſe fundat S. Thom.aliter ipſe interpretatur,& aliter Græci. Illum.n.interpretatur S.Tho.de partib. vltimæ ſphęræ, ipſi nõ de vltimæ ſpheræ partibus. Sed Alex.de partibus vniuerſi interpretatur inquiẽs,ꝙ vniuerſi partes oẽs præter vltimam ſphæram ſunt in loco. Nã circulariter continet alia aliã. Terra.n.continetur in aqua. Aqua in aere. Aer in ethere. Ether in cœlo. Et ſic ſecundum ꝙ vniuerſum mouetur, ſic partibus eius conuenit locus, inquantum vna pars aliam circulariter continet. Concedit tamen & hoc aliquo modo de vltima ſphæra intelligi poſſe:licet non ita proprie. Simplicius vero & Aſpaſius text. prædictum de ſphæra planetarum interpretantur inquiente Ariſt. non de vltima ſphæra,ſed de toto corpore diuino loqui,tamq̃ de quodam vno corpore quod eſt quodammodo vniuerſum,tum quia elemẽta ad ipſum comparata, quaſi nihil ſunt,tum quia intra ipſum omnia continentur: dicat.n. Ariſto.mentem eſſe, ꝙ corpus diuinum ſecundum ſe totum non eſt in loco,cum a nullo extrinſeco cõtineatur,ſed ſecũdum partes intra vltimam ſphærã contentas,ſecundum.ſ.planetarum ſphæras, quarum una ab aliqua circulariter continentur. Saturni. n. ſphæra ab vltima ſphæra (ſecundum opinionem Ariſt.)continetur. Iouis vero ſphæra à ſphæra Saturni,& ſic de alijs. Et re vera iſta interpretatio optime videtur text. Ariſtot. quadrare. Nam conſtat, quòd totum corpus diuinum nullibi eſt; cum non contineatur ab aliquo. Conſtat etiam,quod Ariſtot.ait, quod de diuino corpore verum eſt, ſ. ꝙ hic locus,a quo inquam locatum ad alium locum tranſmutatur, partium eius eſt locus:licet enim totum de loco ad locum non tranſmutetur,partes tamen eius,id eſt ſphæræ planetarum ſecundum partes ſuas, loca tranſmutant. Nam pars, quæ nunc ſub vna parte ſuperficiei concauæ vltimæ ſphæræ continetur, per ſuum motum ad eius aliam partem deuenit, & ſub illa continetur,vt ſic verum ſit,quod in motu circulari eius.ſ.quod ab alio continetur, partes mutant locum ſubiecto,non autem totum. Si etiam intelligatur,quod hic locus,in his quæ mouentur circulariter, ſecundum quem partes quæ ſe tangunt fiunt inuicem loca ſecundum ſuos terminos, eſt talium partium proprius locus,hoc conuenit manifeſte corpori diuino. Nam & circulariter mouetur,

D.Thomas cõcordat cum Græcis.

Opinio Alexand.

Aſpaſii opinio.

Sphæra Saturni.

Tex.30.

Tex.41. tur,& ſuperior ſphæra inferiorem tangit, & eſt locus eius. Conſtat denique vt dicit Ariſtot. quod ſi cut ipſum totum circulariter mouetur, ſic locus eſt partibus eius,ideſt intrinſecis ſphæris, quæ ſicut circulariter mouẽtur,ita vna ab alia circulariter continetur. Et quod nomine cæli totum diuinum corpus intelligat,ex textu quoque 46. conſtare poteſt,vbi ſubiũgitur prædictis: Et propter hoc omnia in cœlo ſunt. Cœlum enim omne fortaſſe. Eſt autem locus non cœlum,ſed cœli quiddam vltimum & tangens &c. Et propter hoc quidem terra in aqua:hæc vero in aere, hic autem in æthere: æther vero in cœlo:cœlum autem non amplius in alio. Non enim cœlum pro vniuerſo mundo hoc loco capi poteſt,tum quia in vniuerſo nõ ſunt omnia ſicut in loco,ſed ſicut in toto, tum quia ſibi nõ conuenit quod dicitur, eſt autem locus non cœlum,ſed cœli vltimum & tangens,&c. Nullus eſt enim vltimus terminus vniuerſi, qui tangat ethera ideſt ignem. Non etiam pro vltima ſphæra nomen cœli vltimo loco poſitum conuenienter accipi poteſt,vt voluit Alexander, a prima ſua huius nominis interpretatione diſcendens. Nam conſtat,quod ignis non eſt immediate in vltima ſphæra. Sicut dicitur in cœlo eſſe. Nec iuuat dicere (vt Alexand.ait) ignem hoc loco prætermiſſum eſſe, aut nomine aeris eſſe comprehẽſum, vt ſit ſenſus, quod aer eſt in æthere,ideſt in ſphæris planetarũ, æther vero in cœlo,ideſt in vltima ſphæra. Nam non inuenitur quintum corpus ſic ab Ariſt. diſtingui,vt vna pars vocetur æther:alia vero cœlũ,immo quando ignem prætermiſit, aerem in cœlo eſſe dixit,non in æthere,inquiens. Quoniam autem dicimus eſſe ſicut in loco in cœlo,quia in aere,hic autem in cœlo. Relinquitur ergo cœli nomine hoc loco totum diuinum corpus ſignificari.

Quomodo cœrum hoc loco capiatur.

Tex.32. Cœlum pro corpore diuino accipitur.

Sed in hac opinione dubium facit, quia non videtur uerum, quod ſphæræ planetarum ſint in vltima ſphæra, ſicut in loco:cum locus debeat eſſe immobilis:ſphæræ autem ipſæ,& eius termini moueantur.

Reſponſio Simplicij.

Reſpondet Simplicius,quod ſphæræ planetarũ, inquantum circumuoluuntur, omnes cum vltima ſphæra ſunt in ipſa,ſicut in vaſe,iuxta ea quæ dicũtur ab Ariſto. inquantum vero vnaquæque proprium motum habet,ſunt in ipſa tãquam in loco, quia in ipſa mouentur tanquam in immobili,codem.ſ.motu. Similiter poteſt dici de ipſis ſphæris planetarum,quod vna eſt in alia ſicut in loco, inquãtum propria velocitate mouetur, qui a ſphæra continens non mouetur.

6.phyſ.text. 84.& S. Th. ibidem.

Quantum ad tertium,quomodo inquam & tota vltima ſphæra & eius partes moueantur, tenet S.Thom.ſequendo doctrinam Ariſtot. de his quæ circulariter mouentur,quod tam tota ſphæra,quã eius partes localiter motu circulari mouentur: in quo quidem motu totum non mutat locum realiter,tanquam ſcilicet mutatum ab vno loco ad aliũ locum realiter diſtinctum,ſicut accidit in his quæ motu recto mouentur; ſemper enim in eodem loco realiter manet,ſed ratione tantum, inquantum diuerſi circuli in eodem ſignari poſſunt, ſecũdum quod à diuerſis punctis poſſumus circulum incipere,& eum ad diuerſa terminare,partes vero mutant realiter locum,inquantum diuerſæ partes ſibi in eodem loco ſuccedunt,& vna ad locum alterius vadit.

Sed aduertendum,quod cũ partes vltimæ ſphæræ ſint in loco tantum in potentia, non dicuntur ſibi inuicem in eodem loco ſuccedere, qui locus in actu fiat diuerſarum partium,ſed qui diuerſarum partium ſit locus in potentia, quia inquam ſi ſeparentur partes,eſſet ſucceſſiue locus in actu: pars enim continens aliam partem in occidente, quæ eſt locus eius potentialis in tali motu,efficitur potentialiter locus partis exiſtentis in oriente: inquãtum ſi ipſæ partes diuerſæ eſſent, pars quæ eſt in oriente ad locum partis exiſtentis in occidente, p ſuum motum accedere poſſet. Sicut videmus in motu partium aquæ,quæ intra totam aquam mouentur, vna enim ad locũ alterius partis accedit. Et hoc(inquit S.T.)motui primo,qui minus de diuerſitate debet habere,optime congruit. Nam minor eſt variatio,quæ eſt ſecundum partes exiſtentes in loco potentia,quam quæ eſt ſecundum tota exiſtentia actu in loco. Lect.7.

Græcorum mens.

Græcis vero in hoc alia mens eſt. Nam ſi nomine cœli,aut vniuerſum,aut totum diuinum corpus intelligamus:ſicut dicunt mẽtem Ariſt.eſſe ipſum ſecundum ſe totum non eſſe in loco:ſed tantum ſecundum partes intrinſecas cõtentas. ſ. ſecundum ſphæras planetarum & elemẽta: ſic dicunt ipſum, neque ſecundum ſe totum moueri localiter: cũ de loco non tranſmutetur ad locum, neque ſecũdum ſuas partes continuas,cum illæ etiam non permutent locum,eo quod a nullo extrinſeco contineantur, & ideo non ſint in loco, ſed ſecundum partes contentas ſeparatas adinuicem ſe tangentes,ideſt ſecundum ſphæras intra ſupremam ſphæram contentas. Sphæra enim contenta,licet & ipſa tota locum non mutet,ſed ſemper manet in eadem ſuperficie corporis eam continentis, ſecundum tamen ſuas partes continuas mutat locum, inquantũ cuilibet eius parti, ſecundum quod circulariter mouetur,ſemper alia,& alia pars corporis continentis correſpondet,& ipſam tangit ſucceſſiue.

Dubium dupl.

Sed circa hanc Græcorũ opinionem duplex dubium occurrit. Nam cõtra primum eorum dictũ, ſcilicet quod totum cœlum non mouetur ſecundũ locum,videtur eſſe id,quod dicit Ariſto.quod inq̃ cœlum & omne circulariter mouetur. Nam cum motus circularis ſit motus ſecundum locum,vt habetur 1.Cœli.Si cœlum circulariter mouetur ſeq̃tur,quod ſecundum locum moueatur. Text. 43. & 45.

1.cęli tex.5. & 8.phyſic. Text. 57. & 58.

Contra ſecundum vero eorum dictum ſcilicet, quod ſphæræ planetarum ſecundum partes continuas mutant locum:videtur eſſe quod partes continui non ſunt in loco in actu,vt ex Philoſ. patet,ſicut nec habent eſſe in actu:nam ſi in loco nõ ſunt, moueri non poſſunt.

Text.44.

Reſp. Alex.

Ad primum dubium Alexan. manifeſte reſpondet motum circularem non eſſe motum localem, ſed tantum motum rectum: in quo ſane id quod mouetur,de loco ad locum transfertur. Sed quis motus ſit non explicat, cum tamen conſtet ꝙ non eſt motus ad qualitatem,neque ad quãtitatem, q ſoli apud Ariſt. à motu locali diſtinguuntur: Simplicius vero valde obſcure loquitur. Sed & ipſe videtur

5. Phyſicor. Tex.18. Simp. obſcure locut.

detur similiter concedere, ꝙ motus circularis cœli non sit motus localis: accipiendo locum secundum ꝙ ipsum Arist. definiuit. Nam cum non sit in loco, vt est superius ostensum, neque etiam secundum locum moueri potest. Vnde videtur velle, ꝙ sequendo hanc loci definitionem, & ponendo motum circularem esse motum secundum locum, accipiendo locum in eadem significatione, non potest Aril. a contradictione saluari. Nam hic expresse tenet cœlum in loco non esse, & non moueri secundum locum, sed circulariter. In 1. autem cœli, ponit motum circularem esse motum secundum locum. Idem in 8. Physi. ponit, determinatque motum cœli esse localem, ex quo sequitur cœlum esse in loco. Nam oē quod secundum locum mouetur, necesse est vt sit in loco.

Tex. 45. Tex. cõm. 5. Tex. comm. 57. & 58.

Propter hoc, si volumus Aristo. à contradictione saluare: secundum horum opinionem possumus dicere, ꝙ in alio significato accipitur in hoc quarto libro nomen loci, & in alio in locis allegatis. Hic enim accipit loci nomen, vt superficiem continentis dicit, in qua significatione secundum istos oportet dicere, ꝙ cælum neque est in loco, neque secundum locum moueatur. Alibi vero. 8. Physi. vbi ponit & cælum moueri secundum locum, & motum circularem esse motum localem, nomen loci accipit, vt ordinem partium in toto, siue potius mensuram talis ordinis dicit, sicut tempus dicit mensuram motus. Quod esse proprium loci significatum inquit Damascius, & à Simplicio amplissime, & subtiliter explicatur.

8. phys. & 1. cœli.

Damascius Explicatio amplissima Simplicij.

Sed quicquid Græci dicant, constat ꝙ hanc angustiam non patitur S. Thom. Nam sicut ponit vltimam sphæram esse in loco ratione partium, ita ponit ipsum secundum locum moueri, & motum circularem, motum localem esse. Videturque hæc positio magis ad mentem Arist. esse, cum secundū eam non accipiatur locus aliter in aliis, quam sit in hoc quarto libro definitus. Nam videtur voluntarie & sine ratione dictum, ꝙ loci definitionem in quarto libro ponat: & postea in octauo libro, & in libro de cælo locum in alio accipiat significato, præsertim cum de nulla alia huius nominis significatione secundum suam opinionem fecerit mentionem.

Ad secundum quod etiam contra S. Thom. & Arist. esse potest, dicentes ꝙ in motu circulari partes mutant locum subiecto, respondetur, ꝙ falsum est partes sphærarum in loco non esse. Ad dictum Arist. dicitur, quod mens eius est, partes continui non esse in loco in actu, secundum ꝙ vna alteri est continua, ita ꝙ vna pars alterius sit locus, cum oporteat locum esse a locato distinctum, & ipsum tangere. Similiter intelligitur, ꝙ pars continui non est in loco ad modum totius, quasi. s. habens locū per se omnino seiunctum, & distinctum à loco alterius partis. Nam sicut partes ipsæ sunt continuæ, ita & loca ipsarum, non autem ꝙ nullo modo sit in loco.

Cum autem dicitur, ꝙ non habent esse in actu.

Dupliciter aliquid esse in actu contingit.

Respondetur, ꝙ aliquid esse in actu dupliciter intelligi potest. Vno modo vt opponitur ei, quod est esse omnino in potentia, & nullam habere existentiā in natura. Alio modo, vt opponitur ei, quod est non habere esse proprium separatum, licet ergo partes non sint in loco secundo modo, quia non existunt per esse propriū, sunt tamen in actu secundo modo, quia per esse totius existunt, & hoc sufficit ad hoc, vt sint in loco modo dicto.

Sed & maius adhuc dubium in via S. Thom. remanet. Nam cum vltima sphæra à nullo corpore contineatur non possunt eius partes aliquo modo esse in loco in actu, quasi (inquam) vnaquæque à parte continentis superficiei contineatur, inquantum etiam vna pars eius cõtinet aliam, sunt tamē in loco in potētia, ergo nullo modo sunt in loco in actu. Ex hoc autē sequi videtur, quod neque tota vltima sphæra, neque partes eius moueantur in actu, sed tantum in potentia. Sicut. n. vnum quodque se habet ad esse in loco, ita & ad moueri secundum locum, hoc autem esse falsum satis constat.

Confirmatur. Moueri actualiter secundum locum, est priorem locum dimittere, & alium subintrare: hoc autem non potest fieri in motu partium vltimæ sphæræ, si sunt in loco, quòd vna pars contineat aliam in potentia modo superius explicato. Nam constat, quod quantumcumque moueatur cœlum, vna pars numquam separatur ab ea cui p continuitatem est coniuncta, & consequenter num quam suum locum permutat.

Istud proculdubio maxime vrget contra positionem S. Thom. Veruntamen quantum mihi pro- S Th. exp. nunc occurrit, dicendum videtur iuxta ea quæ di- Text. 38. & cit S. Thom. exponendo text. 83. quod licet partes 41. vltimæ sphæræ sint in loco tantum in potentia, considerata superficie continente inquantum superficies est, quia illa potentialiter tantum in superficie continuante continetur, sunt tamen aliquo modo in loco actu, considerato ordine, quem illa superficies continens habet in vniuerso, ex quo ordine superficies rationem loci habet. Nam superficies partis continentis quæ est in oriente, ordinem determinatum habet non solum ad alias partes suæ sphæræ, sed etiam ad alias partes vniuersi, inquātū ipsa vltima sphæra, cuius sunt partes, est pars vniuersi, & ex illo ordine, qui quidem est in actu, habet superficies illa, vt sit aliquo modo locus in actu: Nam si separentur partes, & superficies quæ est in potentia educatur in actum, eundem ordinem in vniuerso haberet, quem superficies continuans habet. Dico ergo, quod mouētur partes vltimæ sphęræ in actu, inquantum cum existentia potentiali in loco, ratione superficiei continentis, sunt aliquo modo in loco in actu, ratione talis ordinis. Quod si poneretur eas nullo modo esse in loco in actu, non video quo modo possit dici actualiter secundum locum moueri.

Ad cõfirmationem dicitur, quod partes illæ per motum localem reliquunt priorem locum, inquantum locus est, & alium locum acquirunt inquantum superficies, a qua potentialiter continentur, vnum ordinem in vniuerso prius habebat, puta qa erat in oriente, postmodum alium ordinem habet, puta quia est in occidente, ex qua ordinum varietate diuersorum locorum rationem habet. Nam sicut vult S. Thom. duas superficies aquæ circa idē corpus successiue fluentes, vnius loci rationem

Lect. 6.

habere:

habere, quia eundem ordinem ad totum fluuium seruant, licet materialiter præterfluant, ita dicere oportet, quod eadem superficies continens, si diuersos ordines, & situs in vniuerso accipiat, diuersorum locorum habet rationem. Et propter hoc, licet vna pars cœli nunquam partem cui est continua derelinquat, quia tamen illa pars successiue diuersos ordines habet, & consequenter diuersorum locorum rationem; ideo illa pars contenta dicitur in motu vnum locum, inquantum locus est, dimittere, & alium acquirere.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum quidem negatur maior, non est enim vera vniuersaliter. Esse enim conuenit rei ratione formæ: esse vero in loco ratione superficiei, qua continetur ab alio. Quia vero contingit, vt totum quod primo, & per se habet esse à forma, non contineatur ab aliquo extrinseco, & per consequens non sit per se in loco, ideo potest esse, vt aliquid habeat esse in natura per esse totius, & tamen per locum totius sit in loco.

Ad secundum dicitur, quod minor est vera de partibus totius ab alio extrinseco contenti, & per se existentis in loco, non autem de partibus totius ab alio extrinseco non contenti, & per se non existentis in loco, cuiusmodi sunt vltimæ sphæræ partes.

Ad tertium dicitur iuxta superius dicta de mente S. Thom. quod licet pars locans in potentia vnā partem sphæræ, inquantum scilicet talis pars est, naturaliter & necessario cum parte locata mouea tur, non tamen mouetur inquantum locus est, id-est inquantum determinatum quendam ordinē, & situm habet in vniuerso. Nam pars succedens per motum partis, quæ erat in oriente, eumdem ordinem, & situm ad alias partes vniuersi haber, quem præcedens habebat, secundum quem modū in precedenti quæstione dictum est, locum immobilem esse.

ADDITIO.

CIRCA illud primum quod notat auctor, quomodo corpus sphæricum vna tantum superficie terminatur, corpora vero quadrata pluribus superficiebus, & cum disputatio, sit de vltima sphæra, num sit in loco per totum, aut per partes, & supponitur ipsam esse corpus orbiculare. Et quia aliqui putauerūt ipsi cœlo non deberi figura circularis, quia figura circularis est figuris cæteris minima: ergo maximo corpori cuiusmodi est cœlum, talis figura non conuenit.

Præterea, talis figura sphærica maxime saluat ab extrinsecis oppositis, vnde sequitur naturam dedisse eam corpori maxime indigenti, vt tueatur; aut igitur cœlum habet contrariam extrinsecum, aut non habet illam figuram. Tertio, eccentrici & epicycli cœli sphæricitatē impediunt, quo modo ergo stat illa propositio, quòd cœlum est sphæricę figuræ?

Arist. 2. cœli Tex 23.

Non erit inutile videre hic veritatem huius propositionis, quam disputat Aristot. 2. cœli. Pro cuius notitia sciendum est primo, quòd cœlum cum habeat superficiem exteriorem, & concauam, necesse est dicere, quòd secundum vtramque superficiem sit sphæricum. Secundum superficiem exteriorem primo, quia perfectissimo corpori perfectissima figura debetur, sed cœlum est corpus perfectissimum, & sphærica figura est perfectissima, quia illi fieri non potest additio, vt declarat Auer. 2. cœli, igitur propositio vera. Præterea. Simplicissimo corpori debetur figura simplicissima, sed figura sphærica est simplicissima, quia vna linea, vel superficie claudi tur. Itē, primo corpori prima figura debetur, quia prius secundum substantiam, debet esse prius secundum accidentia essentialia. Est autem figura sphærica prima figura, vt patet in planis figuris, in quibus qualis est proportio ad planas figuras, talis est proportio sphæræ ad alias corporeas figuras, immo iuxta doctrinam Auerr. sic esse in circulo est causa, quòd sic sit in figura corporea; ratio est Metaphysic. Quia figura numero proportionatur, sed triangularis & posteriores figuræ numeris proportionantur. Circulus autem proportionatur vnitati. Quemadmodum igitur vnitas est principium numeri, ita circulus figurarum: Si enim esset triangulus prima figurarum, oporteret circulum esse extra genus figurę. Quo ad superficiem concauam, cœlum etiam oportet esse sphæricæ figuræ, quia aliter cœlorum contentorum superficies concessa, non esset sphęrica, & sic vel esset ibi vacuum, vel corpus replens. Præterea, corpora cœlestia non debent se impedire in motibus, & tamen non æqualiter circuunt, sed in eorum ortu & occasu vario modo se habent, quod tamen contingeret, si in alia figura, quàm sphærica in commissuris se tangerent.

Auer. 2. cœli comm. 23.

Quid est vnitas.

Sciendum est secundo, quòd cœlum non potest esse figuræ angularis, quod ita probo. Cœlum intuetur circulariter, vt stellarum ortus, & occasus pandit, quoniam stellas vtrobique sub æquali quantitate relinquit; si igitur cœlum esset diagonum vel trigonum, vel secundum aliam angularem figuram, tunc daretur vacuum, quia spatio occupato per angulum, nihil succederet, in quo iterum angulus redire posset. ratio est Aristotel. 2. Cœli, supponens cœlum non esse rarefactibile neque condensabile, aliter ipsa non esset efficax, vt supra dicebatur. Amplius si cœlum esset angularis figuræ, vel triangularis, aut quadratæ, tunc partes cœli à centro inæqualiter distarent, quia a puncto medio quadrati, aut triangularis corporis ad partem mediam inter angulos, brevior est linea, quam ad angulum. & sic si cœlum stellatum sit vltimum cœlum, tunc & aliquæ stellæ cœli stellati essent terrę propinquiores, quàm aliæ eiusdem cœli, vt puta, mediæ inter angulos, respectu existentiū circa angulos. Tertio est notandum, quòd cœlum non est figuræ lenticularis, neque columnaris, aut alterius figuræ a sphærica. Quia data sphæra cerę, quę lateraliter comprimatur, tunc positis eius polis in partibus planis, poterit cera circulariter moueri, & non dari vacuum. Huiusmodi autem figuram non esse cœlo aptabilem, probo, quia cœlum non mouetur ab oriente in occidens, æquiuocalem circulum describendo, neque illi æque distantem, sed modo ab austro recedit, modo accedit; ideo licet figura lentis, aut oualis, aut pyramidalis, secundum aliquem modum, moto corpori absolute possit vacuum prohibere, non tamen ipsa vacuum prohiberet moto mobili, modo quo cœlum mouetur.

Arist. 2. cœli, tex. 27.

Cœlum nõ est figuræ lẽticularis.

Adde etiam, quia oportet figuram cœli esse talem ꝙ vbicunque situentur poli, non sit possibile per motum cœlestem fieri vacuum, quod tamen in dictis figuris non contingit, vt in lente, situando polos in partibus non planis. Hoc tangit Auerro. 2. cœli. Similiter in ouali situalis poli in extremitate diametri breuioris, per

Aue. 2 cœli, comm. 27.

motum

motum circularem oui vacuum fieret. Idem de pyramidali figura dicendum eſſet. Ex quibus ſequitur manifeſte,cœlum eſſe ornatum circulari figura. Quod ex natura lucis quoque oſtendi poteſt. Nam lux duplex eſt, realis ſcilicet,& intentionalis,lux intentionalis eſt intelligentia,lux realis eſt qualitas,& omnis lux eſt naturaliter ſphærice multiplicabilis,ideo intelligentiæ ſphæricæ ſunt:lucem autem realem intentionalis cauſat, & illius eſt origo & principium. Ideo in primo corpore, ꝙ eſt cœlum,eſt lux,luce igitur naturaliter ſphærice multiplicabili exiſtenti,oportet corpus cœli,quod luci ſubiicitur eſſe ſphæricum.

Lux duplex.

Solutio dubiorum.

Et ex iſtis modo de facili ſoluuntur dubia propoſita. Nam ad primum dicitur negando conſequentiam. Quia licet figura ſphærica ſit minima,quo ad loci occupationem,tamen ipſa eſt maxima, quoad continentiã. Cœli autem continere eſt,& non contineri. Ad ſecundum dico,quòd principalis finis figuræ corporis,eſt intrinſecus corpori. Quia forma corporis finis eſt & corporis cuius eſt forma,& proprietatum corpori propter formam conuenientium,forma autem cœli figurã ſphæricam ſibi determinat. Ideo licet quãtum ad hoc, quòd eſt ab extrinſecis defendi, non indigeat cœlum figura ſphęrica;tamen quantum ad ſui naturam, & motum eius,ea indiget. Negatur igitur vltima conſequentia argumenti,qua diſiunctiua inferebatur. Ad tertium aliqui reſpondentes negant encentricos,& epicyclos,nos autem in quæſtionibus noſtris Metaphyſicalibus tenemus ſecundum Ptolomæum dari. Et ad argumentum negamus antecedens,quia concentricus eſt circulus,qui diuidens cœlum,& terram in duas partes æquales, habet centrum ſuum cum centro terræ. Encentricus habet ſuum centrum extra centrum terræ. Epicyclus eſt circulus paruus in circunferentia deferẽtis,per cuius circunferentiam defertur corpus planetæ &c. vnde nõ eſt verum, quod impediunt ſphæricitatem cœli.

Quid tenendum de encentricis, & epicyclis.

QVAESTIO II.

Vtrum ſi graue moueretur in vacuo moueretur in inſtanti.

Motus quidem ad motus omnis proportio eſt, in tempore enim eſt &c.
Tex. XXXIII.

QVÆRITVR tertio,Vtrum ſi graue moueretur in vacuo, moueretur in inſtanti. Et videtur quod ſic.

Primo. Omne quod in tempore mouet̃, partim eſt ĩ termino à quo, & partim in termino ad quem,vt patet 6. Phyſic. Sed ſi ſit vacuum,non poteſt mobile, dũ mouetur, eſſe partim in termino à quo,& partim in termino ad quem, cum in vacuo non ſit diſtinctio partium, eo quod vacuum dicat negationem medij:ergo &c.

Tex. 32.

Secundo. Cauſa ſucceſſionis temporariæ in motu eſt reſiſtentia medii, vt videtur velle Ariſt. Sed in vacuo nullum eſt medium:ergo &c.

4. phyſicor. Text. 70. & 71.

Ad euidentiam huius dubii attendendum primo,ꝙ non ſuppono in hac quæſtione eſſe vacuum in natura:teneo enim cum Philoſoph. naturaliter vacuum eſſe non poſſe: licet ſupernaturaliter eſſe poſſit. Completum enim ſignificatum huius nominis vacuum,non eſt aliquid in re,ſed tantum in cõceptione intellectus :ſicut & ſignificatum huius nominis vniuerſalę. Sed quæro,ſi eſſet vacuum, & graue ſiue per poſſibile ſiue per impoſſibile per ipſum deſcenderet, Vtrum talis motus eſſet in tempore vel in inſtanti.

Conſiderandum ſecundo,quod tribus modis intelligi poteſt,motum grauis eſſe in inſtanti. Vno modo,quia toto aliquo tempore ſit in vno loco, & in vltimo inſtanti illius temporis ſit in alio. Sicut dicimus in generatione ſubſtantiali ignis ex aere,materiam aeris,in toto tempore quo aer alteratur,adhoc vt conuertatur in ignem,eſſe ſub forma aeris:in vltimo vero inſtanti illius temporis,eſſe ſub forma ignis.

Motum grauis eſſe ſtanti tr. modis intelligi.

Secundo modo,quia in vno inſtanti eſt in vno loco,& in alio inſtanti immediate relinquens locum quem habebat,alium quem nõ habebat,acquirit, vt moueri in inſtanti nihil aliud ſit,quam in vltimo inſtanti alicuius temporis eſſe in vno loco, & in alio inſtanti immediate ſequenti in alio loco.

Tertio,quia in vno inſtãti exiſtens in vno loco, in eodem inſtanti alium locum acquirit.

Conſiderandum tertio,quod cũ moueri in quodam tranſitu conſiſtat:eſt enim motus actus exiſtentis in potentia ad terminum motus tendentis, tranſitus autem iſte ſit receſſus à termino à quo, & acceſſus ad terminum ad quem:motum aliquẽ fieri in tẽpore aut in inſtanti eſt receſſum à termino à quo,& accceſſum ad terminum ad quem,tempore aut inſtanti menſurari: dicimus enim Sor. in tempore ambulare,quia in tempore recedit à loco in quo erat,& ad locum in quo non erat accedit,generationem autem ignis ex aere(vt ab alteratione præcedente præſcindit)fieri in inſtanti, quia in eodem iſtanti recedit à materia & forma aeris,& ad formam ignis accedit.

Iſtis ſuppoſitis dicitur primo,ꝙ motus grauis in vacuo,non poteſt ſic eſſe in inſtãti,vt in aliquo toto tẽpore graue ſit in vno loco,& in vltimo inſtãti illius temporis ſit in alio loco, totaliter diſtincto.

Probatur primo ſic. Omnis mutatio iſto modo inſtantanea eſt terminus alicuius motus præcedẽtis:motus autem grauis qui fieret in vacuo, non eſſet terminus alicuius motus. Sicut enim nunc cũ mouetur graue,prius in aliquo toto tempore quieuit,ita & ſi mouetur de nouo in vacuo,prius in toto aliquo tempore quieuiſſet:maior eſt Philoſ. & Comment. 6. Phyſic. Oſtenditur etiam inductiue: nam generatio, corruptio,illuminatio,& ſimilia, conſtat quod ſunt aliquorum motuum termini. Tex. 59. probatur etiam ratione ſic. Quod in aliquo toto tempore quieſcit,in eadem diſpoſitione,in quolibet inſtanti illius temporis manet:ergo quod in vltimo inſtanti alicuius totius temporis eſt in alia diſpoſitione quam prius,non quieſcebat in illo toto tempore,ſed mouebatur,& ſic illa mutatio inſtantanea eſt terminus alicuius motus,patet conſequentia,quia ex oppoſito conſequentis oppoſitum

tum antecedentis infertur. Sequitur enim quod in vltimo inſtanti alicuius temporis eſt in alia diſpoſitione,quam prius in toto illo tẽpore quieſcebat: ergo quod in aliquo toto tempore quieſcit, non in eadem diſpoſitione in quolibet inſtanti illius manet,cum in vltimo inſtanti illius temporis aliter ſe habeat quam prius.

Si inſtetur contra iſtud aſſumptum. Quod quieſcit in aliquo toto tempore, eſt in eadem diſpoſitione in quolibet inſtanti illius temporis, quia materia quieſcit toto aliquo tempore ſub vna forma, & tamen in vltimo inſtanti illius temporis eſt ſub alia forma.

Dicitur,quod aliud eſt aliquid vno toto tempore eſſe ſub vna forma,& aliud ipſum toto illo tempore ſub vna forma quieſcere. Poteſt quidem eſſe, ut aliquid toto vno tempore ſit ſub vna forma, & tamen in vltimo inſtanti illius temporis ſit ad aliã formam tranſmutatum,ſicut in generatione ignis ex aere patet. Nam materia toto quodam tempore eſt ſub forma aeris, & in vltimo inſtanti illius temporis eſt ſub forma ignis. Vnde non oportet, vt quod toto vno tempore eſt ſub vna forma,in vltimo inſtanti illius temporis ſit ſub eadem. Sed eſſe non poteſt, vt aliquid vno toto tempore quieſcat ſub vna forma,& in vltimo iſtanti illius temporis ſit ad aliam formam tranſmutatum. Nam de ratione quietis eſt,ut quieſcens ſimiliter ſe habeat nunc,ſicut prius, ita quòd nõ poſſunt accipi duo inſtantia illius temporis, in quibus non ſimiliter ſe habeat,ſicut de ratione motus eſt, ut quod mouetur,non ſimiliter ſe habeat nunc & prius:ita quod non poſſint accipi duo nunc temporis menſurantis motum, in quibus quod mouetur ſimiliter ſe habeat.

Quid eſt aliquid toto tẽpore eſſe ſub una forma, aliud toto tẽpore ſub vna forma quieſcere.

Dicitur ergo,quod materia in toto quidem aliquo tempore eſt ſub vna forma,& in vltimo inſtãti ſub alia,non tamen in toto illo tempore præcedenti ſub illa forma quieſcit:ſed mouetur per alterationem ad formam,quam in vltimo inſtanti accipit,propter quod inquit Philoſoph. 6. Phyſicor. quod omne quod generatum eſt, prius generabatur. Similiter aer,qui in inſtanti illuminatur, in tẽpore pręcedenti,non quieſcit ſub tenebra, ſed mouetur a tenebra ad lucem,per acceſſum ſolis ad ipſum continue,magis ac magis appropinquans ad lucem. Si autem Deus ſolem de nouo crearet aere pręexiſtente,creatio ſolis vicem motus ſolis & aeris gereret,& ſecundum iſtam declarationem patet,quod argumenta Scoti in 2. ſent. contra S. Tho. non militant.

Tex. 59.

Sco. 2. diſt. 1. quæſt. 11.

Secundo. Medium non eſt neceſſarium, ad hoc quod motus ſit in tempore,ergo dato, quod nullũ ſit medium,ſed ſit vacuum, non oportet ut motus ſit in inſtãti:probatur antecedens. Vnaquæq. ſphęra cæleſtis mouetur in tempore,& vna velocius alia,& tamen nullum eſt ibi medium, quod oporteat aut ſcindi aut propelli,ergo &c. Tertio. Si talis motus eſſet in inſtanti, ſi quis proiiceret lapidem ſurſum,aut tranſiret locum vnius ſtadii in inſtanti aut non. Si non, ergo non oporteret motum per vacuum fieri in inſtanti. Si ſic: ergo & locum duorum ſtudiorum,& ſic uſque ad vltimam ſphæram, quod eſt ridiculum.

Confirmatur,quia ſi tunc lapis ab vltima ſphæra dimitteretur,velocius ſine proportione moueretur,quam ipſa ſuprema ſphæra.

Dicitur ſecundo, quòd motus grauis in vacuo non poſſet ſic eſſe in inſtanti,quod in ultimo inſtanti alicuius temporis eſſet in vno loco, & in alio inſtanti immediate eſſet ad alium locum tranſmutatum,patet hoc:nam cum inſtans,non ſit immediatum inſtanti,vt 6. Phyſ. oſtenditur,impoſſibile eſt, ut aliquid in vno inſtanti ſit in uno loco, & in alio inſtanti immediate ſit in alio loco.

Tex. com. 2.

Dicitur tertio,quod impoſſibile eſt etiã ſic motum in vacuo eſſe in inſtanti,quod in uno & eodẽ inſtanti,in quo mobile eſt in uno loco,alium ſibi locum per motum acquirat. Patet,quia ut dicitur 1. Phyſi. Termini motus ſunt incontingentes, ita ꝙ non poteſt mobile ſimul eſſe ſub termino a quo,& ſub termino ad quem.

Impoſſibile eſt motũ in vacuo ſic eẽ ꝙ in vno eodem inſtãti, in quo mobile eſt in vno loco,aliũ ſibi locũ per motum acquirat.

Confirmatur,quia tunc ſi quis vellet ex Roma in Gallias proficiſci,vel ſimul eſſet & in vrbe Roma & in Galliis,uel ad Gallias tranſire non poſſet. Primum eſt inconuenies manifeſtum. Secundum etiam inconueniens videtur. Nam ſi exiſtente corpore intermedio,quod ambulando diuidere oportet,non prohibetur quis ex Roma tranſire ad Gallias,multo magis ſi nullum ſit corpus intermediũ, ſed ſit vacuum.

Tex 67.

Sed circa hanc determinationem duo ſunt, quæ difficultatem faciunt. Primum eſt auctoritas,& ratio Ari. qui vult,quod ſi aliquid moueretur in vacuo,moueretur in inſtanti,hac ratione. Qualis eſt proportio medii ad medium in ſubtilitate,talis eſt proportio motus ad motum in velocitate. Sed ſpatii vacui ad ſpatium plenum nulla eſt proportio. ergo motus per vacuum ad motum per plenum,nulla eſt proportio. Sed motus nullam proportionem habens ad alios motus eſt in inſtanti, ergo quod moueretur in vacuo,moueretur in inſtanti.

Tex. 71. 72. & 73.

Secundum eſt auctoritas S. Thom. 4. ſentent. Determinat enim ibidem,quod quando inter terminos mutationis non eſt medium per ſe in eodem ſubiecto,talis mutatio eſt in inſtanti. Sed ſi aliquid mouetur in vacuo,inter terminos illius motus non datur aliquod medium: ergo erit ille motus in inſtanti.

Diſt. 11. q. 1.

Ad huius difficultatis euidentiam conſiderandum eſt,quod cum omnis motus, omniſque mutatio ſit inter duos terminos, qui ſunt incontingentes,ideſt qui ſimul in eodem eſſe non poſſunt, ut 1. Phyſ. habetur:mobile dum eſt ſub vno termino reſiſtit mouenti,intendenti ipſum ad alium terminũ tranſmutare,ex quo prouenit ut non poſſit ipſum ſub termino ad quem conſtituere,quandiu eſt ſub termino a quo. Si enim corpus aliquod ſit album: ex eo quod eſt album reſiſtit agenti, intendenti ipſum efficere nigrum:ut ſcilicet effici nigrum non poſſit,quamdiu ſub albedine manet:& ideo oportet aliam eſſe durationem, in qua mobile eſt ſub termino a quo,& aliam ſub qua eſt ad terminum ad quem tranſmutatur. Hoc tamen diuerſimode inuenitur,vbi uterque terminus eſt aliquid poſitiuum,& aliter vbi vnus terminus eſt poſitiuus,alius vero negatio. Nam cum omnis mutatio aut motus incipiat in inſtanti: vbi uterque terminus eſt poſitiuus

Text cõ. 47. Mobile dum eſt in termino reſiſtit mouenti,intendenti trãſmutare ipſũ ad alium terminũ, hoc aũt nõ eſt vniformiter in termino poſitiuo & in termino negatiuo.

tiuus latitudinem & diuisibilitatem habens, aliud est instans a quo incipit motus,& recessus à termino à quo:& aliud instans in quo terminatur accessus ad terminum ad quem,& vtrumque illorum instantium ad ipsam mutationem pertinet, ad motũ enim dealbationis pertinet & instans,in quo incipit dealbatio,& instans in quo terminatur. Et ideo cum inter quælibet duo instantia mediet tempus, necesse est vt motus huiusmodi, quo fit trãsitus ab vno termino ad alium, tempore mensuretur, vbi autem vnus terminus est affirmatus, alius vero negatus,sicut cum aliquid mutatur de non esse ad esse,vel ab esse ad non esse, vt sic non oportet vt aliud sit instans in quo incipit motus, & aliud instans in quo terminatur,sed in vno & eodem instãti incipit & terminatur,si ipsa mutatio per se accipiatur,præscindendo.s.eam a motu præcedente,cuius est terminus,& ideo talis mutatio non fit in tẽpore,sed in instãti,in quo est ipsum factum esse, in eodem enim instanti,aliquid generatur & generatum est,& in eodem instanti aliquid corrumpitur & corruptum est.Sicut in eodem instanti aer illuminatur & illuminatus est:& in eodem instanti terminatur motus,& terminatus est.

Ratio ergo quare motus proprie sumptus, est in tempore absolute,non est medium grossum,aut subtile,sed est incompossibilitas terminorum cum eorum latitudine & diuisibilitate, & ideo quia locus diuisibilis est,& diuisibiliter acquiritur, & terminus a quo, & terminus ad quem incompossibiles sunt, mobile existens in vno loco diuisibiliter amissibili,resistit motori intendenti ipsum ad aliũ locum transferre,& ex tali resistentia habet motus siue in pleno sit,siue in vacuo, ut non in instanti,sed in tempore fiat.

Quare motus in vacuo vnus sit alio velocior,põt reddi multiplex ratio.

Quare autem in vacuo vnus motus alio esset velocior, multiplex esse ratio potest. Prima est, quia vnus potest esse inter terminos magis distantes,alius vero inter terminos minus distantes. Nam cæteris paribus vbi est maior locorum distantia, maius tempus ad motum requiritur, quam vbi est minor distantia locorum,sicut maius tempus (cæteris paribus)requiritur ad hoc,vt trãseat aliquid ex magis nigro ad albedinem,quam vt transeat ex minus nigro, maior enim ibi videtur contrarietas.

Secunda causa est maior aut minor excessus virtutis motiuæ supra mobile,vbi enim est maior excessus virtutis motiuæ supra mobile,& consequenter minor resistentia mobilis,ibi est maior velocitas motus ceteris omnibus paribus,siue ille motus sit in vacuo siue in pleno. Nam etiam põsito vacuo,ridiculum esset dicere puerum debilis virtutis æquali velocitate proiicere posse lapidem, sicut vir magnæ virtutis.

Commẽ 74. Lect.12.

Ad auctoritatem Aris.prætermissa responsione Comment.quæ profecto subtilis est, respondetur ut S.Thom.lec.12.in expositione respondet, quod inquam ratio illa non est demonstratiua simpliciter:sed procedit contra ponentes causam totalem velocitatis & tarditatis in motu esse ex parte medii. Sic enim sequitur,quod remoto omni medio, aut motus non esset,aut fieret in istanti;similiter facta illa suppositione,vera est propositio. Qualis est proportio medii ad medium in subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate, non autem est simpliciter vera. Quod autem inquit Auerroes , in grauibus,& leuibus rationem Aristotel. veram esse, eo quod in illis nulla sit retardatio velocitatis ex parte mobilis, sed tantum ex parte medii, eo quod subtracta ab eis forma quam habent ab agente,non remaneat nisi materia,ex cuius parte nulla potest considerari resistentia ad mouens,cum non sit actu, non valet vt bene notat San.Thom.quia remota per intellectum forma,quam graue habet ab agente,non remanet materia nuda, sed remanet corpus quantum, in determinato situ existens oppositio situi , quem mouens intendit , ex quo , vt ipsemet Auerroes dicit, accipitur resistentia mobilis ad mouentem, quæ resistentia in corporibus etiam cælestibus inuenitur. Lect.11.

Ad aliam instantiam ex verbis S. Thom. sumpta dicitur,quod licet inter terminos motus existẽtis in vacuo,non detur medium plenum, datur tamen spatium vacuum,siue locus non repletus corpore,multas habens partes,quibus successiue correspondet graue descendens, ac si illas successiue per motum acquireret.

Sed contra determinationem factam,quæ est S. Thom.in expositione, & in 4.sen.ab aliquibus instatur. dist.44.q.1. art.q.3.addẽ dum.

Primo,si incompossibilitas termini a quo,& termini ad quem(quia videlicet mobile non potest simul esse in utroque loco) est causa.quare motus iste sit in tempore,sequitur quod nõ posset assignari ratio,quare graue circumscripto medio tali gradu finitæ velocitatis moueretur,quacumque enim finita velocitate moueatur,contingit ipsum non esse simul in vtroque loco.

Secundo sequeretur,q̃ graue simplex moueretur in infinitum simpliciter,circumscripta resistentia medii. Nam cum duplo gradu velocitatis ad gradum datum tolleretur mobile simul esse in diuersis locis,& cum quadruplo,& cum octuplo, & sic in infinitum.

Tertio sequeretur,quod graue simplex maioris quantitatis deberet tardius moueri , quam graue minoris quantitatis,quia maius inconueniens est corpus magnum simul esse in diuersis locis, quam corpus paruum.

Quarto. Potentiæ mouentis graue simplex ad talem incompossibilitatem terminorum, nulla est proportio,cum nihil sit:ergo talis incompossibilitas terminorum non tenet locum resistentiæ: nam velocitas cuiuscumque motus , attenditur penes proportionem potentiæ mouentis ad suam resistẽtiam , vel penes accessum , vel aliquid huiusmodi.

Quinto. eadem ratione distantia formalis terminorum in alteratione deberet esse sufficiens causa successionis in motu alterationis, quacumque alia resistentia circumscripta.

Sexto. similiter talis imcompossibilitas terminorum deberet facere successionem in illuminatione medii:hoc autem ex Arist.secundo de anima falsum esse constat: Tex.70.

Ad omnia ista simul dicitur,quod ex falso fundamento

mento procedunt. Nos.n.non dicimus solam terminorum incompossibilitatem esse rationem,quare motus fiat in tempore,sed hanc incõpossibilitatem cum diuisibilitate vtriusque termini. Nam sicut propter diuisibilitatem lineæ,in infinitum, inter quælibet duo puncta lineæ mediant infinita pũcta,ita inter quælibet duo loca,mediant infinita loca,non tamen ab inuicem totaliter distincta, sed communicantia.

Subtracto medio, vnũ graue citius moueri alio potest ex duplici ratione.

Ad primum aũt particulariter iuxta prædicta dicitur,q̃ subtracto medio extrinseco, potest etiã optime assignari ratio,quare vnum graue citius perueniat ad locum deorsum alio graui , duplex, n.potest ratio assignari. Vna est maior, aut minor distantialocorũ,inter quæ est motus. Sicut.n.cæteris paribus minus frigidum citius calefit , quam maius frigidum,propter minorem distantiam inter hanc frigiditatem,& hanc caliditatem , quam inter illam frigiditatẽ,& illam caliditatem:ita hoc graue citius peruenit ad hunc locum,cæteris paribus,quando à loco minus distanti mouetur,quam aliud. Altera est maior aut minor grauitas: quod enim grauius est cæteris paribus,citius descendit propter maiorem inclinationem,maioremque impetum ad locum deorsum.

Dicitur secundo,q̃ non diximus incompossibilitatem terminorum etiam habẽtium latitudinem, esse causam maioris aut minoris velocitatis,sed esse causam q̃ motus absolute fit in tempore, causã autem maioris aut minoris velocitatis esse diximus,& maiorem locorum distantiam, & diuersũ excessum virtutis motiuæ super mobile:ideo ratio non est ad propositum.

Ad secũdum dicitur primo, q̃ ex eodẽ falso fundamento procedit, scilicet ac si dicamus solã incõtingentiã terminorũ esse rationẽ,quare motus fiat in tempore.

Dicitur secundo,q̃ graue simplex non moueretur in infinitum simpliciter:sed determinata velocitate secundum maiorem,aut minorẽ distãtiã locorũ, & secũdũ maiorem aut minorem grauitatẽ.

Ad tertium negatur consequentia,si cætera ponantur paria. Ad probationem dicitur primo, q̃ procedit ex eodem falso fundamento.

Dicitur secundo,quod non maius inconueniẽs est corpus maius esse simul in diuersis locis,quàm corpus paruum. Vtrobique enim contradictionis implicatio est.

Ad quartum dicitur primo,quod ex eodem falso fundamento procedit. Dicitur secundo, quod licet potentiæ mouentis ad incompossibilitatem terminorum, accipiendo incompossibilitatem pro sola negatione possibilitatis existendi simul in eodẽ, nulla sit proportio: entis enim nulla est proportio ad non ens:potentiæ tamen transmutatiuæ mobilis existentis in vno termino, ad terminum incõpossibilem illi est aliqua proportio,& alia, & alia, secundum aliam , & aliam terminorum distantiã. Minor enim potentiæ proportio est ad terminum incompossibilem magis distantem , quàm ad terminum incompossibilem minus distantem : quia vbi termini huiusmodi fuerint magis distantes , maior est resistentia mobilis ad potentiam mouentis,vbi non fuerit minor distantia, minor erit resistentia:& secundum hoc attendetur maior aut minor velocitas motus.

Ad quintum conceditur,quod infertur:nam distantia formalis inter terminos alterationis ; quia videlicet inter ipsos terminos plurales termini mediant,est sufficiens ratio successionis in ea, omni alia resistentia circunscripta.

Ad sextum dicitur primo,quod ex falso intellectu nostræ positionis procedit. Dicitur secundo, q̃ inter terminos illuminationis , s. inter tenebram & lucem nihil mediat, cum ipsi termini latitudinẽ non habeant ex se : ideo quamuis sint termini incompossibiles: nulla tamen in illuminatione successio inuenitur:sicut neque in generatione, vt ab alteratione præscindit.

Ad rationes principales ex prædictis patet responsio. Dicitur enim ad primum,quod graue, dũ moueret in vacuo,partim esset in termino à quo, & partim in termino ad quem: quia licet non esset medium aliquod corpus, esset tamen medium ipsum spatium vacuum verum, vel imaginarium,& esset locus non repletus corpore, plures habẽs partes, quibus graue descendendo secundum partes motus successiue prẽsens esset.

Ad secundum dicitur vt superius , quod falsum est totam causam successionis temporariæ in motu esse medii resistentiam:nec hoc tenuit Aristoteles,quamuis contra tenentes illam positionem ex ea suppositione,tanquam ex concesso ab eis,sit argumentatus.

ADDITIO

QVIA prẽsens quæsitum supponit per possibile, vel per impossibile vacuum dari, & tunc quærit si motus alicuius corporis fieret in eo,esset instãtaneus,aut temporalis,& cum mos Auerro.fuerit, quasi semper loqui aduersus loquentes secundum suam legem,in qua prẽcipuum fundamentum erat(creatio totius vniuersi) quod volens vndequaque destruere ipse Auerro.in hoc 4.physico.ait,vacuum esse necessarium apud eos,qui generãt mundum secundum totum, & declarans in hoc metaphysi.4.physi.qui sunt qui ponunt vacuum,dicit quòd sunt bipartiti,quidam enim ponũt vacuum separatum à corporibus, quidam vero non ponentes creationem,ponunt vacuum non separatum à corporibus,quia si vacuum est vbi non est corpus, sed possibile est esse, vel vacuum est locus corpore priuatus,sed si mundus fuit productus & cæpit esse vbi nunc est,necesse est dicere,quòd prius non fuit aliquod corpus,tamen poterat ibi esse,alioquin ibi non esset,& sic ante mundum creatum fuit vacuum , per quod argumentum putat cogere etiam nos christianos fateri vacuum. Comm. 8. Cõm. 30. & 36. & 43.

Inter illos,qui ponebant vacuum non separatũ à corporibus,fuit quidam Philosophus nomine Xutus, qui hoc argumento ducebatur;si vacuum nõ esset, ergo nõ contingit aliquid condensari,probatur consequẽtia, qa condensatio non aliter fit,quã per vacuum,sed impossibile est non esse cõdensationẽ,quia tũc sequeretur vnũ ex his inconuenientibus, aut quod esset motus localis (quomodo enim corpus transiret per corpus, nisi esset densatio aliqua?)aut si motus est sine condensatione, totus mundus conturbabitur & fluctuabit,quia dato q̃ Opinio Xuti:

moueatur vnum corpus,puta ipsius canis,hoc tale corpus mouebit vnam partem spatij in locum vlteriorem, & illa aliam,& illa aliam iterum, donec totus mundus moueatur,& egrediatur suos limites, & item per quietē regrediatur,sicut mare fluctuat motu vndarum, quod si hoc non est,sequitur aliud inconueniens,quod si modo aliquod corpus crescit,vt cum ex aqua fit aer, alibi opus sit vt aliud corpus decrescat, puta tātum aeris fiat aqua,ne totum vniuersum fluctuet,& conturbetur, qđ si ista esse non possunt,oportet dari vacuum in corporibus ratione cuius condēsentur,quia condensatio aliter fieri non potest,quàm per vacuum. Vt appareat quòd neutrum argumentum concludit.

Notandum. Est notandum primo,quòd ponentes vacuū ad tres opiniones reduci possunt;prima fuit pythagoricorum, qui non naturaliter de vacuo loquuti sunt:dicebāt enim vacuum esse quoddam spatium magnum separatum à corpore extra cœlum existens,& sic imaginati sunt vniuersum esse magnum quoddam animal, quod quidem vacuum respirans per ipsum flatu quodam, corpora huiusmodi distinguit,& separat ab inuicem, ita quòd vacuum nihil aliud erat quam distinctio,& separatio partium vniuersi: imaginati sunt enim distinctionem per plenum fieri non posse, quia oportet huiusmodi plenū ab aliis partibus vniuersi distingui, & sic oportet vt fiat per vacuum, & quia prima distinctio inuenitur in numeris,eo quòd numeri secundum ipsos sunt prima principia & substantialia rerum, ideo primo ponebant vacuum in numeris , vt per naturam vacui vna vnitas ab alia distingueretur,ne numerus sit cōtinuus, sed habeat naturam discretam.

Secunda opinio. Secunda opinio fuit ponentium vacuum separatum à corporibus inter latera alicuius corporis continentis interceptum,quod quidem spatium erat corporum susceptiuum,vt si diceremus spatium,quod est inter extremitates domus,est vacuum,& assignabant rationē positionis eorum,quia credebant aerem nihil esse.

Tertia opin Tertia opinio fuit ponentium vacuum infra corpora naturalia,& partibus corporis vniuersi imbibitum,q̄ quidem habet distinguere partes cuiuslibet corporis ab inuicem,& etiam partes totius vniuersi, vt dixerunt Democritus & suus collega Leucippus.

Secundo est sciendum,quod duplex est rarefactio & condensatio,propria & impropria: impropria est quæ fit absque mutatione,& alteratione aliqua partium rei, sed solum per approximationem vel partium separationem,sicut spongia cum eiecta est aqua vel aer, condensata dicitur,cum vero plena est aere vel aqua rarefacta est,talis autem densatio,& rarefactio non fit absque corporis extremi intromissione,vel expulsione, & hęc inest frequenter mixtis,saltem ignis & aer non habent hanc densationem vel raritatem. Antiqui itaque non cognoscebant,nisi hanc solum cum hoc discrimine,quod illi ponebant intra corpora vacuos poros, nos vero plenos subtiliore corpore, & sic possumus dicere, cinerem condensari. Alia est condensatio,& rarefactio propria,& hæc non fit corporis alterius expulsione vel receptione,sed mutatione ipsius subiecti ex potentia in actum,vt sicut quod erat calidum fit frigidum, nō quia ab intrinseco quicquam recipiat,sed quia materia, quæ erat in potentia frigida,fit actu frigida,& ita fit rara,& densa actu,ex eo,quod erat in potentia. Quibus stantibus dicimus,quòd nullo modo ponentes mundum productum,coguntur ponere vacuum , & ad argumentum

q.46. are. 1. Auerr.respon. Ad argumēta respon. Auerr.respon.D.Thom.p.p. quòd ad rationem vacui non sufficit,in quo nihil sit,sed requiritur quod sit spatium capax corporis,in quo non sit corpus,vt patet per Aristot.4.physico.generantes ergo mundum dicunt non fuisse locum aut spatium ante mundum. Ad secundum dicitur,quòd condensatio fit per hoc,quòd subiectum existens sub raritate , & in potentia existens ad densitatem,reducitur ad densitatem, & econuerso, sic ergo ex aqua fit aer per hoc, quod eadem materia numero,quæ prius erat sub forma aquę, fit sub forma aeris, aut e conuerso:sic in proposito ex denso fit rarum, per hoc quòd eadem materia,quæ prius erat sub forma densitatis,fit sub raritate,& sic non oportet ponere vacuum propter raritatem & densitatem,nec oportet vniuersum conturbari & fluctuare,vt mare, quia quando aliquod corpus mouetur,puta canis ad aliquem locū , aliud corpus cedit, quod existebat eo in loco . Nec te moueat si Auerr.dixit,quòd ponentes vacuum sunt bipartiti,& nos recitauimus tres opiniones,quia Auerro. loquitur de his qui naturaliter locuti sunt, Pythagorici quorum fuit prima opinio,non naturaliter locuti sunt.

QVAESTIO IV.

Vtrum tempus distinguatur à motu.

Quoniam autem videtur maxime motus esse & motio quędam tempus &c.
Tex. XLV.

CIRCA tractatum de tempore , Quæritur primo, Vtrum tempus sit aliquid distinctū à motu,existens extra animam, & videtur quod non.Primo . Id quod componitur ex partibus,quæ non sunt, non est, sed tempus componitur ex his,quę non sunt,scilicet ex præterito & futuro,quorum nullum est:ergo tempus non est.

Secundo. Si tempus est aliquid,aut est res permanens,aut est res successiua,sed non est res permanens,vt satis patet (nisi poneremus tempus esse ipsum cœlum)nec res successiua, quod probatur,si esset res successiua, tunc tempus esset dum fieret,hoc autem est falsum,quia illud dicitur fieri,quod procedit de non esse ad esse : ergo quod fit non est:ergo tempus nihil est.Tertio. Illa sunt idem quorum partes sunt eædem,sed partes temporis,& partes motus sunt eædem:ergo &c. consequentia nota cum maiori: probatur minor, nam partes motus sunt prius,& posterius,similiter partes temporis:ergo &c.

Quarto. Si tempus sit aliud à motu, cum tamen tempus,quam motus sint entia successiua, sequitur,quod alia erit successio temporis,& alia successio motus,sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas consequentis . Impossibile est esse duas quantitates permansiuas in vno quanto permansiuo:ergo in motu non potest esse propria successio, & alia successio quæ pertineat ad tempus.

Tex.99. Quinto,ad hoc est auctoritas Phil.dicentis:Est autem prius & posterius ipsorum in motu, quod equidem ens motus est,vbi dicit S. Thom. prius Lect.17. & po-

& posterius ipsorum,scilicet tēporis & motus quātum ad id quod est,motus est, sed tempus nihil aliud est,quam prius & posterius, ergo tempus est idem quod motus.

Tempus est ens reale extra animam existens. Respondeo ad istam difficultatem tribus conclusionibus. Prima est. Tēpus est ens reale, extra animā existens . Probatur primo,omnis quantitas est ens reale,sed tempus est quantitas, ergo &c.

Secundo.id quod est mensura entis realis, est ens reale,sed tempus est mensura motus, ergo &c.

Tex: & commen. 131. Sed circa hanc conclusionem dubium occurrit. Nam cum Philo.in fine huius quarti,& Commen. expresse ponant,quod numerus non est in actu nisi per opus animæ,tempus vero sit quidam numerus,videtur quod non sit in actu , nisi per opus animæ,ergo non est ens rēale.

Numerus ē duplex,scilicet multitudo discretarum rerū & continuarū. Respondetur & dicitur primo,quod duplex est numerus,Quidam scilicet qui est multitudo vnitatum discretarum,& nullo modo continuarum , sicut numerus decem hominum,& de hoc nō loquitur Philos.& Commen.Alius est numerus,qui est multitudo partium continui,& de hoc Phil.loquitur,intelligitque quantum ad partium distinctionem,quod.s. tales partes non, sunt separatæ nisi p opus animæ.Dicitur secundo,quod tempus est numerus secundo modo dictus, ideo non est nisi per opus animæ,quantum scilicet ad actualem distinctionem suarum vnitatum , quę cum sint vnitates partium motus,qui continuus est , distinctionem & separationem partium non habet, quantum tamen ad entitatem suā extra animam est , est enim entitas,quæ ratione subiecti in quo est,continuitatem habet,ut infra dicetur.

Sequitur ex istis,quòd licet tempus sit res extra animam, ita quod non existente anima, adhuc est tempus:tamen tempus secundum suam totalitatē non habet esse nisi in anima:Cum enim tempus si successiuum, de cuius ratione est quod non sit totum simul de eo,nisi indiuisibile,non poterit esse tempus secundum partes suas , nisi per operationem animæ comparantis partem priorem, & posteriorem temporis: vnde totalitas temporis est solum in anima,& hoc significauit Philosophus dū dixit,quod tempus est vtcumque ens sine anima, id est habet esse imperfecto modo.

Tex.131. Tempus est successiuum Secunda conclusio est.Tempus est successiuum.

Res successiua a permanenti in duobus differt. Ad cuius euidentiam sciendum primo , quod res successiua differt a permanenti in duobus. Primo quia res permanentes habent partes suas totas simul in actu,sicut Sortes,lignum &c. totum autē successiuum non habet partes secundum se totas simul existentes,sed partes suæ esse in successione habent,secundum quod vna habet esse post alterā, sicut est de motu , partes enim motus non habent esse simul:sed vna est post alteram.

Secundo , quia totum permanens non est actu, dum fit:non enim Sor.est dum generatur,sed postquam genitus est,totum autem successiuum simul est.& fit,& nullo modo est actu,nisi dum fit,motus enim non est,nisi dum mouetur mobile.

Probatur itaque conclusio.Primo sic , illud cuius partes non sunt simul,& in fieri esse habet, est ens successiuum,sed partes temporis non sunt simul & ipsum in fieri esse habet (præteritum enim & futurum non sunt simul)& tempus non est,nisi dum fit:ergo tempus est successiuum.

Sed duo occurrunt dubia. Primum est.In generatione Sor.non sunt simul omnes partes; nam secundum Phil.3.de partibus animalium & 2. de gene.animalium,primo generatur cor,quā aliæ partes,& tamē Sortes est res permanens, ergo falsum est,quod partes rei permanentis in hoc a partibus rei successiuę distinguantur , quia illæ sint simul, istæ autem non. Cap.1.& 2. Cap.4.

Secundum dubium est . Si tempus est talis res successiua,quę non habet simultatem partium, & non habet esse,nisi dum fit , sequitur quod in eodem tempore aliqua pars eius primo generabitur & corrumpetur,sed hoc est impossibile , quia id quod est pro aliqua mensura , non potest pro illa mensura non esse,ergo &c . Probatur consequētia. Accipio vnam diem:certum est, quod vna dies nō generatur,nisi in vna die . Quæro ergo,in quo tempore corrumpatur illa dies:non in tempore precedente ipsam diem , nec in tempore sequenti, nec in aliqua parte diei : ergo corrumpitur in seipsa die,& in eo tempore quo primo generata est : ergo &c.

Quomodo intelligatur, quod partes rei permanētis sunt simul. Ad primum istorum dicitur,quod partes alicuius non sunt partes eius,nisi dum vniuntur in toto: dum enim sunt separatę a toto , non sunt partes eius in actu:vnde quando generatum est cor,simul sunt omnes partes eius,non autem simul generantur omnes partes Sortis,quia non omnes simul incipiunt esse partes Sortis . Illa igitur propositio, scilicet partes rei permanentis sunt simul, intelligenda est,quando sunt partes eius,non autem antequam sint eius partes,& per hoc differt res permanens a successiua, quia partes rei successiuæ,etiam dum sunt partes eius,non sunt simul secundū se totas.

Dicitur secundo , quod partes rei permanentis dicuntur esse simul,non quia oporteat facta vna,fieri tunc omnes:sed quia adueniente ea , quæ secundo generatur,non oportet primam corrumpi , sicut accidit in successiuis:adueniente enim futuro, necesse est præteritum non esse.

Quomodo corrūpatur aliquid totū successiuū. Ad secundum negatur consequentia . Ad probationem dicitur , quod tota vna dies non corrumpitur in seipsa tota, neque in aliqua sui parte , sed in vltimo instanti terminante horam, in illo enim definit esse:vnde diem aliquam corrumpi nihil aliud est,quam illam totaliter compleri & terminari.

Tempus est ens realiter distinctum a motu. Tex.97. Tex.95. 96. & 97. Tertia conclusio est . Tempus est ens realiter distinctum a motu. Probatur primo auctoritatib. Philos.& Commen. Nam Philos.probat quod tempus non est motus;idem quoque probat & concludit,quod quidem igitur non est motus manifestū est.Item textu 98.concludit . Quod igitur neque motus,neque sine motu tempus est , manifestum est.Item in eodem text.ait. Quoniam autem non est motus necesse est , motus aliqui esse seipsum. Item tex.101.dicit, Non ergo motus tempus est, sed secundum quod numerum habet motus. Commentator autem concludit secundum mentem Philosophi,quod tempus non est motus.Idem dicit Comm.98.Item Comment.101.dicit,Tempus Comm: 95.

igitur non est motus, sed quodammodo numerus
Comm. 35. motus. Præterea Comment. 103. dicit differẽtiam inter tempus & motum, ne existimetur quod tempus est motus.

Secundo probatur rationibus. Prima ratio Philosophi secundum S. Thom. qua probatur, quod tẽ
Tex. 93. pus non est circulatio cœli, est ista. Pars temporis est tempus: sed pars circulationis non est circulatio, ergo circulatio non est tempus, & multo minus alius motus.

Tempus est quoddam totum homogeneum.
Pro declaratione huius rationis notãdum, quod cum tempus sit totum homogeneum, ideſt similiũ partium, ita quod omnes partes sunt eiusdem rationis cũ toto, & inter se, sicut enim quælibet pars aquæ est aqua, ita quælibet pars temporis est tempus, ideo oportet, vt omne illud quod est idem tempori, totum homogeneum sit, & sic sequitur, si tempus sit circulatio, quod pars circulationis sit circulatio, & in hoc fundatur ratio Philosophi.

Sed videtur ista responsio nulla esse; si enim accipiatur tempus, & motus secundum quod significantur nominibus communibus, scilicet temporis & motus, sicut tempus est homogeneum, ita & motus: sicut enim quælibet pars tẽporis est tempus, ita quælibet pars motus est motus, si autem accipiantur, vt significantur nominibus partium, scilicet tempus nomine diei, aut anni, & huiusmodi, motus autem nomine circulationis, sicut non quælibet pars circulationis est circulatio, ita neq; quælibet pars anni est annus, si igitur proportionaliter sumantur, eodem modo se habẽt in tempore, & motu.

Respondetur, quod non comparat Phil. tempus & motum adinuicem, tanquam duo vniuersalia: tẽpus enim nominat aliquod vnum numero, quod ẽ accidens primi motus: vnde & dicentes tempus esse motum, non dicebant tempus esse motum in communi, sed esse idem quod hic motus numero, qui est primi mobilis circulatio, si ergo hoc accidens vnum numero quod est tempus, est hic motus numero, qui est circulatio: oportet ꝙ si quælibet pars huius temporis est tẽpus, quod quælibet pars huius circulationis sit circulatio.

Attendendum autem, quod hanc rationem aliter Simplicius format, sic inquam. Pars circulationis vniuersi, puta dies, tempus est secundũ eos, qui dicunt tempus esse circulationem, & diem partem circulationis esse, sed pars circulationis non est circulatio: ergo aliquod tempus, non est circulatio, ergo non est uniuersaliter verum quod tempus sit circulatio vniuersi.

Tex. 93. Secunda ratio Phil. ad idẽ est ista. Si tempus est circulatio, sequitur ꝙ si essent plures cœli, essent ẽt plura tempora: sed hoc est falsum: ergo &c.

Sed videtur, ꝙ Philosophus male neget istam cõditionalem: si essent plures cœli, ideſt plures mundi, essent plura tempora; videtur enim esse necessaria: nam cum tempus sit accidens primi motus, oportet, & ipsum si primi motus multiplicentur, multiplicari; sed si essent plures mundi, essent plures primi motus, sicut & plura prima mobilia: ergo essent plura tempora, &c.

Quomodo si essent plures mundi, essent plura tempora.
Respõdetur & dicitur primo, quod ista conditionalis, Si essent plures mundi, essent plura tempora, vera est, posito quòd tempus sit motus: si enim essent plures mundi, plures etiam primi motus essent: absolute autem secundum Philosophum est falsa, qui vult nullo modo plura tempora posse esse simul, nisi vnum alterum contineat: secundum. n. mentem Philos. tempus dicit mensuram omnium motuum, ideo quantumcunque multiplicentur motus, multiplicari tempora non oportet: vna enim mensura extrinseca potest esse plurium, sicut vnus palmus, & pannum, & lignum potest mensurari: vnde etiam si essent plures mundi, non oporteret esse plura tempora.

Plures mundi plura tempora.
Dicitur secundo, quod in quolibet motu est propria successio intrinseca, quæ improprie potest dici tempus, sed successio, quæ est accidens existens in primo motu, est proprie tempus, & illa successio non habet rationem temporis, nisi quia est successio primi motus, qui est omnium aliorum motuũ mensura: vnde si cessaret ille motus, qui nunc est primus, & alii remanerent, successio & mensura intrinseca illius motus, qui remaneret primus, esset tempus.

Ad multiplicationem subiecti sequitur multiplicatio temporis.
Ad rationem itaque dicitur, quòd multiplicato subiecto, oportet multiplicari tempus, inquantum accidens & passio ipsius subiecti est, non autem inquantum mensura: vnde si essent plures mundi, essent quidem plura tempora, quorum vnum esset proprie tempus, aliud vero improprie: successio. n. alterius primi motus extrinseca esset improprie tempus, sicut & aliorum motuũ particularium successio, sed vnum esset tẽpus proprie dictum, quod omnium mensura extrinseca esset. Nam tempus proprium accidens est alicuius motus primi, a quo extrinsece omnes alii motus mensurantur, & sic per tale tempus posset etiam primus motus alterius mundi mensurari.

Sed adhuc remanet dubiũ. Si enim essent & plures mundi, essent & plures motus primi, & quilibet per responsionem, suam intrinsecam successionem haberet: ergo cum vnus illorum motuum non dependeret ab aliquo quocunque mundo, non esset maior ratio, quod successio vnius esset proprie tempus mensurans alterum motum primum, quã ecõuerso: ergo oportet vnamquamque illarum successionum esse tempus proprie dictum, & sic plura tempora essent simul.

Responde tur quantum mihi pro nunc occurrit, quamuis essent plures mundi, primum tamen mobile vnius illorum mundorum motum simpliciorem & vniformiorem, atque natura sua notiorem haberet, quam primum mobile alterius mundi, & tunc tempus in illo motu fundatum, omnium motuum vtriusque mundi mensura esset, eo ꝙ motus primus vnius, esset mensura motus alterius: si vero poneremus, ꝙ in vnoquoque illorum mundorum esset vnus motus primus & simplicissimus, ita ꝙ vnus nullo modo ab altero mensuraretur: adhuc non oporteret vt essent plura tempora proprie dicta, nisi poneretur tempus esse mundi circulationem. Quamuis. n. non repugnet plures motus simul esse, impossibile tamẽ est plura tpa esse simul, quorum. l. vnum non contineatur in alio, siue ponatur vnus mundus siue plures. Nam cum secundum communem vsum loquendi, illa quorum vnũ dicitur

dicitur fieri quando aliud fit, ita quòd & simul incipiunt & desinunt, simul fieri dicantur: si aliqua in diuersis mundis simul inciperent, & desinerẽt, sed in duabus horis duorum mũdorum simul existentibus, dicerẽtur quidem simul fieri, quia simul inciperent, & desinerẽt etiam non simul fieri, quia fierẽt in diuersis temporibus omnino disparatis, quorum. s. vnum non contineretur in alio: sicque ista simul fierent, & non simul fierent, quod est impossibile manifestum. Posset autẽ & breuius hoc dubium expediri, dicendo, ꝙ Philosophus illã conditionalem negat, non quia non sit vera, sed quia ab illis philosophis contra quos arguebat, non cõcedebatur. Verum quod fundamẽtum habeat hęc responsio, cõsiderato cum ex eorum positione argumentetur, omnino clarissime sequebatur, illam conditionalem veram esse, vt Phil. deducit.

Tertio arguitur, quod tempus absolute non sit
Tex. 95. motus, aut mutatio, & est rõ Arist. Omnis motus et mutatio, vel est solum in ipso trãsmutato, sicut mutatio in substantia, quantitate, & qualitate, vel etiam in loco vbi est transmutans, & trãsmutatũ, sicut motus in vbi, & in loco, sed tempus est vbiq; & apud omnia: ergo &c.

Tẽpus materialiter non est sic, secus formaliter.
Pro declaratione minoris attendendum est, qđ de tempore dupliciter loqui possumus. s. materialiter & formaliter. Si materialiter sumatur, inquãtum. s. est accidens motus primi mobilis: sic nõ est vbique & apud omnia, sed tantum in primo mobili, sed ad hunc sensum non loquitur Philos. si vero formaliter sumatur, inquantum. s. primam omnium motuum mensurã importat, sic & est vbiq; & apud omnia, quia in omni loco pẽrtim inferiori est aliquid quod tempore mensuratur, & similiter mensurãtur, aliquo modo tempora, quæcunq; sub orbe lunæ continentur. Et ad hunc sensum est Philosophi propositio intelligenda. ¶ Quantum ad maiorem vero notandum, ꝙ eam aliter interpretatur S. Thom. & aliter Simplicius. S. Thom. enim Alexandri interpretationem secutus exponit, ꝙ propter modum in substantia, quantitate, & qualitate, dixit Philosophus omnem motum & mutationem esse solum in ipso transmutato: qa inquam id, secundum quod fit motus, est in eo ipso quod transmutatur, propter motum vero in vbi, addidit vel etiam in loco vbi est transmutatũ & transmutans, quia videlicet per motum ad vbi: non tantum acquiritur vbi, quod est in transmutato, sed etiam locus, qui a trãsmutato est extraneus. Simplicius vero vtramque partem ad omnes motus refert, inquiens, ꝙ omnis motus est in eo quod mouetur solum, ideſt non in alio mobili, & præter hoc est etiam in loco tãtum, vbi est quod mouetur, quorum neutrum conuenit tpi, cum ipsum similiter sit vbique, & apud omnia, vt esse vbique opponatur ei quod est esse tantum vbi est quod mouetur, esse vero apud omnia opponatur ei quod est esse in transmutato solum.

Tex. 96. Quarto ad idem, & est ratio Phil. Motus dicitur velox aut tardus: tempus non dicitur velox, aut tardum, ergo tempus non est motus. Probatur minor, quia velox & tardum tempore determinatur: dicitur enim velox, quod per multum spatium paruo tempore mouetur: tardum autem quod per pau-

Lect. 16. Opinio D. Tho. alia ab illa, Simplicij.

cum spatium in multo tempore: tempus autem nõ determinatur tempore, neque secundum suam quantitatem, neque secundum suam qualitatem, cum nihil sit sui ipsius mensura.

Tẽpus tẽpore determinari neque secũdũ quantitatẽ, neque secudũ quãlitatẽ, qũo i telligendum.
Attendendum autem, quod tempus non determinari tempore neque secundum quantitatem Simplicius exponit, quia tempus secundum quantitatem suam, qua dicitur multum aut paucum, non determinatur tempore, non enim dicitur multum tempus, quia in multo tempore sit, neq; paucum, quia in pauco, sed secundum continuitatẽ & numerum, sed hoc motui est proprium, multum enim dicimus, qui in multo tempore sit: paucum vero qui in pauco: secundum qualitatem vero tempus determinari tempore nõ potest, quia tempus quale omnino nõ est; nõ enim tẽpus, sicut motus velocitatem habet, & tarditatem, quæ qualitas quædam motus est, & tempore determinatur. S. Thom. vero videtur vtrumque tempori attribue Lect. 16. re. s. & quantitatem, & qualitatem, & neutrum tẽpore determinari, quod quidem textui magis congruere videtur, quam qualitatem a tempore omnino remouere. Nam cum inquit Philos. tempus non determinari tempore, neque quo quantum aliquid est, neque quo quale videtur, & quantitatem & qualitatem in tempore supponere, negare vero illa tempore determinari, per qualitatem autem temporis non videtur Phil. uelocitatem, & tarditatem accepisse, cum hæc non conuenire tempori, probare intendat, sed potius hoc quod dico, Hiems, Æstas, Ver, Autumnus, & huiusmodi, quæ quandam temporis dispositionem, & qualitatem, significare videntur. Sicut. n. multum & paucum in tempore, quæ eius quantitatem significare videntur, tempore non determinantur, ita neque Hiems, Æstas, & huiusmodi, quæ ad eius pertinẽt qualitatem.

Auerr. comment. 104.
Quinto. Effectus distinguitur à sua causa, sed tẽpus est effectus motus: dicit. n. Commen. Tempus sequitur motum. s. quia motus est causa eius, quia est subiectum illius: ergo tempus non est motus.

Tex. 118.
Sexto. Si tempus esset idem quod motus: sequeretur de necessitate moueri omne quod est in tempore, quia omne quod est in motu, mouetur, hoc autem est falsum, quia etiam quiescens est in tempore: ergo &c. Istam rationem tangit Philo. Dicit. n. Non. n. sicut quod in motu est, necesse est moueri, sic & quod in tempore est, non. n. tempus motus est.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum negatur minor, & dicitur, ꝙ præteritum & futurum sunt eo modo, quo conuenit esse partibus successiuis. s. in quadam successione, & per aliquod indiuisibile continuans ea.

Non omne fieri est procedere de nõ esse ad esse.
Ad secundum dicitur, quod tempus est res successiua. Ad improbationem huius negatur falsitas cõsequentis. Ad cuius probationem dicitur, quod non omne fieri est procedere de nõ esse ad esse, sed bene fieri est habere esse ab alio, vnde ad hoc quod aliquid fiat, sufficit quod habeat esse ab alio, & qđ prius secundum intellectum sit sub non esse quam sub esse, & sic tempus fieri, est ipsum habere esse ab alio, non autem procedere de non esse ad esse.

Potest

Potest secundo dici, quòd tempus procedit de non esse ad esse secundum partes sibi succedentes, nō autem sic, quod dum fit, nullo modo habeat esse.

Ad tertium negatur minor. Nam licet pars temporis, & pars motus conueniunt in hoc, quod est esse priorem aut posteriorem, alia tamen est pars prior temporis, & alia pars prior motus, & similiter est de parte posteriori.

Ad quartum dicitur primo, quòd tempus non est successio, quia successio non videtur esse aliud, quam relatio inter prius & posterius, tempus autem non est relatio, sed est quantitas successionem habens. Dicitur secundo, quòd non est inconueniens duas successiones esse simul quarum vna sit inter partes tẽporis: alia vero inter partes motus; nam cum successio sit relatio ad multiplicationem fundamentorum & terminorum, multiplicatur, vnde cum aliæ sint partes temporis, & aliæ partes motus, oportet aliam esse successionem temporis, & aliam successionem motus esse, negatur ergo illa consequentia vltima.

Ad quintum tripliciter potest responderi. Primo, q̃ prius & posterius tam temporis quam motus dicuntur esse id, quod est motus materialiter & subiectiue, quia videlicet motus est subiectum prioris & posterioris, non autem quia sint vna & eadem res formaliter cum motu in quo sunt. Potest secundo responderi, quòd loquitur Philosophus de priori & posteriori temporis, non quæ sunt partes temporis, sed quæ sunt partes motus.

Nam hæc etiam dicuntur prius & posterius tẽporis causaliter, inquantum ex priori & posteriori quæ sunt in motu, causatur prius & posterius in tempore, & per illa tempus definitur, secundum quod à priori & posteriori, quæ sunt in magnitudine, sumuntur. Et si bene cõsiderentur verba S. Th. videbitur hanc esse eius intentionem. Potest tertio responderi, q̃ interpres male interpretatus est text. Græcum. Sic enim debebat interpretari. Ex his autem prius & posterius, quod est in motu, subiecto est motus, ipso autem esse alterum est, & non motus. Nam cum dixisset Philosophus, esse in primis prius, & posterius in magnitudine, deinde in motu, postremo in tempore, de priori & posteriori motu locuturus, vt ostenderet quomodo tempus mensurat motum secundum prius & posterius, subiunxit quod ex istis prioribus, & posterioribus illud prius & posterius, quod est ī motus subiecto, quidem est idem quod motus, quia videlicet quælibet pars motus est motus, ratione autẽ est diuersum à motu. Nam motus ratio est actus existentis in potentia, prius autem & posterius ordinem partium motui importat.

Lect. 17.

ADDITIO.

CIRCA secundam illam rationem, si tempus esset circulatio, tunc essent plures cœli, & essent quoque plura tempora, & plures primi motus, & plures mundi, sed hæc omnia sunt falsa, igitur, &c. Sed contra potuisset quis dicere, videtur quòd nedum non sit falsum esse plures mũdos, sed verissimum, & necessarium est ponere pluralitatem mundorum, quia Deus Opti. Maxim. non determinatur ad vnum mundum, ergo plures potest causare.

Secundo. natura mundi est perfectior aliis naturis: ergo in pluribus indiuiduis saluari potest.

Tertio. natura & Deus semper faciunt quod melius est, sed melius est esse plures mundos, quam vnum, quia plura bona paucioribus meliora sunt: ergo melius est esse plures mundos.

Quarto. natura mundi est vniuersalis: ergo ipsa in pluribus mundis potest existere.

Quinto. generabilia variantur; ergo & mundus, consequentia probatur, quia variata parte variatur totum.

Sexto. omne quod habet formam in materia possibile est multiplicari secundum numerum, manente eadem specie, quia multiplicatio secundum numerum est ex materia, sed mundus habet formam in materia; sicut enim cum dico homo, significo formam; cum autem dico hic homo, significo formam in materia, ita cum dicitur mundus significatur forma, cum autem dicitur hic mundus significatur forma in materia, & sic nedum verum, sed summe necessarium est, esse plures mundos.

Pro solutione horum. Sciendum est primo, quòd dubitatio hæc mota fuit ab Aristotel. primo cœli, vbi hac ratione probat dari tantum vnum cœlum, ex consequẽti vnum mundum, quia vno primo existente mouente, oportet existere tantum vnum primum mobile, licet primus motor plura mobilia moueat, hoc tamen est, quia hoc secundum & mediate mouetur, & aliquod primo & immediate, quia igitur inconuenit esse duo primo mobilia, & aliquod esse primum mobile, ideo illud est tantum vnum. Confirmatur, datis duobus primis mobilibus, oportet dari duos primos motus, quibus illa duo prima mobilia mouentur: est enim inconueniens vni efficienti assignare duo prima, & æterna instrumẽta; confirmatur adhuc, quia inconuenit dari duo centra & duo orizonta, vt patet primo cœli; quia si sic, non esset superius neque inferius naturaliter, sed in sola comparatione, primo cœli, licet igitur Deus omne cœlum moueat, tamen primum cœlum primo mouet, alios vero non primo, & primo cœlo appropriatur tanquam proprio instrumento, & ad illud stat omnium mobiliũ vltima resolutio; si enim omnibus cœlis æque immediate se haberet primum mouens, tunc velocius circuiret primus motor cœlos inferiores, quam superiores, quia eo quod inferiores cœli sunt minores altioribus, super inferiores maiorem habet proportionem, quam supra maiores, & sic velocius etiam mouerentur erraticæ quam stellata sphæra, & velocius luna, quàm sol, q̃d patet esse falsum, vt dixit Aristo. primo meteororũ. prẽterea si primus finis est vnus, primum cœlum est vnum, & mundus est vnus; assumptum deduci potest ex vltima propositione 12. metaphys. entia nolunt maledisponi, & pluralitas principatuum mala, vnus ergo princeps, resolutio habet stare ad vnum finem, nòn autem ad duos primos tales, quia tunc finiretur aliquid per aliquod, quo dempto adhuc sufficienter finiretur.

Tex. 80. Tex. 79.

Considerandum vlterius, quòd ipse ordo in rebus sic a Deo creatis existens, vnitatem mundi manifestat: mundus enim iste vnus dicitur vnitate ordinis, secundum quod quædam ad alia ordinantur, quæcunque autem sunt a Deo, habent ordinem adinuicem, & ad ipsum Deum, vnde necesse est, quod omnia ad vnum mundum pertineant, & ideo illi potuerunt

Cõsideratio vtilissima.

ponere plures mundos, qui causam mundi non posuerunt aliquam sapientiam ordinantem, sed casum vt Democritus qui dixit ex concursu ato motum factum esse hunc mundum & alios infinitos, & si duo mundi simul essent, tunc essent in eodem tempore, aliter non essent duo, sed quemadmodum sunt in eodem tempore, idem tempus habent commune: ergo vnum habent tempus illis duobus mundis commune: ergo vnus est motus illis communis: ergo vnum mobile commune: ergo vnus motor communis, quæ omnia repugnant pluralitati mundorum, & si ratio artic. 1. cœli valet, quod cœlum est sempiternum, & perpetuum: ergo tantum vnum cœlum, & etiam est tantum vnus horizon, & est tantum vnum medium, quæ omnia tantum vnum mundum constituunt, qui constat ex tota sua materia, & ex omni corpore materiali & sensibili, quod quidem etiam sacræ literæ testantur, vt scribitur Ioannis 1. mundus per ipsum factus est. Quibus stantibus dicitur ad primum dubium quod si plures essent mundi similis speciei, ipsi essent frustra, si vero essent plures mundi dissimilis speciei, tunc nullus eorum comprehenderet totam naturam corporis sensibilis, & sic nullus eorum esset perfectus: ideo ex omnibus Deus vnum mundum perfectum causauit: dicitur etiam quod Deus de potentia sua absoluta poterit plures mundos producere, sed nunc loquimur naturaliter. Ad secundum negatur consequentia, quia melius est habere vnum indiuiduum perfectum, quam multa imperfecta. Ad tertium dicitur, quod nullum agens intendit pluralitatem materialem vt finem: quia materialis multitudo non habet certum terminum, sed de se tendit in infinitum, infinitum autem repugnat rationi finis, cum autem dicitur plures mundos esse meliores, quàm vnum, hoc dicitur secundum multitudinem materialem, tale autem melius non est de intentione Dei agentis, quia eadem ratione dici posset quod si fecisset duos, melius esset quod essent tres, & sic in infinitum. Ad quartum dicitur, quòd vniuersale ex parte rei & intellectus est in multis secundum rem, sed natura mundi est vniuersalis secundum rationem & intellectum, non secundum rem. Ad quintum dicitur, quòd principales partes mundi sunt æternæ, vt cœlum & elementa. Ad sextum dicitur quod mundus constat ex tota sua materia: non enim est possibile esse aliam terram quam istã, quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc medium vbicunque esset, & eadem est ratio de alijs corporibus, quæ sunt partes mundi, & non sumo ly, possibile, secundum potentiam actiuam Dei, neque pro possibili logico, sed pro possibili sumpto ex potentia indita rebus, secundum quã dicimus, quod impossibile est mortuum resurgere, quia de potẽtia Dei adest articulus Parisiensis, asserẽs, dicere quòd Deus non possit de nouo plures mundos producere, est error.

Tex. 91.

Cap. 1.

Respon.

Tex. 90.

QVAESTIO V.

Vtrum tempus sit numerus motus, secundum prius & posterius

Hoc enim est tempus numerus motus, secundum prius & posterius &c. Tex. CI.

QVÆRITVR quinto, Vtrum tempus sit numerus motus, secundum prius & posterius, & videtur quod non.

Primo. Numerus est quãtitas discreta, sed tempus est quantitas continua, vt patet in prædicamẽtis Aristot. ergo tempus non est numerus.

Cap. de quãtitate.

Secundo. Numeratum non est numerus, sed tẽpus est numeratum, dicit enim Commen. quod definitio temporis in qua non est, dubitatio, est, quod tempus est numeratum prioris & posterioris existentium in motu.

Com. 101.

Tertio. Numerus est plurium, & non vnius: ergo nõ conuenienter dicitur, quod est numerus motus, sed conuenientius diceretur numerus motuũ:

Quarto. Prius & posterius motus non sunt discreta ad inuicem, sed continua: ergo ipsorum non est numerus, quia numerus est solum discretorũ: ergo tempus non est numerus motus secundum prius, & posterius. Respõdeo quod tempus est numerus motus secundum prius & posterius.

Circa quam definitionem tria sunt declarãda. Primum est, quòd tempus est aliquid motus. Secũdum, quod tempus est numerus motus. Tertium, quomodo motum numerat secundum prius, & posterius.

Primum probat Philosoph. tali ratione. Simul sentimus motum & tempus: ergo tempus vel est motus, vel aliquid motus, sed non est motus, vt probatum est. ergo est aliquid motus: antecedens declaratur, quia quamuis particularem aliquem motum sensibilem non percipiamus, puta si simus in tenebris, & nos nullam etiam alterationem ab extrinseco corpore patiamur, fiat tamen aliquis motus in anima nostra, statim videtur nobis, q̃d fiat aliquod tempus, & econuerso, cum percipimus tẽpus, simul percipimus motum.

Tex. 97. 98. Tẽpus est aliquid motus.

Attendendum autem quod ista Philos. verba. (Motus autem aliquis in anima fiat) Alexander de intelligentia, quia anima motum intelligit, interpretatur. Nõ enim, inquit, vult Arist. animam moueri, sed motum in anima vocauit immobilem intelligentiam cuiuscunque motus. Vnde secundum ipsum, mens Aris. est, quod si aliquam motus intelligentiam habeamus: statim simul videtur tempus aliquod factum esse. Simplicius vero & S. Th. de motu quo ipsa anima mouetur, exponunt. Quãuis enim anima naturalibus motibus non moueatur secundum Arist. non inconuenit tamen secundum ipsum, quod alio modo moueatur, secundum scilicet successionem cogitationum, & imaginationum, & sic secundum hunc animę motum videtur nobis, quod aliquod fiat tempus. Et hæc expositio tex. Arist. conformior esse videtur.

Opinio Alexand.

Sed tunc mouet dubium S. Th. Aut enim tempus consequitur aliquem motum sensibilem extra animam, aut motum animæ, aut omnem motum. Si primum sequitur, quod qui non percipit illum motum, non percipiat tempus, cuius contrarium hic dicitur. Si secundum sequitur, quod tempus sit intentio animæ, ad motum intentionis generis & speciei. Si tertium sequitur, quòd tot sint tempora, quot sunt motus: quod est impossibile.

Lect. 17.

Quomodo intelligere animæ, depẽdet à motu primi mobilis.

Respondet autem, quod tempus consequitur primum motum, & quod quicumque percipit quẽcunque motum sine in rebus, siue in anima existentem: percipit primum motum, à quo omnes

alii

alii motus dependent,& sic percipit tempus :vnde vult negare S. Thom.quod hic dicatur tempus percipi,non percepto illo motu sensibili.Quamuis .n. aliquando non percipiatur in seipso, dum percipitur tempus:semper tamen aut in se aut in suo effectu percipitur,cum tam motus extrinseci,quã motus in anima,ab ipso dependeant.

Aduertendum autem,quod hoc dictum S.Tho. de motu animæ,quod,inquam, a primo motu dependet, intelligendum est, non de ipsa successione cogitationum animæ secundum se:sed secundum, quod illi opus imaginationis coniungitur,quod fit cum continuo & tempore.

Accidentia alio mõ in concreto de finiuntur,alio modo in abstracto.

Pro declaratione autem secundi,Sciendum primo,quod aliter definiuntur accidentia in abstracto,& aliter in concreto.Cum enim definiuntur in abstracto, definiũtur secundum modum quo sunt in predicamento:ideo in definitione eorum ponit loco generis,id quod vere est genus:loco autẽ differentiæ,ponitur id à quo sumitur differentia: & quia differentiæ propriorum accidentium sumuntur ex principiis subiecti à quibus causantur: ideo in definitione eorum cum in abstracto definiũtur, ponitur subiectum loco differentiæ.Cum vero definiuntur in concreto,definiuntur per modum substantiarum compositarum,in quibus genus sumitur à materia,ideo in definitione ipsorum ponitur subiectum loco generis:quia est sicut materia accidentis.Si enim definiatur simitas in abstracto,dicetur,quod est curuitas nasi,in concreto autem definitur,quod simum est nasus curuus . Quia ergo tempus definitur in abstracto,ideo ponitur in definitione ipsius loco generis, id quod vere est genus eius,scilicet numerus , loco autem differentiæ ponitur subiectum eius,scilicet motus, cum dicitur quod est numerus motus.

Tex.102. Numerus ẽ duplex.s. numeratus & quo numeramus.

Sciendũ secũdo,vt Phil.inquit,quod duplex est numerus, scilicet quo numeramus,& numeratus. Numerus quo numeramus nihil aliud est, quam numerus consideratus per abstractionem ab omni materia sensibili,quo modo consideratur à mathematico,& significatur istis nominibus absolute,duo,tria,quatuor,&c. Numerus numeratus nõ est in proposito ipsæ res numeratæ,puta ligna, canes,aut equi,sed numerus applicatus rebus numeratis, quod est accidens subiectiue in rebus numeratis existens,quo res intrinsecæ dicuntur tot secũdum multitudinem,& significatur istis nominib. duo lapides,tres homines,decem equi &c. Tempus ergo non est numerus,quo numeramus , quia tunc numerus cuiuslibet rei esset tempus , eodem enim numero formali numeramus omnes res , denarios namque & homines,& lapides,& boues numeramus &c.Dicimus enim decem homines,decem lapides decem boues,sed est numerus existẽs in re aliqua numerata,scilicet in motu , sicut enim cum dico decem homines , importatur numerus denarius nõ absolute acceptus,& abstracte,sed vt in decem hominibus esse habens , ita tempus non est numerus absolute,& abstracte acceptus,sed nuuerus applicatus motui,ideo dicitur, quod est numerus motus.

Tempus nõ est numerus quo numeramus: sed numerus numeratus.

Attendendum autem,quod non sic dicitur tempus numerus numeratus,quasi nullo modo sit numerans formaliter , sed quia non est ille numerus abstractus,quo anima numerat. Nã sicut albedo in pariete existens,est id quo paries formaliter est albus,ita numerus in rebus numeratis existẽs,formaliter etiam eas numerat,& ab ipso dicũtur formaliter,& intrinsece numeratæ.

Tex.cõm. Quæ sit vnitas &

Sed cum Phil.dicat 10.Met.quod numerus est pluralitas vnitatum,quæritur si tempus est numerus,quæ sint eius vnitates,ex quibus constituitur.

poris.

Respondetur,quod sicut numerus denarius decem,hominum constituitur ex decem vnitatibus, quarum quælibet est in vno homine , ita tempus constituitur ex mensuris partium motus, quarum quælibet habet suam mensuram,quæ est vna , vnde tempus nihil aliud est,quam aggregatio talium mensurarum partialium motus,quarum quælibet vna est.

Sed tunc alia occurrit dubitatio. Nam si tempus est aggregatio illarum partialium mensurarum,cũ illæ sint continuæ adinuicem, sicut & partes motus,sequitur,quod tempus sit quoddam cõtinuum,& cum etiam sit discretum,eo quod est numerus,idem erit continuum, & discretum , quod impossibile videtur, cõtinuum enim & discretum genera opposita sunt .

Respondetur & dicitur primo , quod si loquamur de illa entitate, quæ est tempus,secundum ꝙ extra animam esse habet , illa vtique est vere continua,sicut decem vlnæ panni secũdum entitatem suam,eo quod mensurant vnam quantitatem continuam,sunt continuæ . Nam partes temporis ad instans,sicut ad terminum communem copulantur,sicut & aliorum continuorum partes ad aliqd indiuisibile .

Dicitur secũdo,quod si loquamur de tempore, quantum ad rationem suam, qua definitur , sic & quantitatem discretam importat,& continuã,quarum vnum est sicut materia, aliud vero sicut forma.Id enim quod est in tempore tanquam forma, est numerus,quod vero est quasi materia,est motus cõtinuus:tempus enim est numerus motus cõtinui,vnde formaliter est quantitas discreta, materialiter autem est quantitas continua.

Dicitur tertio,quod esse discretam quantitatẽ, conuenit tempori ex se,ideſt si solitarie consideretur,& per abstractionem à subiecto,vnde si esset à subiecto separatum scilicet à motu , non haberet continuitatem: est autem cõtinuum per accidens, scilicet ex subiecto in quo est , quia videlicet motũ continuum numerat,vt inquit Philos. sicut si albedo ab omni subiecto separaretur , esset indiuisibilis,habet tamen diuisibilitatem,& continuitatem ex subiecto quanto,in quo est, & quia quod alicui secundum se conuenit , principalius & formalius sibi conuenit,quam id quod sibi per aliud conuenit: ideo tempus principalius & formalius est discretum quam continuum.

Tex.103.

Non omne numerum quantitas discreta.

Potest secundo responderi,quod non omnis numerus est quantitas discreta:sed tantum numerus abstractus,& numerus rerum discretarum, & continuitatem inter se nõ habentium :tempus autem non est talis numerus: sed est numerus prioris & posterioris in motu,qui inter se continuitatẽ hẽt. Ista videtur esse sententia Cõme. vbi ait,quod substantiæ

stantiæ temporis quæ est in eo quasi forma,est numerus , & quod est in eo quasi materia est motus continuus,quoniam non est numerus simpliciter, sed numerus motus,& quod continuatio accidit ei gratia materiæ,& discretio.s.numerus,gratia formæ.Dicitur ergo ad argumentum, quod non est incõueniens aliquid esse formaliter & ex se discretum,& tamen per accidens siue per aliud esse continuum,sicut albedo secundum se est indiuisibilis: fit autem diuisibilis per accidens ex subiecto.

Cõm.109.

Tex.102.

Quod autem tempus sit numerus motus,declarat Phil.per signum.Illud.n. quo iudicamus aliquid plus & minus,est numerus eius:sed motũ iudicamus plurem & minorem ex tempore:ergo tẽpus est numerus motus.

Simplicius.

Aduertendum secundum Simplicium, quod motum iudicamus maiorem & minorem tempore,quia motum maiorem dicimus,eo ꝙ in pluri tẽpore fiat,æquali velocitate supposita:minorem vero,eo ꝙ in pauciori siue minori tempore fiat.

Tex.113.

Quantum ad tertium,aduertendum primo ex Philosopho,quod motus localis sicut habet continuitatem ex magnitudine super quam fit,ita habet a magnitudine prius & posterius, quia enim magnitudo ex eo quod habet ordinem partiũ,habet partem priorem & posteriorem : ideo & motus factus super eam,habet partem priorem,partẽ que posteriorem,prior.n.pars motus est, quæ sup priorem partem magnitudinis fit:posterior autem quæ fit super posteriorem magnitudinis partem.

Prius & posterius motus dupliciter considerari possũt. Tex.3.c.5.

Sciendum secundo,ꝙ prius & posterius motus dupliciter secundum Albertum considerari possunt.Vno modo secundum quod sub forma continuæ magnitudinis continentur,& sic nullam habent distinctionem habent,& per consequens in specie alicuius numeri non continentur.Alio modo,vt stat sub forma prioris & posterioris,& secundum quod cum quadam distinctione considerantur,& tunc sub specie cuiusdam numeri continentur.Tempus ergo est numerus motus,non secũdũ quod partes motus sub continuitate considerantur,sed secũdũ quòd in motu distinctum est prius & posterius.

Motus põt numerari dupliciter.

Sciendum tertio ex Simplicio,quod motus potest numerari dupliciter.Vno modo secundũ quãtitatem,secundum quod plures motus etiam existentes simul plures dicuntur , sicut si ego simul ambulem & augmenter,& calefiam, dicor tribus motib.moueri.Alio modo secundum ordinẽ,secũdum.s.quod in motu est successio secundum prius & posterius.Tempus ergo est numerus motus non primo modo,sed secũdo,ideo bene ponitur in eius definitione nõ absolute, quod est numerus motus, sed ꝙ est numerus motus secundum prius & posterius.

Prius & posterius motus,dupliciter considerari potest. Lect.17.

Sciendum quarto,ꝙ cum motus medium quod dam sit inter magnitudinem super quam fit,& tẽpus,ab vtroque prius & posterius accipit , vnde dupliciter prius & posterius motus(vt bene notat S.Thom.& Themistius)considerari potest . Vno modo,secundum quod mensuratur ex tempore,& sic non ponitur in definitione temporis, tũc enim in definitionibus circulus quidã esset. Nam prius & posterius isto modo sumptum per tempus definitur,prius.n.dicitur,quod est in priori parte temporis;posterius vero quod in posteriori parte,si ergo isto modo sumptum in definitione temporis:, poneretur: idem esset definiens , & definitum . Alio modo potest considerari,vt in motu ex magnitudine causetur,vt.s.dicatur prior motus, qui fit sup priore parte magnitudinis , posterior vero, qui super posteriore parte fit, & hoc modo ponitur in definitione temporis.

Tex.100.

A Phil.autem ista secunda pars definitionis sic probatur.Secũdum illud tempus numerat & mensurat motum, quo cognito in motu cognoscimus tempus: sed cognito priori & posteriori in motu, cognoscitur tempus: ergo tẽpus est numerus motus secundum prius & posterius.

Sed tunc occurrit dubium.Si.n. per prius & posterius motus cognoscimus tẽpus, sequitur, quod prius & posterius motus sint numerus temporis, non autem econtrario,tempus numerus motus . Nam per numerum res numerata cognoscitur,nõ autem econtra numerus per rem numeratam.

Tex.112.

Respondetur negando consequentiam, & dicitur primo secundum mentem Philosophi,quod & motum mensuramus tempore,& aliquando tempus mensuramus motu:per numerum.n.cognoscimus quantitatem rerum numeratarũ, aliquando etiam per numerabilia ipsum numerum cognoscimus,sicut solent fæminæ digitis numerum inuenire.

Com. 112. Tẽpus mensurare motũ essentialiter, motus autẽ tempus per accidens.

Dicitur secundo secundum mentem Commẽt. quod tempus mensurat motum essentialiter, quoniam substantia temporis est numerus motus:motus autem mensurat tempus.i. ducit in notitiam quantitatis temporis per accidens,& ideo raro accidit. Cuius signum est,quod non semper à principio numerum numeramus per rem numeratam , sed bene semper à principio numeramus rem numeratam per numerum. Numerus.n. naturaliter est notior quo ad nos, & numeratum est apud nos naturaliter ignoratũ vt sic:& sic semper ꝑ numerũ cognoscimus numeratum,sicut per notius cognoscimus latentius:sed si post hanc cognitionem accidat nobis errare in numero aut dubitare , tunc reuertimur,& scimus numerum per ipsum numeratum,similiter itaque dicendum est de tempore, & motu,quia tẽpus est numerus, & motus est res per ipsum numerata.

Tex.99.

Sed circa id ꝙ supponitur.s.esse in motu prius & posterius ex magnitudine,in tempore vero ex motu dubium occurit. Nam si hoc verum est,cum motui tantum locali conueniat habere prius & posterius a magnitudine,ipse enim solus super magnitudine fit,non videtur quo modo in alijs motibus sit prius & posterius,vt sic,& possint tempore mensurari,& mensurare tempus.

Opinio Themistij.

Respondetur primo secundum Themistium, quod oportet alterum duorum dicere. Aut.s.quod tempus solum motum localem primo mensurat , secundario vero alios motus,& ideo ã priori & posteriori motu sumpto à priori & posteriori magnitudinis,ipsum habet prius & posterius,quamuis alii motus non à magnitudine prius, & posterius habeant. Aut si tempus primo omnes motus mensurat,quod non indiget priori & posteriori magni-

Tẽpus prius & posterius a priori & posteriori motus localis accipit .

magnitudinis, ad hoc vt & ipsum prius & posterius habeant: videtur autem Simplicius, quid ad hanc instantiam respondeat, dubitare. Aut. n. secũdum ipsum oportet falsum esse, ꝙ tempus prius & posteri⁹ originaliter a magnitudine habeat, quod est contra Arist. aut oportet quod tempus non sit primo mensura omnis motus: sed tantum motus localis, quod etiam non videtur apud Arist. clarũ esse, cum absolute ponere videatur, tempus esse numerum motus absolute, non autem solum motus localis: videtur tamen prima pars huius responsionis ad mentem Arist. esse, vt colligit S. Tho.

Tex. 99.

Respondetur secundo ex Simplicio, & præmittuntur duo. Vnum est, quod prius & posterius, qđ est ordinis demõstrationum, triplex est. Quoddam est. n. secundum tempus, secundum. s. numerum & ordinem plurium nunc definientiũ tempus: aliud vero secundum positionem aut magnitudinem, secundum quod dicimus prius viæ id, vnde incipimus: posterius vero, id in quod desinimus, & cessamus, aut in numero numerante quidem, sicut dicimus vnitatem esse priorem binario, numerato vero, sicut cum dicimus hanc columnam esse priorem illa. Tertium autem in actionibus, & motibus cõsistit, quod sane est duplex. Vnum quidem secundum numerum terminorum definientium motum, quæ sunt indiuisibilia motus proportionata punctis in linea, & nunc in tempore. Aliud vero secundum ipsas partes motus à seipso continuitatem habentis.

Lect 17. Tex. 131. Prius & posterius qđ ẽ ordinis demõstrationũ est triplex.

Alterum quod præmittitur est, quod aliter est de motu locali, & aliter de aliis motib. Nã motus localis prius & posterius secundum positionem in seipsum recipiens, scilicet a magnitudine, hoc ipsum accommodat proprio priori, & posteriori, tam secundum terminos, quam secundum partes. Primum enim motum cursorum dicimus eum, qui fit in principio stadij, posteriorem vero eũ qui fit in fine. Alijs vero motibus tempus dans suũ prius & posterius, illud accommodat priori & posteriori motus: nunc enim quæ tempus definiunt aduenientia terminis motus, definiunt motum tẽpore. Nam dicimus hanc calefactionem horariam esse: & priorem partem in priori parte horæ factã esse, posteriorem vero in posteriori.

Dicit ergo primo, quod tempus est mensura motus, quia suum prius & posterius priori & posteriori motus accõmodans, motum mensurat. Sic etiam & motus mensurat tempus, cum proprium prius & posterius priori & posteriori temporis accommodans, definit & determinat tempus: sicut cum dicimus vnam horam esse, in qua tantus motus solis factus est. Simili modo localis magnitudo motum non quidem omnem, sed localem mensurat: cum suum prius, & posterius priori, & posteriori motus accommodat.

Dicit secundo, quod si Arist. hoc tanquam cõmuni quodam vtatur, à magnitudine scilicet mensurari motum: dicendum est, ꝙ hoc fecit, vt in motu locali, tanquam in re manifesta ostenderet, quomodo tempus motum secundum prius & posterius mensurat, & econtra. Vnde & in motu locali multum sermonem protrahit.

Summa istius responsionis esse videtur, quod licet motui locali conueniat aliquod prius & posterius à magnitudine, non tamen ab hoc accipit tẽpus prius & posterius sed a priori & posteriori ex se motui conuenientibus. Vnde non accipit illud Arist. tãquam vniuersaliter verum, quod a magnitudine sit prius & posterius in motu: licet ex magnitudine velit aliquod prius & posterius motui locali aduenire. In alijs enim motibus cum in fieri & ipsi esse habeant: proprium prius & posterius illis ex se conuenit, sicut & continuitas, licet & illis prius & posterius temporis accommodetur.

Licet autem hæc Simplicii responsio pulchra sit & subtilis: Themistii tamen responsio videtur conformiter doctrinæ S. Thom. dicit enim quod tempus non accipit prius & posterius à priori & posteriori cuiuslibet motus, sed tantum à priori & posteriori motus localis, quæ à magnitudine aduenium motui, cum motum tantum localem primo mẽsuret, non autem alios motus, & ideo non oportet solicitari de priori & posteriori aliorũ motuũ, tanquam ab illis tempus primo habeat mensurari. Cum autem quæritur, vnde alii motus habeant prius & posterius, dicitur quod à natura formæ quæ per motum acquiritur, vtpote quæ latitudinẽ quandam habet, & est diuisibiliter, & successiue in subiecto acquisibilis, & à priori & posteriori primi motus, à quo omnes alii motus mensurantur, & etiam a priori & posteriori temporis ipsum primum motum primo mensurantis.

In expo tex 98. & 133.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur quod tempus per se & formaliter est quãtitas discreta, per accidens autem est quantitas continua, vnde Philosophus in prædicamentis inter alias species quantitatis continuæ, & tempus distinctionem faciens, aliis quantitatibus continuis enumeratis, subiungit, amplius autem & pter hæc tempus, & motus, vt ostendat non eodẽ modo omnia ista quantitates continuas esse: sed alias quidem quantitates per se continuas esse, tẽpus vero per accidens.

Tẽpus ꝙ secundo & formaliter est quantitas discreta, per accidens autem continua.

Ad secundum dicitur, quod mens Commentator. est quod tempus est numerus numeratus, id est numerus in priori & posteriori motus existens, nõ autem quod sit res ipsa quæ numeratur.

Ad tertium dicitur, ꝙ tempus est numerus motus, non inquantum vnus est, sed inquantum in ipso plura. s. prius & posterius considerantur, quæ tamen vnius motus partes sunt, vnde tempus esse numerus prioris, & posterioris partis motus definitur.

Ad quartum dicitur, quòd licet prius & posterius motus non sint separata secundum esse: alia tamen entitas est prioris, & alia posterioris: possunt que sub discretione quadam considerari & signari, & secundum quod hoc modo cõsiderantur, sũt numerata per tempus.

ADDITIO.

CIRCA responsionem Themistii ad dubium motum, contra id quod quarto loco notat auctor, ex D. Thom. dubitaret aliquis, quomodo tempus solum motum localem primo mensurat secundario

secundario vero alios motus, cum definitio vniuoce cõuenire debeat omni contento sub definito, & est vulgata satis propositio in philosophia naturali, non igitur tempus est mensura vnius motus primo, & alterius secundario, quia animal rationale cum sit definitio hominis, æque primo conuenit omni homini, ita etiam mensurare motum secundum prius, & posterius, est definitio temporis secundum Aristotel. non igitur conuenit sibi mensurare primo vnum motum, & alterum secundario, vel necesse est multiplicare tempora secuti multiplicantur motus.

Pro cuius solutione.

p. p. q. 10. artic. 5. Meteo. 9.

Sciendum est primo, ꝙ Scotus 2. sent. q. 2. ponit tres mensuras durationis, tempus, æuum, & ęternitatem, ita ꝙ tẽpus rẽ succesſiuam, æuum permanentem, defectibilem tamen, æternitas vero rem omnino indefectibilem mensurat.

Opinio præpositiui.

D. Thom. quærens, quomodo æuum differt a tempore occasione verborum Boetii, qui libr. 3. de consolatione dixit, qui tempus ab æuo ire iubes, postquam posuit quandam opinionem antiquorum Theolog. dicentiũ hæc tria ita differre, quia ęternitas caret principio & fine, æuum habet principium, sed non finem, tempus nõ habet principium neque finem, & impugnat hanc opinionem, quia posito ꝙ æuiterna semper fuissent, & semper futura sint, vt posuerunt nonnulli, vel etiam ꝙ deficerent quandoque, quod Deo est possibile, adhuc ęuũ distingueretur ab æternitate & à tempore.

Rabi moisi.

Propterea recitat aliam opinionem tenentem hæc tria differre per hoc, quia æternitas non habet prius & posterius, tempus habet prius, & posterius cum innouatione, & veteratione, æuum habet prius, & posterius sine innouatione, & veteratione, & hac quoque reiecta tanquam implicante contradictionem, ponit veritatẽ rei, quomodo æuum est medium inter æternitatem, & tempus, quia æternitas est mensura rei totaliter permanentis, quę nec est mutabilis nec mutabilitati adiuncta, & hæc est Deus Optim. Max. Aeuum est mensura illarum rerum, quæ nec in transmutatione consistunt, nec subiiciuntur transmutationi: habent tamen transmutationem adiunctam vel in potentia, vt patet in corporibus cœlestibus, quorum esse substantiale est intransmutabile, hoc tamen esse intransmutabile habet transmutabilitatem secundum locum, tempus vero est mensura illarum rerum, quæ sunt transmutabiles, & in trãsmutabilitate consistunt, vt omnia hæc quæ in sphæra generabilium & corruptibilium reperiuntur.

Opinio propria.

Adde tu etiam hic, ꝙ tempus comparatur ad motũ primi cœli, non solum vt mensura ad mensuratum, sed etiam vt accidens ad subiectum, ad alios vero motus comparatur solum, vt mensura ad mensuratum, vnde secundum multitudinem eorum non multiplicatur, quia vna mensura separata multa mensurari possunt.

Tex. 99.

Sciendum secundo, quòd tempus cum sit mensura motus, non potest esse, & reperiri extra cœlum, quia si extra cœlum non potest esse motus, nec corpus, nec vacuum, neque locus, igitur neque tempus, quòd autem non sit tempus, probatur ex Aristotel. primo cœli, quia non potest esse mensura sine mensurato; si ergo non reperitur motus extra cœlum, ergo neque tempus, corpus etiam nullum est extra ipsum cœlum, quia vel esset simplex, vel mixtum, non simplex, quia tantum sunt quinque corpora simplicia, tum etiam, quia si extra cœlum esset corpus, aut esset ibi naturaliter, aut violente, non naturaliter, quia tantum est vnus naturalis locus, & ille non est extra cœlum, neque violente, quia nulli corpori naturalis est ille locus; ergo nulli est violentus, neque etiam ibi potest esse corpus mixtum, cum non sit ibi simplex, vt probatum est, & si ibi non potuerit esse corpus, excluditur quoque vacuum.

An autem si in circunferentia cœli esset homo, posset manum extendere, respondetur, quòd casus est impossibilis, & ex impossibili sequitur quolibet. secundo supposito casu dicitur, quod non quia de ratione sphærici est non sphæricum continere, & sic manus extra cœlum non conseruaretur, sed supposito, quòd conseruaretur, non videtur, quod magis prohibitiuum ipsius motus sit ipsum nihil, quam vacuum, si enim motus non potest fieri in vacuo, ergo nec vbi nihil est, sed extra cœlum nihil est, & non est extra cœlum vacuum, quoniã ibi corpus esse non potest; ergo nec homo manum ibi extendere possit causando motum.

Notandum tertio, quòd tempus nedum est mensura motus, sed etiam quietis; est enim quies priuatio motus in subiecto apto nato moueri, non enim omne immobile quiescit, sed priuatum motu aptum natum moueri, vnde patet quòd quies est priuatio motus, talis autem priuatio mensuratur tempore, quæ scilicet est priuatio alicuius mensurati tempore, sed motus, secundum quem quies mensuratur, tempore talis est: contingit enim quod aliquod mobile quiescit, simul existente quiete. Ita est motus in alio mobili, & ille alius motus mensuratur tempore aliquo, & sic illa quies mensuratur tempore, quæ simul cum illo motu existit, vnde quies mensuratur tempore per accidens, inquantum motus aliqs qui est, dum quies est, mensuratur tempore, & tantam quantitatem intelligimus esse quietis, quanta quantitas motus, quo existente est illa quies, ut si quiescente aliquo mobili aliud mobile mouetur in tribus horis, similiter autem in aliis. Quibus stantibus.

Dicitur ad argumentum, quòd tempus est mensura motus, est propositio analoga, tunc non inconuenit, ꝙ primo & per se sit mensura primi motus, qui est primi cœli, à quo causantur omnes alii motus in his inferioribus, & si primo & per se est mensura primi motus est propria eius passio, & subiectiue est in eo sicut pars in numero, hinc est, quòd magnus commentator Auerro. clamabat tempus non mensurare motum cœli, vt numerus sed bene ad alios motus se habet, vt numerus, quia ad motum cœli tempus habet duplicem habitudinem, & passionis per se consequentis subiectum, & habitudinem numeri & mensuræ, sed ad alios motus comparatur solum in ratione numeri, propterea optime dictum est ex Themistio, ꝙ tempus primo mensurat motum localem, secundario alios motus.

4 physi. text. 132.

QVAESTIO VI.

Vtrum sit idem instans in toto tempore.

Et adhuc manifestum est, quod nulla pars ipsum nunc temporis est &c.
Tex. CVII.

QVÆRITVR sexto, Vtrum sit idem instans in toto tempore, & videtur quod non.

Primo. Sicut se habet mutatum esse ad motum:

ita nunc ad tempus, sed non est vnum mutatum esse in toto motu: ergo nec vnum nũc in toto tempore. consequentia nota cum minori, maior etiam videtur manifesta. Nam sicut mutatum esse est indiuisibile motus, ita nunc est indiuisibile temporis.

Secundo. Si idem nunc manet in toto tempore, sequitur, ꝙ omnia mutata esse, & omnes partes motus sint simul: sed hoc ẽ impossibile: ergo &c. Probatur cõsequẽtia. Illa sunt simul, vt dicitur 4. phy. q̃ sunt in eodẽ nũc: sed si idem nũc manet in toto tẽpore, omnia sũt in eodẽ nũc: ergo omnia sũt simul.

Tertio. Illud de cuius ratione est, vt non possit demonstrari bis: est raptim transiens, & non manens in toto motu, sed nunc est huiusmodi, vt patet per Phil. 4. phys. ergo &c.

Quarto ratione Philosophi. Cuiuslibet diuisibilis finiti oportet esse duos terminos, sed est accipere tempus finitum, v.g. horam aut diem: ergo eius sunt duo termini: sed terminus temporis est nunc, ergo sunt cuiuslibet temporis finiti duo nunc: ergo non est tantum vnum in toto tempore.

Quinto. Si esset vnum nunc in toto tempore, sequeretur, ꝙ idem accidens numero migraret de subiecto in subiectum; hoc est falsum: ergo &c. consequentia patet, quia de vno mutato esse, in aliud mutabitur.

Sexto. Omne indiuisibile de genere quãtitatis, vel est terminus continui, vel pars discreti. Sed si ponatur tale vnum instans, illud nõ potest eẽ pars discreti (alioquin daretur tempus discretum secũdum Philos.) neque potest esse terminus continui, quia secundum Phil. cuiuslibet continui sunt duo termini distincti: ergo &c.

Septimo. secundum Phil. ipso nũnc quod sequitur mobile, cognoscimus prius & posterius in tempore. Sed hoc non fit per vnum nunc secundum substantiam, sicut neque per substantiam mobilis absolute cognoscitur prius & posterius motus: ergo &c.

Respondeo de mente Philosophi, quod est vnũ nunc secundum substantiam in toto tempore, sed aliud & aliud secundum esse.

Pro prima parte conclusionis notandum primo, quòd per nunc & instans aliquod indiuisibile de genere temporis intelligimus: sicut punctus est aliquod indiuisibile de genere lineæ, ideo ex consideratione puncti in comparatione ad lineam, possumus in notitiam nunc per comparationem ad tempus deuenire.

Sciendum secundo, ꝙ duplex geometræ punctũ immaginantur in linea: Imaginantur enim primo punctum quoddam, qui suo motu lineam causet, qui sane nihil est lineæ per motum eius constituta, qua enim ratione esset de essentia vnius partis lineæ, eadem ratione de essentia alterius partis, & sic oporteret esse in qualibet parte lineæ: ꝙ esse non potest, cum sit indiuisibile: est ergo causa lineæ & extrinsecum a linea. Imaginantur secundo multa alia puncta intrinseca lineæ, quæ partes lineæ continuãt: ipsamque terminant lineam: quæ omnia puncta ab eo puncto, a quo ipsa linea causatur, sunt distincta ac diuersa. Similiter igitur inuenitur in tempore. Est enim quoddam nunc, quod

Geometræ duplex punctũ in linea imaginãtur & similiter de nunc in tempore dicendum est.

suo fluxu tempus causat & istud non est intrinsecum tempori: sed est extra ipsum, sicut pũctus causans lineã extrinsecum est a linea. Sunt quoque & alia nunc intrinseca tempori, quibus partes temporis continuantur, diuiduntur, ac terminantur.

Primum mobile secundum vnã rationem mẽsuratur æuo. secũdũ aliam nũc intrinseco temporis, secundum aliam tempore.

Sciendum tertio, ꝙ primum mobile tripliciter à nobis considerari potest. Vno modo secundum suam substantiam absolute, secundum quam substãtialiter incorruptibile est: & sic mẽsura eius est nunc æui, secundum Theologos, siue ẽternitas secundum Arist. non autem tempus: sed de hoc non est ad propositum. Alio modo potest considerari, inquantum in toto motu vnum & idem secundũ substantiam permanet: ex hoc enim quod mouetur secundum vbi, nihil deperit, substãtiæ eius, sed idem semper secundum substantiam manet, & sic ipsi proportionatur nunc, quod suo fluxu causare tempus intelligimus: tale enim nunc mensurat mobile, secundum quod in toto motu est idem. Tertio considerari potest, vt semper sub alio & alio mutato esse inuenitur, & sic pluribus istantibus ipsi intrinsecis mensuratur. Sicut. n. plura mutata esse ipsius mobilis ponuntur, quæ intrinseca eius motui sunt, ita & plura intrinseca tempori ponuntur instãtia, quibus talia mutata esse mensurãtur.

Multiplex differẽtia inter instãs, ꝙ suo fluxu causat tempus, & alia instantia intrinseca temporis.

Sciendum quarto quod inter instans quod intelligitur suo fluxu causare tempus, & alia instantia q̃ intrinseca tempori ponimus: multiplex est differentia. Primo enim differunt, quia nunc intrinsecũ mensura mobilis ponitur, inquantum idem secundum quantitatem in toto motu perseuerat, nunc autem intrinsecum est mutati esse mensura.

Secundo differunt: quia nunc intrinsecum est subiectiue immediate in mobili: nunc vero intrinsecum immediate in mutato esse constituitur.

Differunt tertio: quia nunc intrinsecum non continuat neque terminat partes temporis: nisi causaliter, vt mobilis dispositio: sed nunc intrinsecum terminat atque continuat.

Quod si quæratur, quæ entitas sit illud nunc extrinsecum a tempore, quod mobile modo dicto mensurat. Dicitur, quod est accidens indiuisibile de genere quantitatis: quæ dicitur vnitas, secundũ quam mobile dicitur vnum, non absolute, sed sub toto motu: ita quod vnitas cœli vt relata ad motũ, secundum quam scilicet mobile est vnum in toto motu, dicitur nunc quod mensuram primi mobilis ponimus.

Quod autem necesse sit ponere ista diuersa instantia, patet ex verbis Comm. nam ponit instans agens tempus esse idem: vnde sic dicit. Instans, qd̃ est agens tps, est idem in omni motu, & alibi ostẽdit esse plura instantia dicens: Instans non potest demonstrari bis, quia sequitur translatum quod semper mouetur, vnde necesse est ipsum diuersificari, adeo quod instans demonstratum in secundo, sit aliud a demonstrato in primo.

Com. 103. Com. 104.

Dico igitur, quod cum Phil. ponit esse idem instans toto tempore secundum substantiam de instanti, quod est vnitas mobilis, intendit quod (in quam) est intrinsecũ a tempore, non aũt de aliquo ustãti, quod tempori sit intrinsecum: hoc autem ex verbis eius apparet. Nam de illo nũc quod manet idem in toto tempore, loquens ait: Id autem quod

Tex. 104.

quod fertur sequitur ipsum nunc, sicut tempus motum: & de eodem loquens dicit. Tempus quidem enim est loci mutationis numerus: ipsum autẽ nũc eius quod fertur, vt vnitas numeri, vbi littera comhabet, & instans est numerus trãslati, vt vnitas est de numero. Istud ergo instans, quod est vnitas mobilis sub toto motu, est idem in toto tempore secũdum substantiam, ideſt entitas sua vna & eadem existens permanet in toto tempore. Ex hoc patet interpretationem Scoti, dicentis mentem Aristot. esse de vno quoque nunc, dicere quod est vnum secundum substantiam, non esse ad intentionem Aristot. hoc loco. Licet enim inferius de omni nunc dicat, quod est idem secundum rem, inquantum continuat præteritum & futurum, est autem aliud, & aliud, inquantum est principium vnius & finis alterius: constat tamen ex verbis ipsius & Commẽ. quod ponit etiam vnum instans in toto tempore, quod est causa temporis, & variatur ratione secundum prius & posterius. Sicut & ipsum quod mouetur, manet idem secundum quòd prius est in uno loco, posterius vero in alio.

Tex. 105. Scot. a dist. 2 q. 1. Tex. 121. Comm. 103 & 104.

Pro secunda vero parte conclusionis, Quomodo scilicet est aliud, & aliud non secundum esse.

Sciendum primo, quod non est sic intelligendum (vt quidam male interpretantur) quasi diuersa sint instantia, quæ instantia secundum esse dicãtur, sed mens Philosophi est, qd̃ illud nunc, qd̃ est vnũ secundum substãtiã, est aliud & aliud fm esse, ideſt secundum rationem. Nam Comment. de illo nunc loquens dicit. Instãs quod est agens tempus, est idem in omni motu: sed esse diuersificatur scilicet per prioritatem & posterioritatem. Ex quibus patet, quod de idem nunc referendum est, dũ dicitur quod est vnum nunc secundum substantiã: aliud vero & aliud secundum esse. Quod autem p diuersitatẽ secundũ esse intelligenda sit diuersitas secundum rationem, patet ex verbis Commẽ. dicit enim. Instans est in aliquo existente in dispositionibus diuersi, & quod est tale, est vnum secundum subiectum, & duo secundum rationem, Idem sentit & Simplicius.

Tex. 103. Tex. 104. Tex. 104.

Sciendum secundo, quod vnitas primi mobilis sub motu, quæ secundum substantiam eadem manet, priori & posteriori mutato esse motus, priorique & posteriori nunc partes temporis continuantibus assistit: hẽtque continue aliã & aliã habitudinem ad illa: & secundum istos diuersos respectus diuersæ rationes eius accipiuntur. Vnde idem nunc esse aliud secundum rationem: est ipsum alium, & alium respectum ad mutata esse motus sibi succedentia habere, secundum enim quod habet habitudinem ad prius mutatũ esse, & ad prius nunc continuatiuum temporis, distinguitur ratione a se: vt ad posterius mutatũ esse, et ad posterius nunc habitudinem habet,

Idem nũc est se aliud, & aliud ratione est ipsum habere aliũ & alium respectum ad mutata esse motus.

Hæc autem conclusio sic declarata probatur primo ratione philosophi, pro qua supponendum est, quod commutata proportio est, quando accepta proportionalitate aliqua, in qua cõstat duos termi nos se habere vt antecedentia: et duos vt consequẽtia: antecẽdentia consequuntur seinuicem, et similiter consequentia: ut si dicatur. Sicut se habent sex ad tria, ita quatuor ad duo: ergo a commutata proportione, sicut se habet sex ad quatuor, ita ad duo: arguit igitur sic Phil. secundum mentem San. Thom. Sicut se habet tempus ad motum, ita nunc ad mobile: sed mobile est vnum secundum substantiam in toto motu, aliud autem et vnum aliud secundum rationem: ergo & nunc est secundum substantiam in toto tempore, aliud autem & aliud secundum rationem. Probatur minor. Ita se habet mobile ad motum: sicut punctum secundum imaginationem causat lineã, ita mobile causat motũ: sed punctum manet idem secundum rem, variatur autem secundum rationem, inquantum intelligitur assistere diuersis partibus lineæ: ergo ita est de mobili in toto motu. Maior vero probatur. Sicut se habet mobile ad motum: ita nunc ad tempus. Nã sicut per mobile cognoscimus prius & posterius in motu (Cum enim ipsum inuenimus in aliqua parte magnitudinis, per quam mouetur, iudicamus motum per vnam partem magnitudinis factum præteriisse, factum vero per aliam posterius sequi) ita ipsum nunc, quod est terminus præteriti & principium futuri, prius & posterius temporis distinguit: ergo a cõmutata proportione, sicut se habet tempus ad motum: ita nunc ad mobile.

Tex. 105. Tex. co. 104.

Secundo ad conclusionem arguitur. Vnitas rei incorruptibilis & indiuisibilis, & cuius motus interrumpi non potest, semper manet, & quantum ad entitatem suam, & quãtum ad ordinem ad motum, & si ipsa res cuius est vnitas uariatur secundũ rationem, etiam vnitas ipsa secundum rationem variatur: sed nunc de quo loquimur, est unitas primi mobilis sub motu, quod est incorruptibile & indiuisibile, & cuius motus interrumpi non potest, & variatur secundum rationem, inquantũ partes sunt in alio, & alio situ continue fiunt: ergo nunc semper est idem secundum substantiã: aliud vero & aliud secundum rationem.

Tex. 37. Nunc non aliter causat tẽpus sed secundum imaginationem. Tex. 17.

Tertio, cã est simul cum suo effectu, ut dicitur 2. Phy. sed nunc est causa totius temporis: ergo est simul cum toto tempore: ergo numquam corrumpitur, sed semper idem secundum rem manet.

Aduertendum autẽ cum dicimus nunc suo fluxu cãre tempus: quod hoc non est intelligendum, quasi secundum realem causalitatem effectiuam cãrũ, sed solum secundũ nostram imaginationem est intelligendum, sicut & punctum esse causam lineæ suo motu, Geometræ imaginantur. Illud. n. ꝙ causat tempus effectiue, est intelligentia mouens, quod vero ipsum subiectiue & materialiter causat, est mobile, quod & motus & tẽporis est subiectũ. Dicitur tamen quod mobile non esset subiectum temporis: nisi haberet illud nunc, quod idem secundum substantiam in toto motu permanet, & ita dici potest, quod tale nunc est conditio mobilis, secũdum quod tempus causat subiectiue.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ maior est vera de nunc intrinseco partes temporis ad inuicem continuante. Istud enim mutato esse proportionatur: & nunc est vnum in toto tempore. Dicitur secundo, quod maior est falsa de nunc, quod est vnitas mobilis. Illud enim est extrinsecum a tempore: mutatum autem esse est intrinsecum motui, vnde non est similis ratio de isto nunc, & de mutato esse.

Ad ſecundum negatur conſequentia. Ad cuius probationem dicitur,quod illa proprie dicũtur eſſe ſimul,quæ ſunt in eodem nunc intrinſeco tempori partes eius continuante:non autem quæ ſunt in eodem nunc extrinſeco tempori, cuiuſmodi eſt nunc,quod idem ſecundum ſubiectum ſubſtantialiter permanet: ideo argumentum bene concludit, quod non eſt vnum nunc intrinſecum tempori, qđ eſt conceſſum: non autem quod non ſit vnum extrinſecum.

Ad tertium ſimiliter dicitur,quod Philo.non loquitur de nunc extrinſeco tempori, quod manet idem in toto tempore,ſed de nunc intrinſeco,quod comparatur ad tempus ſicut mutatum eſſe ad motum.

Ad quartum dicitur,quod illa ratio Philo. concludit de nunc intrinſeco, cuius eſt terminare partes temporis:non autem de nunc extrinſeco, quod non habet terminare,ſed cauſare tempus.

Ad quintum negatur conſequentia. Ad pobationem dicitur,quod non manens idem in toto tempore,non eſt ſubiectiue in mutato eſſe, ut oporteret ipſum mutari de vno mutato eſſe in aliud, ſed eſt ſubiectiue in mobili: quod in toto motu vnum & idem manet. Ad ſextum dicitur, quod illud inſtans eſt pars diſcreti, cum ſit vnitas mobilis ſub motu:non quidem pars temporis diſcreti: cum illud forte ab Ariſt.non ponatur. Sed illius numeri, quo cælum aliis mobilibus connumeratur.

Ad ſeptimum dicitur,quod per ipſum nunc cognoſcitur & menſuratur tempus ſecundum quod vnum manens ſecundum ſubſtantiam variatur ratione,ſucceſſiue priori & poſteriori parti temporis coexiſtens. Sicut per ipſum mobile,ſecũdum quod de vno loco ad alium per motum variatur,cognoſcitur motus atque menſuratur.

ADDITIO

CIRCA illud quod primo notat Auctor, ꝙ ex conſideratione puncti in comparatione ad lineam poſſumus in notitiam nunc,per comparationem ad tempus deuenire.

Dubitare poſſet aliquis,num punctus ſit aliquod ens poſitiuum,uel priuatiuum, & quod ſit priuatiuum probatur, quia ſicut eſt de vnitate,ita eſt de puncto per conuenientem ſimilitudinem, cum vtrumque ſit aliquid indiuiſibile ſimpliciter, ſed ipſa vnitas non eſt aliquid poſitiuum, cum ſit quædam indiuiſio: vnum enim eſt ens indiuiſum,ut ait D. Thom. & per conſequens vnitas eſt indiuiſio per locum a coniugatis. Oppoſitum quoque aliquis ſuadere poteſt, quia nihil pure priuatiuum ponitur in definitione entis poſitiui,punctus ponitur in definitione lineæ,ut patet ex Ariſtot. linea eſt quid poſitiuum,ergo & punctus, & eadem quæſtio moueri poteſt de ipſo inſtanti, ſiue nunc reſpectu temporis. Pro ſolutione huius dubii.

p.p.q.11.

primo Poſt. c.de per ſe.

Sciendum eſt,quod aliqui viſi ſunt intelligere,quod punctus & vnitas non ſunt entia poſitiua, ſed ſolum ſunt quædam priuationes:punctus enim terminans eſt priuatio continuationis niſi lineæ terminatæ, cum alia linea,& punctus continuans eſt priuatio;tam diu enim linea eſt cõtinua,quãdiu eſt indiuiſa, & cũ eſt diuiſa,corrumpitur punctus continuans,quod non videtur eſſe,niſi quia punctus continuans eſt priuatio diuiſionis actualis.

Similiter dicunt,quod vnitas nihil aliud eſt,niſi priuatio diuiſionis non habens poſitionem in continuo; ſed hæc non videntur recta. Primo de vnitate,quia menſura alicuius poſitiui non vr̃ pura priuatio,hoc uidetur ſatis manifeſtum,ſed vnitas eſt menſura numeri intrinſeca,vt ſcribit Ariſt.& numerus eſt quid poſitiuum, cum ſit ſpecies quantitatis,ut patet in prædicamentis,igitur vnitas non eſt pura priuatio.

10. metaph. Tex.8. c.de quantitate.

De puncto ſimiliter non videtur verum: quia illud quod habet poſitionem in continuo videtur eſſe quid poſitiuum,& non pura priuatio,ſed punctus eſt huiuſmodi;in hoc differt punctus ab unitate,ut placet Ariſt.

5. metaph. Tex.16. Quot modis capitur poſitio.

Tum etiam quia id,quod eſt terminus & principiũ entis poſitiui,non eſt pura priuatio;ſed punctus eſt huiuſmodi,vt notum eſt omnibus,igitur punctus non eſt pura priuatio.

Replica.

Propterea animaduertendum eſt,quod poſitio multipliciter capitur, primo modo ſumi poteſt pro ordine partium in toto in habitudine ad locum,& ſic ſumpta fuit a Giliberto Porrectano in libro ſuo de ſex principiis,ponendo ipſam tamquam vnum ex prædicamentis. Secundo modo accipitur pro ſignificabilitate, ſeu pro ſenſibilitate partium quãtitatiuarum in ſuo toto, & ſic pertinet ad quantitatem continuam, & iſtis duobus modis punctus non habet poſitionem, cum nullas partes habeat ſecundum quantitatem. Tertio modo dicitur poſitio ipſa exiſtẽtia alicuius indiuiſibilis inter duas partes lineæ determinatæ,& ſic punctus habet poſitionem,nam punctus continuans duas partes lineæ, eſt inter illas duas lineas ſine medio,& non alibi,punctus autem terminans eſt inter duas lineas contiguas adinuicem,& non alibi;& hoc in illis corporibus, quæ habẽt aliquid extra ſe,ex quibus manifeſtum eſſe poteſt, quali ter punctus habet poſitionem in continuo,& in hoc differt punctus ab vnitate,quia ipſa unitas, a qua aliquid dicitur vnum,non eſt determinata inter duas partes lineæ,quęcumque ſint,dico prout unitas eſt.

Reſp.

Caiet. Scotus.

Differentia puncti ab vnitate.

Attendendum etiam eſt,quod duplex punctus reperiri dicitur, punctus terminans, & punctus continuus: punctus tẽrminans eſt quoddam indiuiſibile,ultra quod nihil eſt de illa linea,& citra quod eſt totum quicquid eſt de illa linea,& ſuper illud indiuiſibile fundatur relatio quædam,ſcilicet,termini ad terminatũ & ad actualem exiſtentiam huius termini neceſſario requiritur priuatio continuationis lineę cũ alia linea,& ſine iſta priuatione non bene põt intelligi ille terminus actu: quamuis enim habitus ſit notior ipſa priuatione oppoſita;tamen nihil prohibet priuationem vnius habitus ſcilicet habitus multo notioris,eſſe notiorem ſaltem quo ad nos quodam alio habitu,vel ente poſitiuo, ut ait D.Thom.continuitas igitur uel quantitas continua eſt aliquid notius & manifeſtius,quam ſit illud indiuiſibile,quod dicitur punctus, & priuationem ipſius continuitatis neceſſario concomitatur huiuſmodi punctus terminans,& ideo pũctus notificatur per priuationem continuitatis,& hoc docuit philo.3.de anima,vbi habet,punctus autem & omnis indiuiſio & ſubſtantiæ indiuiſibiles priuatione demonſtratur &c. arbitramur.n.iſtam viam,quod hoc nomen punctus ſignificat aliquod ens poſitiuum,quod eſt terminus lineæ, ratio tamen intelligendi & ſignificandi huiuſmodi termini ſumitur a quadã priuatione.ſ.a priuatione continuitatis lineæ terminatæ cum alia linea,punctus vero continuãs eſt,quod

p.p.q.3 1.ar. vbi agitur de innaſcibilitate partis.

eſt quoddam indiuiſibile exiſtens inter duas partes lineę ſibi inuicem continuæ ſine diſtantia medii, & ad huiuſmodi punctum neceſſario requiritur priuatio diuiſionis actualis ipſius lineæ,ſi enim linea, quæ nunc eſt continua,diuidatur actualiter,tunc corrumpitur pũctus continuans,& fiunt loco eius duo puncta terminantia, & huiuſmodi punctus licet ſecundum ſit aliquid poſitiuum,tamen notificatur & intelligitur per priuationẽ diuiſionis lineæ,quę quodammodo notior eſt ipſo, & iſte punctus communiter dicitur, ꝙ eſt punctus in potẽtia,quia non terminat actu ipſam lineam, ſed ipſo exiſtente linea,quàmcontinuat cum alia linea,non eſt actu terminata,& diuiſa ab alia linea,ſed ſolum in potentia.

Quibus ſtantibus dicitur ad dubiũ, quod vnitas, quo que eſt quid poſitiuum ſecundum ſe,tamen ſignificatur & intelligitur ſub priuatione,& differt a puncto modo quo diximus ſupra,nec ſequitur,ſi vnum eſt ens indiuiſum,quòd vnitas ſit ſola indiuiſio,ſed ꝙ ſit vnitas indiuiſa,& ſi dices,vnum dicitur ab indiuiſione, ſed vnum dicitur ab vnitate,ergo vnitas eſt indiuiſio,dico ꝙ vnũ non ſolum dicitur vnum ab indiuiſione (licet indiuiſio ſit modus,a quo ſumitur intellectus vnius)ſed cum hoc dicitur vnum ab aliquo poſitiuo ſubſtrato illi indiuiſioni,vnde in doctrina D.Thom. vnum non dicit rationẽ perfectionis,vt eſt videre apud Caiet.p.p.q.6.in expoſitione 1.artic.vbi diſputat contra Scotum volẽtẽ vnum formaliter dicere poſitiuum, quod non eſt verum,niſi ſubſtrate,& ſic etiam teneas de inſtanti.

QVAESTIO VII.

Vtrum ſit vnum tempus omnium temporalium.

Omne namque tempus &c. Tex. CXXXII.

VÆRITVR ſeptimo, Vtrum ſit vnum tempus omnium tẽporaliũ, & videtur quod non.

Primo. Indiuidua eiuſdem rationis habent proprietates eaſdem, quia propria paſſio conſequitur ſpeciem;ſed omnes motus circulares ſunt eiuſdem rationis:ergo debent habere eaſdem proprietates, ſed tempus eſt proprietas primæ circulationis:ergo eſt etiam proprietas ſpecifica omnium circulationum:ergo ſunt plura tempora.

Secundo. ſi eſſet vnum ſolum tempus, illud eſſet numerus primæ circulationis, ſed hoc eſt falſum:ergo &c.

Probatur falſitas. Si motus primus non eſſet,adhuc eſſet tempus,quia haberetur, vnde oriretur tempus,ſcilicet motus:ergo tempus non eſt accidens ſolum primi motus.

Tertio. Anima apprehendens ſe eſſe in motu, apprehendit tempus; ergo tempus conſequitur omnem motum,& per conſequens ſunt plura tempora.

Ad euidentiam iſtius difficultatis ſciendum primo,quod cum in quolibet motu ſit prius & poſterius,quorum quodlibet habet ſuam menſuram intrinſecam,ſicut & quælibet pars rerum numerata tum ſuam habet intrinſecam vnitatem,ſic in quolibet motu neceſſe eſt eſſe proprium numerum,q nihil aliud eſt quam aggregatio prioris & poſterioris partium motus ſibi ſuccedentium.

Qũo intelligatur eſſe vnum tẽpus ſolum.

Sciendum ſecundo, ꝙ cum tempus ſit numerus prioris & poſterioris i motu,dupliciter poſſumus de tempore loqui. Vno modo vt nomine temporis intelligamus numerum intrinſecum prioris,& poſterioris cuiuſcumque motus, & ſic cum diuerſi motus diuerſa habeant priora & poſteriora, ſicut & diuerſę magnitudines,neceſſe eſt dicere,ꝙ quot ſunt motus, tot ſunt & tempora. Nam cum numeri numerati ſiue numeri rebus intrinſeci, ſecundũ multiplicationem rerum numeratarum multiplicẽtur:alius enim numerus denarius eſt,qui in decem equis inuenitur,& alius,qui in decem hominibus,licet ſit vnicus numerus denarius abſtracte, & mathematice conſideratus, oportet etiam eſſe tot numeros, & tot tempora motibus intrinſeca, quot ſunt & motus. Alio modo,vt nomine temporis,non quemcumque numerum numeratum motus intelligamus, ſed tantum numerum, ratione primæ menſuræ omnium motuum importantem, & ſic dicendum eſt cum Phil. ꝙ eſt tantum vnum tempus,quod vtique hac ratione probari poteſt: ex tex.133. Tẽpus hoc modo ſumptum eſt numerus primæ circulationis,ſed hæc eſt vna tantum:ergo & tempus eſt tantum vnum. maior probatur. Tẽpus eſt numerus illius motus, qui omnes alios motus numerat. Nam cum tempus non ſit de genere motus, non habet menſurare primo omnes motus,niſi mediante eo motu,à quo tamquam ab aliquo ſui generis omnes alii motus menſurãtur. Sed hæc eſt prima circulatio vtpote quæ eſt motus ſimpliciſſimus,& maxime regularis, ergo &c.

Tex.132.

Secundo. Si tempus non eſſet numerus primi motus,ſed omnium motuum,ſequeretur plura tẽpora æqualia,ſcilicet quorum vnum non continet alterũ,eſſe ſimul,ſed hoc eſt impoſſibile, nõ enim poſſunt ſimul eſſe duæ horæ,aut duo dies,aut duo anni,ergo &c. Probatur conſequentia. Contingit duo ſimul & æqualiter moueri:ergo ſi tempus eſt accidens vniuſcuiuſque motus, ſequitur duo tempora æqualia eſſe ſimul, habetur hæc ratio ſecundum S. Thom.

Tẽpus alio modo comparatur ad primi mobilis motum, & aliter ad alios motus.

Sciendum autem, ꝙ quia tempus eſt numerus in primo motu exiſtẽs,aliam comparationem ad primum motum habet,& aliam ad alios motus.

Ad primum.n.motum comparatur,& ſicut mẽſura ad menſuratum,& ſicut accidens ſubiectum: eſt enim numerus in primo motu exiſtens,tanquã ipſum menſurans. Ad alios autem motus,ſicut mẽſura extrinſeca comparatur, inquãtum.ſ.per ipſũ alios motus menſuramus,non autem comparatur ad ipſos,ſicut accidẽs ad ſubiectum. Hoc eſt quod intendit Commen.cum dicit,ꝙ tẽpus ſequitur motum circularem, & iſte motus accipitur in definitione eius,& ipſum menſurat illum, non ſecundũ, quod numerus menſurat menſuratum ſecundum, quod mẽſurat aliquod,quod eſt forma in re, alios vero motus menſurat ſecundum ꝙ numerus menſurat numeratum,ſ. ꝙ numeratum non accipitur in definitione numeri.

Comm.13.

Sed circa iſtam determinationem dubium occurrit.

currit. Dictum est enim in tertio, quod terminus motus, & motus sunt idem: cum ergo motus cœli sit motus ad vbi, sequitur quod motus cœli nõ est aliud quam vbi, sed vbi & præsertim in primo cœlo est relatio, est enim ordo determinatus in vniuerso, motus ergo cœli nihil aliud est quam relatio. Tunc arguitur sic, accidens absolutum non est subiectiue in relatione, non enim subiectum est de bilioris esse suo accidẽte, sed tempus est accidens absolutum: est enim quantitas, motus autem cœli est relatio: ergo tempus non est accidens motus cœli. Ad hoc potest dupliciter responderi, quãtum mihi pro nunc occurrit. Primo, quod vbi dupliciter considerari potest. Vno modo inquantum relatio est, & inquantum vbi, & sic subiectum accidentis absolute esse non potest, quia est debilioris esse. Alio modo vt est in acquiri, quo modo habet quandam extensionem, & quantitatem, & hoc modo accidentis absoluti subiectum esse potest, tunc enim se habet vt quoddam quantum.

Respondetur secundo, quòd accidens non est proprie subiectum accidẽtis, sicut id quod sua virtute sustẽtat alterum, sed bene est subiectum, quo idest est id quo mediante aliud accidens est in substantia, & hoc modo relationem esse subiectum absoluti, non est inconueniens, hoc enim modo dicitur motus esse subiectum temporis, quia tempus non esset subiectiue in primo mobili, nisi moueretur. Prima tamen responsio melior est: nam tempus numerat motum, & cõponitur ex vnitatibus partium motus, ex quo videtur quòd sit proprium accidens motus.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primũ quidem dicitur primo, quod numerus primi motus non est tempus, nisi inquantum ille motus est primus & velocissimus. Dicitur enim quod licet omnes motus circulares sint eiusdẽ rationis in ratione motus circularis, nõ tamen in hoc quod est esse primum, & maxime vniformem.

Ad secundum dicitur, quod quia numerus primi motus est tempus, inquantũ ille motus est primus, ideo non existente primo motu, qui nunc est numerus illius motus, qui remaneret primus, esset tempus.

Ad tertium negatur consequentia: anima enim apprehẽdens successionem in operationibus suis, apprehendit primũ motum, eo quod primus motus est causa omnis motus, & virtualiter in oĩ motu saluatur, ratio ergo quare anima apprehendat tempus, dum percipit se esse in quadam transmutatione est, non quia tempus sit accidens illius trãsmutationis, sed quia in illa mutatione saluatur primus motus, sicut causa in effectu, quem motum tẽpus consequitur.

ADDITIO.

2. sent. dist. 2. q. 1.

QVIA Gregorius de Arimino asserit plura esse tempora, iuxta pluralitatem motuum, ita vt quilibet motus habeat suum tempus, ad quod probandum supponit primo, quòd nihil mensuratur aliqua quantitate successiua, nisi ipsum sit quantum, & successiuum, vel quantitas successiua, sicut nihil mensuratur magnitudine, nisi ipsum sit magnum.

Supponit secundo, quod vnusquisque istorum motuum inferiorum proprie dictorum mensuratur tempore, & hoc ab omnibus acceptatur.

Supponit & tertio, quòd nihil est quantum successiuum, nisi per quantitatem successiuam & inexistẽtem, sicut nihil est album nisi per albedinem sibi inhærentem, non enim aliquid dicitur quantum ex eo, quod essiciat quantitatem quemadmodum dicitur visum, quia agit visionem, sed dicitur quantum ex eo, quòd habet in se quantitatem.

Quarto supponit, quòd nulla sit quantitas successiua nisi tempus, vt scribitur in prædicamentis. c de quantitate.

Quibus iactis arguit, omne quod mensuratur tempore, est quantitas successiua, vel quãtum succedens, & hoc habetur per primam suppositionem, sed omnis motus proprie dictus istorum inferiorum mensuratur tempore, vt habetur in secunda suppositione: ergo omnis motus proprie dictus, vel est quantitas successiua, vel quantum succedens, vel habens in se quantitatem successiuam: sed quantitas successiua continua est tempus, vt asserit quarta suppositio. ergo omnis motus proprie dictus, vel est tempus, vel quantum succedens, si autem sit tempus, tunc cum plures & diuersi sint motus numero, plura vtique & diuersa tempora erunt, si vero detur, qd omnis motus istorum inferiorum est quantum successiuum, & nihil est quãtum successiuum, nisi per quantitatem successiuam, sibi inexistentem, siue inhærentem, sequitur, quod omnis motus qui proprie dicitur, habet in se quantitatem successiuam sibi inhærentem, omnis autem talis quantitas est tempus: ergo omnis motus proprie dictus habet in se tẽpus, si ergo sunt plures motus vt patet, sunt etiam & plura tempora, tunc etiam confirmatur hoc, quia sicuti se habet locus ad locata, ita tempus ad temporalia per conueniẽtem similitudinem, sed non est vnus locus numero omnium locatorum, vt patet 4. physic. in tractatu de loco: igitur nec est vnum tẽpus numero omnium temporalium.

D. Thom. p. p. loquens de æuo, vtrum sit vnum omnium æuiternorum, & volens determinare veritatem huius quæsiti, procedit ex causa vnitatis temporis, quia in cognitionem spiritualium per corporalia deuenire oportet. Verum enim vero fuerunt aliqui dicentes, ideo tempus omnium temporalium esse vnum, quia numerus omnium numeratorum est vnus, cum tempus nihil aliud sit nisi numerus &c. vt voluit philos. 4. phys. sed impugnat istam positionem D. Thom. tanquam insufficientem, quia tempus iam non est numerus vt abstractus extra numeratũ, sed vt in numerato existens, alioquin non esset continuus, quia quinque vel sex vnæ pãni continuitatem habent non ex numero, sed ex numerato, numerus autem in numerato existens, non est idẽ omnium, sed diuersus diuersorum.

q. 10. artic.

Tex. 101.

Propterea alii assignant causam vnitatis temporis ex vnitate æternitatis, quæ est principium omnis durationis, & sic omnes durationes sunt vnum, si consideretur eorum principium, sunt vero multæ, si consideretur diuersitas eorum, quæ recipiũt durationem ex influxu primi principij.

Alij vero assignant causam vnitatis temporis ex parte materiæ primæ, quę est primum subiectum motus, cuius mensura est tempus, sed vnico argumento Doctor Angelicus vtranque opinionem arguit, quandoqdẽ ea quæ sunt vnũ principio vel subiecto & maxime remoto, non sunt vnum simpliciter, sed secũdum quid, sed tam æternitas quam materia prima sunt remotissima à

ma à tempore, non ergo ex vnitate illorum debemus nanciscì vnitatem temporis.

Tex 43

Ponit ergo veritatem huius rei D. Thom. quòd ratio vnitatis temporis sumenda est ex vnitate primi motus, secundum quem cum sit simplicissimus, omnes alij mensurantur, ut habetur 10. metaph. sed comparatur tempus ad primum motum, non solum ut mensura ad mensuratum, sed etiam ut accidens ad subiectum, & sic ab eo recipit vnitatem, ad alios autem motus comparatur solum, vt mensura ad mensuratum, vnde secundum eorum multitudinem non multiplicatur, quia vna mensura multa mensurari possunt, quod auctor quoque tangit in corpore q. Sciẽdum etiam est, quod licet tempus sit realiter motus, non tamen est formaliter & quidditatiue, quia de ratione temporis est, ut sit mensura: de ratione vero motus est, non vt sit mensura, sed vt sit actus existentis in potentia.

Vltimo est notandum, quòd tempus duplex est, alterum primo & principaliter dictum, & hoc est vnum in omnibus temporalibus in cœlo, in terra, & in mari, alterum tempus dicitur communiter dictum, quod est extrinseca duratio cuiuslibet motus, & hoc plurificatur, & multiplicatur secundum multitudinem motuum.

Quibus stantibus dicitur ad argumentum Gregorii, quo etiam & alij vtuntur, quòd tempus proprie & principaliter quod comparatur ad primum motum, non solum vt mensura ad mensuratum, sed etiam vt accidens ad subiectum, est vnum simpliciter, & idem numero, sed tempus communiter, quod comparatur ad alios motus vt mensura solum extrinseca, non est idem numero in cœlo & in terra & in mari: vnde sicuti vnus est locus communis omnium locatorum, ita est vnum tempus omnium temporaliũ, & sicuti diuersa sunt loca specialia diuersorum locatorum, ita diuersa quoque sunt tempora diuersorum specialium motuum, & ex hoc patet responsio ad confirmationem, & in hoc conuenit Commentator quoque, quippe qui in hoc 4. phy. dixit, quòd tempus sequitur primum motum, ad quem se habet vt mensura intrinseca, ad cęteros vt mensura extrinseca. Com. 130.

QVAESTIONES IN LIBRVM QVINTVM PHYSICORVM

Cum Additionibus ad eaſdem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum motus sit de subiecto in subiectum.

Quoniam autem omnis mutatio est à quodam in quiddam, manifestat etiam vtique nomen. Tex. V 11.

CIRCA quintum librum, Quæritur primo: vtrum motus sit de subiecto in subiectum, & videtur, quod non.

Primo. Principia cuiuslibet transmutationis sunt materia, forma, & priuatio, vt dictum est in primo huius: ergo non est mutatio de subiecto ad subiectum, sed de priuatione ad formam. Tex. cõ. 69. Tex. 7.

Secundo. In intentione, dum calor intenditur, non est mutatio de forma in formam, quia semper est eadem forma, sed de priuatione esse perfecti ad esse perfectum, ergo &c. Respondeo, quod motus est de subiecto in subiectum.

Licet sint quatuor modi, quib. potest fieri mutatio, non tamẽ dici,

Ad huius autem euidentiam attendendum primo, ꝙ quamuis Aristot. quatuor modis fieri posse mutationem dicat, scilicet aut ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, non intendit tamen quatuor esse mᵃ quatuor etiam mutationes.

in re mutationis species. Sed ad complementum diuisionis ponit omnem modum, quo possemus imaginari aliquid ex aliquo fieri, intenditque quatuor esse modos, quibus imaginari possumus, ex aliquo in aliquid transmutationem fieri. Sed concludit tres tantum esse reales mutationes, scilicet generationem, corruptionem, & motum, eo quod non possit esse aliqua species mutationis, cuius ratio consistat, vt ex non subiecto in non subiectum fiat.

Attendendum secundo, ꝙ cum explicans philosophus quid subiecti nomine intelligat, inquit. Subiectum autem dico, quod affirmatione significatur: per affirmationem significari, non intendit significari propositione affirmatiua, sed sine particulæ negatiuæ adiunctione, quod etiam simplicibus conuenit, sicut & cum particula negatiua significari, homo enim affirmatiue significari dicitur, & æquus, & album, & similia, non homo uero, non æquus, non album negatiue. Tex. 7. Quid intelligat philosophus per subiectũ quod in mutatione acq̃ritur.

Prima ergo species mutationis est, de non subiecto in subiectum, & dicitur generatio, quæ est mutatio Quæ sit mutationis species.

tatio de non esse ad esse.

Secundo de subiecto in non subiectū,vt dicitur corruptio,quæ est mutatio de esse in non esse.

Tertia vero de subiecto in subiectum,& dicitur motus,quæ est mutatio de contrario in contrariū.

Comm. 7. Sed aduertendum secundum Simplici. & Comment.q̄ cum dicitur generatio esse de non esse ad esse:& corruptio de esse ad non esse per non esse, non accipitur pura negatio, & non esse omnino: non esse enim omnino,non recipit transmutationem:sed intelligitur non esse in actu,quod est esse in potentia,ex ente enim in potentia,& ex non ente in actu,fit ens in actu.

Nomine motus phil. aliquādo ꝓ omni mutatione absolute, aliquādo solum pro mutatione, quæ habet successione accipit. Sciendū quoque,ꝙ motus nomine philosophus dupliciter in lib. Phy sic. vtitur. Aliquando enim ipsum accipit,ꝓut idem est quod mutationis nomen. Aliquando vero pro sola mutatione successionem habente,quæ fit in tempore,& sic ponitur hic ab ipso,species distincta a generatione & corruptione:quæ sunt mutationes instātaneæ : & de motu hoc modo sumpto dicitur:quod est mutatio à subiecto in subiectum.

Probatur itaque cōclusio sic. Motus,aut est mutatio de non subiecto in subiectum,aut de subiecto in non subiectū, aut de subiecto in subiectum, aut de non subiecto in non subiectum:sed non est mutatio de non subiecto in subiectum:quia illa est est generatio:nec mutatio de subiecto in non subiectum,quia illa est corruptio,nec de non subiecto in nō subiectū , quia ſm hūc mod ū nulla sumitur mutationis species:ergo est mutatio de subiecto in subiectū. Quomodo autem hoc sit intelligendum, dupliciter exponit Herueus. Prima expositio est ꝙ motus est ex affirmato in affirmatum , & ex forma in formam:non quia non possit esse motus ex priuatione ad formam,sed quia motus in ratione sua non includit a priuatione in formam esse, per quod differt a generatione; de cuius rōne est , qđ fiat ex non esse ad esse : similiter non est de ratione motus,quod terminus ad priuationem,licet possit terminari priuationem, & per hoc differt a corruptione,de cuius ratione est ad negationem terminari.

Quō intelligatur,ꝙ motus est de subiecto in subiectum. Quoli.q.13.

Sed contra istam expositionem potest instari : quia motus est solum inter susceptibiles magis & minus,eo ꝙ est continuus & successiuus , priuatio autem nō susceptibilis magis & minus,ex quo videtur quod motus nullo modo possit a priuatione aut ad priuationem esse.

Priuatio duplex ſ pura & simpliciter, & talis non pōt esse terminus, motus. Tex 9. Respondetur & dicitur quod duplex est priuatio. Vna scilicet pura, quæ nihil relinqt de habitu, sicut tenebra & cecitas,& ista non susceptibilis magis & minus, & non potest esse terminus intrinsecus motus a quo,aut ad quem. Alia commixta cum habitu, quæ scilicet non tollit totaliter habitum, sed aliquid ipsius relinquit,sicut ægritudo & turpitudo:& talis magis susceptibilis & minus,secundum ꝙ sibi magis aut minus de habitu admiscetur,& talis terminus motus esse potest. Quod autem talis expositio ad mentem philosophi sit , apparet,quia postquā dixit motum esse à subiecto in subiectū, subiungit,subiecta autem,aut contraria aut media,priuatio enim ponitur contrarium,& monstratur affirmatione nudum , Ex quibus datur intelligi,quod motus ex priuatione esse potest , cum affirmatiue significatur.

Tex.9. Secūda expositio est,quod motus & de subiecto in subiectum, quia in vtroque termino motus subiicitur aliquod ens actu,non sic autem in aliis. In generatione enim & corruptione, subiectū est in pura potentia, scilicet materia prima.

Quō subsistiæ generatio fit ex nō ente simpliciter. Verū quia Philosophus dicit hoc loco, duplicē esse generationē. Vnam scilicet in substantia,aliā vero in accidentibus,& illam dicit simpliciter generationem,eo quod fit ex non ente simpliciter , istam vero generationem secūdum quid,eo quod fit ex non ente,hoc puta ex homine non albo. Dubium occurrit,quomodo substantiæ generatio nō fit ex non ente hoc,simpliciter autem ente, sicut & generatio accidētis, sed ex nō ente simpliciter. Nam cum materia prima numquam sit sine forma & sine actu,id quod generatur,necesse est ex aliquo ente in actu generari,sicut homo generatur ex semine , & sic generatio fit non ex non ente in actu simpliciter,sed ex non ente hoc quod generatur,puta ex non homine.

Dupliciter ad hoc respondent Græci. Primo qđ generatio substantiæ dicitur fieri ex non ente simpliciter,quia fit ex priuatione,non autem ex contrario,generatio autem secundum quid fit ex non ente hoc,quia fit ex contrario , quod est hoc non ens quod fit. Vnde licet fiat homo ex semine, illud tamen non est hoc non ens,quod est contrarium, cum substantiæ nihil sit contrarium.

Secundo respondetur & securius,quod mutatio ad substantiam dicitur ex non ente simpliciter fieri,quia in ipsa nulla est substantia in actu permanēs,de quo dici possit,hoc est quod generatur. Sed in tali mutatione idem ipsum subiectum, & aliud fit , sicut semen ex quo homo generatur semper aliud factum,transmutatur in hominem. Mutationes vero quæ secūdum accidentia contraria fiunt, habent aliquod subiectum actu,idem manens sub vtroque contrariorum,de quo dicitur vere , quòd alteratur. Sicut homo manens homo denigratur, ideo dicuntur fieri non ex non ente simpliciter,sed ex ente simpliciter,non ente vero hoc , sicut ex homine non albo fit homo albus.

Lect.1.inter positiones. Tex.7.

Ad hanc responsionem videtur alludere S.Thodum inquit, ꝙ cum aliquid de non albo mutatur in album,nō mutatur aliquid ex non esse simpliciter in esse simpliciter,cum subiectum idem in actu maneat in tota mutatione . In generatione vero substantiali subiectum quod manet , non est ens in actu,sed ens in potentia tantum, scilicet materia prima , quæ in principio generationis est sub priuatione,in fine vero sub forma, ideo secundum generationem a substantia,ex non ente simpliciter fit ens simpliciter.

Ad argumenta in oppositum patet responsio ex dictis. Veruntamen ad primum dicitur,quod cum dicitur tria esse principia transmutationis,scilicet materia,forma,& priuatio,per priuationem accipitur tam priuatio pura,quam priuatio coniuncta formæ,quæ est contrarium.

Ad secundum dicitur, quod in intensione & remissione non est mutatio a pura priuatione , aut ad puram priuationem , sed ab actuatione subiecti,ad eius perfectam actuationem, aut ecōuerso.

ADDITIO.

PER subiectum omnes fere & Græci & Latini intelligunt ens , siue esse , vt patet per D.Thom.in expositione huius text.vbi declarans,quomodo est species vna mutationis,quæ est ex subiecto in subiectum, & alia ex subiecto in non subiectum, subdit ideſt de esse,in non esse:& Commen.quærit,quid intelligendum venit per non esse,respondet,intelligo per non esse, nō esse in actu,quod est esse in potentia , hoc idem habet Simp.Themist.& Io.Gram.& quia multæ sunt diuisiones entis,vt declaraui in qq.meis contra Ant. And. in metaph. & secundum Auer. prima diuisio est in substantiam & accidens , de qua diuisione tractatur in 7. & 8.meta.qui duo libri appellantur,Tractatus de substantia ab Aue.propterea quòd denominatio sit à principaliori differentia,vnde Commen.2.phyſ.dicit,quòd substantia & accidens sunt differentiæ entis secundum quòd est ens,& hanc diuisionem appellant aliqui diuisionem in partes subiectiuas.

Commen.7.

Tex:13. Comme. 6. Secunda diuisio est per potentiam & actum, & de tali diuisione egit Philoſ.in 9. primæ phioſoph.qui appellatur,Tractatus de potentia & actu , & ista sunt opposita relatiue,vt patet 9.metaph. & sic intelligitur dictum comment.1 de anima,vbi habet , actus & potentia sunt differentiæ valde oppositæ,& contingunt omnib. prædicamentis, quia vt scribitur 12. meta. in omni prædicamento est propria potentia & proprius actus, & inter oppositiones relatiuas ista est prima & summa.

Tex.22.

Tertia diuisio entis est per vnum, & multa , quam aliqui appellant diuisionem per passiones entis , aliqui vero per priuatiue opposita , de ista locutus est Arist. 10.metaph.

Quarta est diuisio entis per materiale,& immateriale,de qua agitur 12.diuinæ Philoſoph.quia ibi inquiritur natura abstractorum.

Quinta est diuisio entis secundum veritatem & iusta sententias antiquorum,& de ista disputatur libr. 13. & 14.metaph.si hi libri veri ac legitimi sunt Aristotelis,quia multi volunt ipsos fuisse Theophrasti discipuli Aristotelis.

Sunt aliæ diuisiones entis ab istis , vt est diuisio entis in ens per accidens,& in ens per se , & illa alia in ens in anima,& in extra animam.

Vide in principio prædi. Tex.14. Sunt & aliæ diuisiones logicales similes &c. & attende,quòd alia est diuisio entis in substantiam & accidēs, & alia est diuisio entis in ens per se,& in ens per accidens,vt patet per Arist.5.metaph.vbi ens secundum se diuidit in decem prædicamenta,quorum nouem sunt accidentia,& ideo diuisio entis in substantiam & accidens est de diuisionibus entis, quod est subiectum in metaph. quod secundum suam absolutam considerationem non euadit,quòd sit aut substantia aut accidēs, sed diuisio entis in ens per se & in ens per accidens est diuisio penes modum prędicandi per se , vel per accidens,& per,consequens est secūdum attributa rationis, & sic diuisio entis in ens in anima , & in ens extra animam , est diuisio vocis pure æquiuoce in sua æquiuocata,vt scripsit Auer.ens non dicitur de substantia,& accidenti pure æquiuoce,sicut dicuntur nomina de affirmatione & negatione & vniuersaliter de oppositis, ideſt de contradictorijs : hinc patet error Scotistarum asserentium ens in sua maxima communitate dicere cō ceptum communem vniuocum:hæc omnia volui apponere,vt agnoscas quando dicitur,quod motus est de subiecto in subiectum,vel de non subiecto in subiectum, & licet per subiectum , & non subiectum intelligamus ens,& non ens,non tamen quodcunque ens,& quodcū que non ens,vide Auer.Simplicium,& Themist. & Io. Gramm.in expositione huius text.7. & clarius latinos, scilicet D.Thom.Romanum Egidium,Paulum Venetum,& Suess.& digress.Pomponatii.

Quod ens per subiectū intelligendū venit.

QVAESTIO II.

Vtrum ad substantiam sit motus.

Quoniam autem neque substantiæ:neque ad aliquid,neque ipsius facere,aut pati &c. Tex. XVIII.

QVÆRITVR secundo, Vtrum ad substantiā sit motus, & videtur quod sic.

Tex.com.6. Primo. Philoſoph.in tertio text.post quam definiuit motum, exemplificās de omnib.spēb.motus,enumerat etiam generationem & corruptionem dicens : Generabilis autem & corruptibilis generatio & corruptio: ergo generatio est motus:sed generatio est ad substantiam; ergo motus est ad substantiam.

Secundo:in quocumque genere est contrarietas,ibi est motus(vt est de mente Philoſoph.) sed in genere substantiæ est contrarietas:ergo &c.Probatur minor.Primo,omne quod corrumpitur habet contrarium (vt habetur ex Philoſ.in 1.cœli) sed multæ substantiæ corrumpuntur:ergo habent contrarium . Secundo.contrariorum effectuū sunt contrariæ causæ,sed accidentia elementorum,quę sunt eorum effectus,sunt contraria:ergo & elemēta sunt contraria.

Tex.18.

Tex.20.

Ad euidentiam huius difficultatis, quia Phil. probat in substantia non esse motum : eo quod ibi non sit contrarietas . Primo declarabitur quomodo in substantia sit aut non sit contrarietas . Secundo ostendetur, quod in substantia non est motus.

Tex.10.

Sciendum itaque primo,quod oppositio priuationis & habitus in omnibus contrariis saluatur: eo quod vnum contrarium semper habet rationē deficientis, & imperfecti: aliud autem rationem perfecti: nigrum enim in comparatione ad albū, est imperfectum & deficiens : album vero rationem perfecti habet . Contrarietas ergo dupliciter accipi potest . Vno modo pro communi radice contrarietatis,quę excellentia & defectus dicitur, vt omnia illa dicantur contraria,quæ se habent sicut excellens & deficiens . Alio modo pro contrarietate proprie dicta,pro oppositione scilicet formarum , quæ secundum rationem propriæ speciei opponuntur.

Cōtrarietas duplex.

5.phyſ.trac. 1 cap.4.

7.metaphy. Comm. 15. Sciendum secundo , vt vult Alber. in hoc loco, quod ad vera contraria,quatuor requiruntur . Primo,ꝙ sint agentia & patientia inter se , vel per se, vel per alia,quę sint ipsius priora:per se quidem,si

cut

cut qualitates primæ;per alia vero ab ipsis , ſicut qualitates ſecundæ.Secundo quod ſint formæ nõ ſimpliciter ſimplices,ſed multiplici materia multi plicatæ,& diminutæ in ſubiecto diminuto:ſicut sũt omnes formæ corporales,calor enim maior eſt in maiori calido,& minor in minori , ſi illud ſit proprium eius ſubiectum:maior enim calor eſt in ma iori igne, & minor in minori.Tertio ꝙ habeãt me dium per quod ſit motus,etſi.n. aliqua dicantur contraria immediata ſicut ſanum & ægrum , hoc non habent ex eo,quod ſunt cõtraria,ſed quia cau ſantur ex priuatione,& habitu,inter quæ medium eiuſdem generis non inuenitur.Quarto , quod mu tuo ab eodem ſuſceptibile ſe expellant expulſione propria,non autem per formam alienam,ſicut al bum expellit nigrum & frigidum expellit calidũ.

Lect.3. Sanctus Tho.autem tantum duas contrarieta tis conditiones tangit:eas.ſ.quæ ad hoc vt in ali quo genere ſit motus,ſufficiunt. Prima eſt,quod maxime diſtent ſub eodem genere.Secunda,quod ab vno extremo ad alterum continue perueniatur, & hoc eſt quando inter illa eſt mediũ,in qđ oporteat prius peruenire id quod mouetur,quã ad extremum.Propter defectum primæ conditionis in Tex.68. genere numeri,nõ eſt cõtrarietas,quia licet detur minimus.ſ.dualitas:non tamen datur maximus , cũ in infinitum in additione numerorum proceda tur,vt dictum eſt in tertio. Propter defectum etiã ſecundæ,in ipſis numeris non eſt contrarietas, qa numerus conſtituitur per vnitatem,quæ eſt indiui ſibilis,& ſic ab vna ſpecie numeri ad aliam ꝑ mo tum continuum peruenire non poteſt.

Quõ in ſubſtantia eſt cõtrarietas. Dicitur ergo primo,quod in ſubſtantia eſt cõ trarietas communiter dicta,quæ.ſ.attenditur ſecũ dum excellentiam & deffectum . In genere enim ſubſtantiæ ſunt formæ diuerſarum ſpecierum,qua rum vna eſt nobilior altera. Anima.n. intellectiua anima bruti eſt nobilior, differuntque ſecundum excellentiã & defectum,& ad hunc ſenſum locutus Tex. comm. 24. eſt Philoſ. 10.Meta.cum dixit, quod omne genus per contrarias diuiditur differentias . Rationale enim & irrationale ſe habent ſicut excellens & de ficiens: & ſimiliter aliæ differentiæ.

Dicitur ſecundo,quod in genere ſubſtantiæ non eſt contrarietas proprie dicta:ita.ſ.quod vna ſub ſtantia ſecundum propriam rationem ſuæ ſpeciei, opponatur contrarie alteri ſubſtantiæ . Probatur primo ratione Alber. Proprie cõtraria habẽt qua tuor conditiones ſuperius enumeratas:ſed illę nõ conueniunt formis ſubſtantialibus:ergo &c. Pro batur minor. Primo , formæ ſubſtantiales per ſe, non agunt adinuicem,vna.n.ſubſtantia iuxta aliã ſubſtantiam poſita,ipſam non mutaret:niſi actiuæ aliquæ qualitates adeſſent.Secundo,formæ ſubſtã tiales ſunt formæ ſimpliciter ſimplices,nec maior eſt in maiori,& minor in minori:anima.n. gigãtis non eſt maior in homine paruo,cum indiuiſibilis ſit.Tertio,non habent medium per quod fiat mo tus.Qaarto,propria expulſione non expellunt ſe , ſed per qualitales in ipſis exiſtentes:ergo &c.

Secundo arguitur ratione S.Thom.In quocum que eſt contrarietas,ibi ſunt duæ formæ maxime diſtantes,inter quas ſunt determinata media , per quæ ab vno ad alterum continue peruenitur , ſed in ſubſtantia non ſunt duæ formæ maxime diſtantes,à quarum vna non peruenitur ad alteram,ni ſi ordinatim per media:materia enim prima dum exuitur vna forma,indifferens eſt ad omnes formas,& indifferenter eas ſine ordine recipere poteſt:ergo in ſubſtantia non eſt contrarietas.

Sed circa iſtam rationem dubium occurrit,Nõ enim videtur verũ,quod matera prima, dum exui tur vna forma, indifferenter omnem formam ſi ne ordine recipere poſſit.Nam materia animalis, dum exuitur forma animalis , non poteſt immediate recipere ,niſi formam cadaueris:neque formam herbæ recipere poteſt , niſi pruis cadaueris forma recepta.Similiter materia exiſtens ſub for ma ſanguinis , immediate animam intellectiuam recipere non poteſt;ſed oportet , quod prius formam viuentis,formamque ſenſibilis recipiat , vt ſic ordine quodam ad actum animæ intellectiuæ perducatur.

Forma ſubſtantialis ꝙdam vt via & quædam generatiõis terminus. Reſpondetur, quod duplex eſt forma ſubſtantialis.Vna quæ introducitur in materia,non quidẽ vt principalis terminus intentus, ſed vt via ad aliã formam ſubſtantialem , ita quod materia ſub illa forma non quieſcit , ſed dum habet eam,ad eius amiſſionem tendit,& de talibus verum eſt , quod materia quodam ordine eas recipit antequam ad formam perfectam perueniat: materia enim ex qua generatur homo,prius formam viuentis acq rit,tum illa habita tendit ad formam ſenſibilis, & illa habita ad animam intellectiuam, & ſimiliter dum animal moritur,materia formam cadaueris ſuſcipit,& illa habita,ad formas elemẽtorum mouet.Alia eſt forma ſubſtantialis,quæ ſe habet vt vl timatus terminus mutationis,& quę introducitur in materia,vt materia ſub ipſa quieſcat,nõ autem vt ad vlteriorem formam moueatur, & de talibus Phil.in 2. de generatione loquitur , cum ait,quod Tex.14.& ſeq. cum ex terra fit ignis,non oportet,quod ſit tranſi tus per media elementa,& ad hunc ſenſum loquu tus eſt etiam S. Thom. Lect.3.

Materia abſolute conſiderata eſt ad omnem formam indifferens: non autem vt cõſiderantur ſub aliquibus diſpoſitionibus. Poteſt ſecundo,& forte melius reſponderi , qđ de materia dupliciter loqui poſſumus.Vno modo quantum ad eius ſubſtantiam & potentialitatem abſolute,alio modo ſecundum quod aliquibus di ſpoſitionibus eſt informata.Si primo modo conſi deretur,ſic eſt ad omnem formam indifferens, po teſtque ſine ordine vnamquamq; recipere,ſicut & indifferens eſt,vt ad illam vel illam formam diſpo natur.Si vero ſecundo modo conſideretur:ſic for mas quodam ordine recipit ſecundum . ſ.ꝙ ordi nate ad diuerſas diſponitur formas:dum. n.vnam formam amittit,illius formæ amiſſio ad aliquam determinatam formam diſpoſitio eſt.Sicut amiſ ſio animæ intellectiuæ diſpoſitio eſt ad humani ca daueris formam, & ſic ſucceſſiue de aliis ſecundũ diuerſas diſpoſitiones in materia ſuccedentes.

Tertio arguitur ad concluſionem , & etiam eſt ratio S.Tho.In quocumque genere eſt contrarie- Lect.3. tas,oportet formas illius generis ſuſcipere inten ſionem & remiſſionem, quia vt dictum eſt ſupe rius,oportet quod ab vna forma contraria poſſit ad aliam continue peruenire,ꝙ non niſi per inten ſionẽ vnius,& remiſſionẽ alterius eſſe poteſt , ſed formæ ſubſtantiales non ſuſcipiunt magis & minus

nus,intenſionem,& remiſſionem,cum eſſe earum in indiuiſibili conſiſtat: ergo in ſubſtantia non eſt contrarietas.

Quantum ad ſecundum principale , ſuppoſito, ꝙ hic accipitur motus,non vt idem eſt ꝙ mutatio, ſed vt eſt ſpecies mutationis , contra generationẽ, & corruptionem diſtincta , ponitur iſta concluſio de mente Philoſ. Ad ſubſtantiam non eſt motus. Ad ſubſtantiam non eſt motus proprie dictus. Probatur. In quocunque genere eſt motus , ibi eſt contrarietas , quia motus eſt de contrario in contrarium,ſed in ſubſtantia non eſt contrarietas:ergo in ſubſtantia non eſt motus.

Aduértendum autem ſecundum S. Tho. ꝙ iſta ratio non ſolum eſt probabilis, vt innuere videtur Commentator:ſed eſt demonſtratiua : tam enim maior propoſitio,quam minor eſt neceſſaria.

Tex.8. Secundo arguitur ſic. In quocumque genere eſt motus,ſubiectum formarum illius eſt ens in actu: vt enim dicit Philoſop. ens in potentia ſubiectum motus eſſe non poteſt , ſed ſubiectum formarum ſubſtantialium non eſt ens in actu, materia enim prima, quę eſt earum ſubiectum,eſt pura potẽtia: ergo &c.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum dicitur,ꝙ generatio dupliciter accipi po teſt. Vno modo pro inſtantanea formæ ſubſtantia lis introductione,& tunc generatio non eſt motus, ſed terminus motus. Alio modo pro ipſa inſtanta nea introductione formę ſimul cum alteratione præuia,& tunc generatio ratione coniunctæ altera tionis eſt motus,ſed tunc negatur, quod generatio ſit motus ad ſubſtantiam, vt enim eſt motus non terminatur ad formam ſubſtantialem,ſicut ad ter minum intrinſecũ,ſed ſicut ad terminum extrinſecum,& ſecundarium.

Tex.7. Sed contra hanc reſponſionem inſtari poteſt ex verbis Philoſo. Ait enim,ꝙ omnis mutatio eſt ex quodam in quiddam,vt ipſum nomen demõſtrat, ſignificat enim quod vnum eſt poſt aliud, & hoc quidem prius,illud vero poſterius. Arguitur enim ſic. Vbi vnum eſt prius,& alterum cum ſucceſſio ne poſterius,ibi eſt tempus , tempus.n. numerus eſt prioris & poſterioris : ſed in generatione eſt prius & poſterius,quia ſecũdum Ariſt.hoc eſt om ni mutationi commune:ergo in generatione,vt di ſtinguitur contra motum,eſt tempus,& ſic non eſt generatio inſtantanea,vt reſponſio dicit.

Prius & poſterius i mutatione eſſe dupliciter intelligi põt. Reſpondetur , quod in mutatione eſſe vnum poſt aliud,& prius & poſterius dupliciter intelligi poteſt. Vno modo in terminis mutationis. Alio modo in ipſa mutatione, quaſi videlicet ipſa partes habeat,quarum vna ſit prior & poſterior . Si primo accipiatur, conceditur quidem,ꝙ in omni mutatione eſt prius & poſterius,& hoc eſt ad men tẽ Philoſo. Nam in generatione materia prius eſt ſub vna forma,poſtea ſub alia.Sed falſum eſt,vbi cumque eſt prius & poſterius hoc modo, ibi eſſe tempus,ſcilicet ipſam mutationem menſurans. Si vero ſecundo modo intelligatur , ſic falſum eſt in omni mutatione eſſe prius & poſterius, nec ſic intelligit Phil.in generatione enim non eſt prius, & poſterius,quamuis in adiuncta illi alteratione inueniantur.

Ad ſecundum negatur minor,loquendo de con trarietate perfecta,de qua tantum maior habet ve ritatem . Ad primam probationem dicitur iuxta ea quæ dicit S. Tho. 5. Phy. ꝙ omne quod corrum- Lect.3. pitur,habet contrarietatem quantum ad ſuas qua litates,quomodo ignis contrariatur ratione calidi tatis ſuæ,quæ frigiditati aquæ contrariatur, nõ au tem quantum ad ſui ſubſtantiam.

Ad ſecundum dicitur,ꝙ contrariorum effectuũ ſunt contrariæ cauſæ,aut ſecundum perfectam ra tionem contrarietatis,aut quantum ad eius ratio nem & radicem,quæ eſt exiſtentia, & defectus,nõ autem contrariorum effectuum ſemper ſunt con trariæ cauſæ ſecundum perfectam rationem con trarietatis,de qua intelligitur,cum dicimus in ſub ſtantia contrarietatem non eſſe.

ADDITIO.

CIRCA rationem huius quæſiti ſcilicet,in ſubſtan tia non eſt motus,quia non eſt contrarietas, eſt aliquantulum conſideranda opinio Alexand.aſſerentis quãlitates elementorum eſſe formas ſubſtantiales ipſo rum motus,quia Ariſto.inueſtigans principia corporis ſenſibilis ait,ꝙ prima materia,& primæ contrarietates ſunt,ex quibus conſiſtant vocata elementa : igitur primę qualitates cum prima materia conſtituunt elementa. 1.de ortu & interitu. Tex.7.

Et confirmat , quia eodem libro,quo ſupra voluit ignem eſſe contrarium aquæ,quòd non eſſet,niſi forma ignis eſſet caliditas,& forma aquę eſſet frigiditas : nam licet Ariſto.dixerit in prædicamentis,ſubſtantiam non eſſe contrariam ſubſtantiæ, illud habet locum de ſub ſtantia compoſita,& non de ſubſtantia ſimplici , ſicut eſt elementum.

Præterea.definitio ſubſtantiæ non datur per acciden tia,ſed in definitione ignis ponitur caliditas & ſiccitas, vt patet 2.de generatione,igitur primæ qualitates ele mentorum ſunt ſubſtantiæ. 7 metaphy. Tex.17. Tex.16.

Tertio.illud per cuius ablationem aufertur ſubſtan tia,eſt ſubſtantia rei , quia ſicut illud quod ita ſe habet quod eo poſito ponitur ſubſtantia rei,illud eſt ſubſtan tia,ita etiam quod ita ſe habet,quod eo ablato aufertur ſubſtantia eſt ſubſtantia:eadem enim ſunt principia, in quæ aliquid reſoluitur & ex quibus componitur, ſed per ablationem caliditatis aufertur ſubſtantia ignis : in quit Auerr.quòd ignis non inuenitur in actu, niſi in fi- 1.cœli com. ne caliditatis,contrarium tamen ſentit D.Thom.2. de 67. anima,quia quod vere eſt,nulli accidit,vt docet Philoſ. 1. phyſicor. non poteſt eſſe etiam data licentia fingendi, quòd eſt Tex.27. ſubſtantia vni,alteri ſit accidens: cum ergo caliditas in nobis ſit accidens non poteſt in igne non eſſe ſubſtan tia,in his enim quæ vniuoce dicuntur,impoſſibile eſt v num & idem reſpectu vnius eſſe ſubſtantiam, & reſpe ctu alterius eſſe accidens.dixi notabiliter de vniuoce di ctis, quia in his quæ dicuntur æquiuoce aut ſecundum prius & poſterius ſecus eſt,ſicut ſcientia in Deo eſt ſub 11. metaph. ſtantia,in nobis autem eſt accidens , quia ſcientia dici- Comm. 51. tur de ſcientia Dei æquiuoce,vt vult Auer.vel analogi p.p.q.14.ar ce,vt docet D.Thom.ſed caliditas in igne & in nobis tic.1. eſt eiuſdem rationis vniuoce , conueniunt enim in no mine & ratione:ergo caliditas non poteſt eſſe ſubſtan tia in igne,& in nobis accidẽs,adde quod rectus iudex 1. phyſicor. de ſenſibilibus eſt ſenſus,& tactus nullum diſcrimẽ po Tex.52.

nit

nit inter caliditatẽ elementi & mixti, igitur &c.& quia ſubſtantia non componitur ex non ſubſtantiis,ideo elementa ſunt compoſita ex materia,& forma ſubſtantiali,caliditas,& id genus ſunt qualitates,per quas elemẽta ſunt actiua,& paſſiua,quia actio eſt merito contrarietatis,& quia ignis,vt ignis eſt,ſubſtantia dicitur, & ſubſtantia non habet contrarium,ideo Ariſtot.dicit,quod ignis non agit,vt ignis,ſed vt calidus,& quia de ratione elementi videtur eſſe,quòd ſit actiuum & paſſiuum.

In principio 4. meteor. Et ſic ſoluendo rationes Alexan. dicimus ad primã, quòd Ariſto.naturaliter conſiderans elementa dicit ea conſtitui ex materia prima,& ex primis contrarietatib. quia ad naturalem non ſpectat conſiderare ipſa,vt ſunt ſubſtantiæ,cum ſubſtantia & accidẽs ſint de primis differentiis entis in quantum ens,vt ait Auerr.

2.Phy cõ.4. 2. de gener. tex.49. Ad ſecundam dico, quod Ariſto.dicit ignem eſſe cõtrarium aquę,& aerem terræ,vt contingit ſubſtantiam ſubſtantiæ contrariam eſſe,quòd ideo dixit,quia cõtrarietas in ſubſtantiis non eſt ſecundũ eſſe ſubſtantiæ,ſed ſecundum qualitates & paſſiones inuentas in eis.

Ad vltimam dicimus, quòd illud ad cuius ablationẽ aufertur primo, & per ſe ſubſtantia rei, eſt ſubſtantia, ſed nego minorem,quia licet ad ablationem caliditatis auferatur ſubſtantia ignis,hoc non eſt primo & per ſe, ſed mediante forma ignis,quia ablata forma,primo aufertur ignis,ablato riſibili aufertur homo,non tamen riſibile eſt ſubſtantia hominis,ex quibus patet falſam eſſe opinionem Alexand. & quomodo in ſubſtantia eſt contrarietas,& quomodo motus.

QVAESTIO III.

Vtrum in ad aliquid ſit motus.

Motus quidem igitur ſecundum qua e,alteratio fit &c. Tex. XVIII.

VÆRITVR tertio Vtrum in ad aliquid ſit motus, & videtur quod ſic. Nam dum aliquis mouetur ad albedinẽ, mouetur ad ſimilitudinẽ, cum ex eo quod acquirit albedinẽ ſimilis alteri albo efficiatur,ſed ſimili tudo eſt in prædicamento ad aliquid:ergo in ad aliquid eſt motus.

Ad a:quam formam eſſe motũ, dupliciter põt intelligi, vno mõ primo & p ſe, alio modo ſecundario, & qua ſi p accidẽs. Ad euidentiam iſtius difficultatis ſciendum, q̃ ad aliquam formã eſſe motum, dupliciter poteſt intelligi. Vno modo primo & per ſe:alio modo ſecundario,& quaſi per accidens,ad formam. dicitur.n.motus primo & per ſe, quãdo motus ſine tali forma intelligi non poteſt,eo quod ab ipſa ſpeciem & denominationem accipiat:hoc modo albefactionem ad albedinem terminari dicimus: non poteſt.n.intelligi albefactio,niſi ad albedinem terminata. Ad formam vero dicitur eſſe motus ſecũdario & per accidens,quando illa primo & per ſe termino coniungitur,ſicut ſi aliquid primo ad ſubſtantiam tranſmutetur:ſecundario & per accidens ad quantitatem,& alia accidentia moueri dicitur. Ponuntur itaque duæ concluſiones. Prima eſt.

Ad relationem non eſt primo & per ſe motus. Hanc probat Philoſophus tali ratione. In quocumque genere eſt motus,nihil illius generis aduenit alicui abſque ſui mutatione:ſed relatio aduenit alicui abſque ſui mutatione:aliquis.n.incipit de nouo eſſe æqualis alicui,non per ſolam mutationem, ſed per alterius mutationem,inquantum illud accipit tantam quantitatem,ſicut habet ipſe : ergo &c.maior probatur. Motus non aduenit alicui abſque illius mutatione,ſed forma quæ acquiritur p̃ motum, non aduenit alicui ſine motu, ergo non aduenit ſine ſubiecti mutatione.

In expoſit Tex.10. Circa minorem propoſitionem mouet S. Do. dubium tale. Nullum ens reale aduenit alicui abſque ſui mutatione.

Reſpondet aũt & dicit primo,quod cum aliqs efficitur mihi æqualis me non mutato:iſta equalitas primo erat in me quodãmodo ſicut in ſua radice, ex qua habet eſſe reale: nã ex hoc quod habeo talẽ quantitatem,cõpetit mihi,q̃ ſim æqualis omnibus illis,qui eandem habent.

Dicit ſecundo,q̃d cum aliquis de nouo accipit tantam quantitatem quantam ego habeo : iſta cõmunis radix æqualitatis determinatur ad iſtũ, & ideo nihil aduenit mihi de nouo per hoc, quòd alteri per eius mutationem eſſe æqualis incipio.

Iſta reſponſio S.Th.aliter intelligẽda eſt,ponendo q̃ relatio a fundamento nõ diſtinguatur, & aliter ponendo q̃ diſtinguatur à fundamento. Si.n. primum teneatur de mente S.T.eſſe,licet relatio, & fundamentum ſint idem realiter,diſtinguuntur tamen ſecundum rationem : æqualitas enim & quantitas ſunt quidem vna res,alia tamen eſt ratio quantitatis,& alia eſt ratio qualitatis: eadem enim res quæ eſt quantitas, dicitur quantitas inquantum menſurat ſubſtantiam in qua eſt: dicitur vero æqualitas inquantum per ipſam aliquis ad aliud habens ſimilem quantitatem refertur.

Notãdum ſecundo,quod ſi relatio eſt idem realiter quod fundamentum, realitas relationis principaliter ex fundamento ſumitur, non autem ex termino:ſi enim fundamentum eſt reale,ipſa relatio realis eſt,ideo dicit S.Tho.q̃ ex ſua radice,ideſt ex ſuo fundamento relatio eſſe reale habet.

Notandum tertio,q̃ quia eadem res inquantũ menſurat ſubiectum,rationem quantitatis habet, relationis vero rationem,vt per ipſam ſubiectum refertur ad alterum:ſecũdaque ratio primam præſupponit:ideo non inconuenit ipſam rem habere prius rationem quantitatis præciſæ , ſi non ſit aliud habens ſimilem quantitatem,deinde poſito altero extremo rationem relationis habere. Vult ergo dicere S.Th.q̃ ſi aliquis efficiatur mihi æqualis,me non mutato:iſta æqualitas quodammodo erat in me,ſicut in ſua radice,ideſt ſecundum entitatem ſuam,erat in me ſub ratione ſcilicet quantitatis,ſecundum quam rationem quantitas ſui ipſius eſt radix & fundamentum,vt rationem æqualitatis habet, non autem entitas iſta tũc rationem æqualitatis habebat:ideo erat in me quodam modo & imperfecto modo,cum autem aliquis accipit eandem quantitatem, iſta communis radix determinatur ad iſtum, ideſt iſta quantitas quæ eſt entitas relationis, rationem relationis habere incipit,& ideo nihil aduenit mihi de nouo, per hoc quòd incipio alteri eſſe æqualis,ideſt nulla entitas realis aduenit mihi , ſed entitas præexiſtens incipit

pit rationem relationis habere. Vnde ad argumẽtum vult hoc modo S. Th. formaliter reſpondere.

Nullum ens reale poſſe de nouo alicui aduenire ſine eius mutatione, quo modo ſit intelligẽdum. Cum enim dicitur nullum ens reale aduenit alicui abſque ſubiecti mutatione , dicitur quòd verum eſt ſi aduenit ſibi ſecundum entitatem ſuam:non autem ſi aduenit ſibi ſecundum rationem tantũ, ideſt quod ſolum illa entitas in ipſo præexiſtens aliquam rationem habere incipiat,quam prius non habebat:nam poteſt aliqua res exiſtens in aliquo ſubiecto,incipere habere nouam rationem , atque ſecundum illam nouiter ſubiectum abſque ipſius mutatione denominare,& tunc conceditur concluſio ad iſtum ſenſum:quod relatio ſecundum entitatem ſuam nulli abſque eius mutatione aduenit. Nam æqualitas eſt illamet res, quæ eſt quantitas: vnde ſicut quantitas ſubiecto ſine mutatione non aduenit,ita nec æqualitas, cum hoc autem ſtat, q̃ illa entitas rationem relationis accipere poteſt;no uitque ſubiectum relatiue abſque eius mutatione denominare. Mens quoque Philoſophi eſt, non q̃ relatio ſecundum entitatem ſuam alicui abſque eius mutatione adueniat,ſed quod ipſa ſubiectum abſque illius mutatione de nouo denominare poteſt,verba enim Philoſophi ſunt iſta:Contingit.n. altero mutante verum eſſe, alterum nihil mutans, quæ verba exponens S.Th.dicit. Sed contingit de nouo verum eſſe aliquid relatiue dici ad alterum, altero mutato,ipſo tamen non mutato. Ex quibus patet S. Doctoris ſolutionem conformem menti Philoſophi & expoſitioni ſuæ eſſe. Ratio ergo Philoſophi erit iſta, In quocumque genere eſt motus,nihil illius generis denominat de nouo ſubiectum abſque eius mutatione: ſed relatio denominat ſubiectum de nouo ſine eius mutatione: ergo in genere relationis non eſt motus.

Text.10.

Expoſ.S.Th.

Relatio duplex eſſe habet. Si autem alia opinio teneatur,quæ magis ad mẽtem S.Thom.eſſe videtur: Attendendum primo, quod relatio duplex eſſe habere poteſt. Vnum ſcilicet fundamentale & radicale,aliud vero actuale:fundamentale eſſe habet, quando in aliquo ſubiecto eſt ipſius fundamẽtum relationis, ſed nullus eſt in natura terminus ad quem referatur. Sicut vno tantum exiſtente albo in ipſo eſſet ſimilitudo quantum ad radicem & fundamentum,ex quo nata eſt originari,non tamen habet eſſe actuale, cum non ſit in natura aliquid, cui ſecundum albedinem illud aſſimiletur. Actuale vero eſſe habet,quãdo ſecundum ſuam entitatem qua a fundamento diſtinguitur , eſt in actu . Sicut quando duo corpora ſunt alba: in vtroque illorum eſt relatio ſimilitudinis in actu , qua vnum eſt alteri ſimile.

Differentia inter formã abſolutã & relationem. Attendendum ſecundo,quod differentia eſt inter formam abſolutam,& relationem,quod forma abſoluta q̃ prius non inerat, non aduenit alicui de nouo,niſi per nouam actionem,qua aliquod agens agendo in ſubiectum,ipſum de potentia ad actum tranſmutat:non enim aliquid fit de nouo actu calidum,niſi per actionem alicuius agentis,ipſum de potentia ad actum caliditatis reducentis: relatio autem quantum ad ſuum eſſe actuale aduenire alicui de nouo poteſt abſque hoc,quod aliquod agẽs agat noua actione in ſubiectum, quod refertur in ipſo,videlicet relationem producendo. Nam vnoquantaxat prius exiſtente albo,& illo quidem in oriente,ſi producatur aliud album in occidente, cõſtat,q̃ agens producens album in occidente, nulla ſua actione attingit album in oriente exiſtens, & tamen producto illo alio albo, album quod eſt in occidente,habet ſimilitudinem in actu ad illud q̃d eſt in oriente,quam prius non habebat: ratio autẽ huius eſt,quia relatio naturali & neceſſaria reſultantia,non autem per aliquam mediam actionem, quum primum correlatiuum poſitum fuerit in actu,ſuum fundamentum ſequitur , & ideo quum primum ponitur terminus relationis in actu, ſtatim per naturalem quandam reſultantiam a fundamento,accipit relatio eſſe actuale,quæ exiſtente fundamento propter defectum termini,eſſe actuale non habebat. Sicut remota columna,cui ſuperpoſitus erat lapis,naturali reſultantia a grauitate ſequitur motus deorſum,qui columna impediente prohibebatur. Senſus ergo reſponſionis S. Tho. eſt, quod cum aliquis efficitur mihi æqualis me non mutato,per productionem ſcilicet alterius habentis tantam quantitatem, quantam ego habeo, iſta relatio æqualitatis habebat prius in me eſſe radicale & fundamentale,inquantum erat in me quantitas,ad quam naturaliter,& neceſſario nata erat æqualitas reſultare,poſito altero tantæ quantitatis, poſito autem altero quanto, ex iſta radice reſultat æqualitas in actu reſpectu iſtius,quæ prius eſſe tantum radicale habebat, & ideo nihil aduenit de nouo,ſcilicet per nouam actionem alicuius in tale ſubiectum agentis,& ipſum tranſmutantis: licet enim de nouo adueniat relationis entitas quãtum ad eſſe ſuum actuale , non tamen per nouam aduenit actionem,ſecundum quam ſubiectum p̃prie mutari dicatur.

Senſus reſpõſionis D.Th.

Alia interpretatio.

Poteſt etiam aliter accipi ſenſus huius reſpõſionis in hoc non diſcedendo ab interpretatione alterius opinionis:ſed tamen tenendo, quod relatio a fundamento diſtinguatur:vt velit dicere S. Th.nõ q̃ entitas relationis adueniat abſque mutatione, ſed q̃ entitas relationis præexiſtens in aliquo, põt de nouo ad aliquem partialem terminum determinari abſque ſubiecti mutatione,eo q̃ tunc nulla entitas de nouo recipiatur.Sed tantum entitas relationis præexiſtens de nouo,propter ipſius termini mutationem,ad ipſum terminum determinationẽ accipiat.Secundum enim doctrinam S. Thom.per vnam relationem realem æqualitatis, quæ ſcilicet propter fundamenti vnitatem eſt vna,realiter aliquid ad omnia ſibi æqualia refertur: vnde illa relatio eſt vna ſecundum rem, ſed multiplex ſecundum rationem,& ideo ſi aliquod aliud ſibi æquale de nouo producatur,non aduenit ſibi noua entitas relationis,ſed præexiſtens relatio, nouam rationem nouamque determinationem accipit. Nõ dicebatur enim prius æquale huic:poſtea vero illi dicitur æquale.

Duplex interpretatio. Simili ergo modo mentem Ariſt.dupliciter poſſumus interpretari. Primo,vt velit q̃ aliquando p̃ exiſtente fundamento relationis in aliquo ſubiecto,aduenit de nouo ipſa entitas relationis in actu, abſque ipſius ſubiecti mutatione,quia ſcilicet non aduenit ſibi per nouam actionem attingentẽ tranſmutantemq; ſubiectum,ſed per naturalem reſultantiam

tantiam ex fundamento,dum terminus relationis ponitur in actu,quod formis ad quas est motus nõ conuenit.Secundo,vt velit q̃ relatio est præexistẽs in aliquo subiecto, incipit de nouo ipsum subiectum propria sibi denominatione denominare: in ordine scilicet ad aliquem terminum particularem, absque hoc quod aliqua noua entitas subiecto adueniat;& ita absque subiecti mutatione aduenit:hoc autem nulli formæ, ad quam est primo & per se motus,conuenit.

Ex prima interpretatione ad istam propositionem, Nullum ens reale aduenit alicui absque sui mutatione:respondere intendit S.Th.quod habet veritatem tantum in eo,quod aduenit per nouam actionem attingentem subiectum: non autem si p naturalem concomitantiam resultet facta alterius transmutatione. Ex secunda vero interpretatione intendit respondere,quod vtique entitas realis relationis secundum suum esse,non aduenit subiecto absque subiecti mutatione,sed bene secundum quandam nouam rationem,nouamque subiecti denominationem,absque mutatione potest aduenire,& ideo negatur,quod quandocunque aliquid incipit de nouo ad aliud referri, sibi entitas relationis adueniat.

Attendendum tamen sequendo primũ sensum, quod si nomine mutationis velimus accipere receptionem cuiuscunque entitatis de nouo,non inconueniret dicere subiectum aliquod mutari ex eo, quod entitatem relationis de nouo accipit, præexistente fundamento. Sed hoc non est proprie dictum ad intentionem Philo. hoc loco: ipse enim accipit mutationem pro motu, & receptione formæ ab aliquo,in subiectum nouiter agente, & ipsum de potetia ad actum reducente;constat enim, quod nullo in me agente de nouo,sed tantum in alio incipio alicui esse æqualis,cui prius æqualis nõ eram,licet posito termino mihi per naturalẽ quãdam resultantiam adueniat complete & actualiter æqualitas,quæ prius fundamentaliter tantum & radicaliter inerat.Quod autem non intendat negare ab ad aliquid mutationem,sed tantum motũ: patet,tum quia idem videtur dicere de ad aliquid, quod de substantia dixerat(a substantia autẽ non negauerat mutationem,sed dũtaxat motum) tum quia subiungens concludit: Quare secundum accidens motus horum est.

Ad relationem est motus secundario & per accidens.

Secunda conclusio est ista. Ad relationem est motus secundario,& per accidens, patet ista conclusio per rationem in oppositum. Ad eius tamen declarationem sciẽdum,quod cum relatio ad fundamentum naturali concomitantia sequatur, posito termino in actu,oportet si ad fundamentum sit motus,primo & per se,quod ad illam rem quæ est relatio motus sit secundario & per aliud, & hoc nõ intendit negare Philos. Sicut enim eadem actione producitur substantia rei,& omnes eius proprietates,eo quod substantiam naturaliter concomitentur & necessario: ita cum relatio necessario suum fundamentum concomitetur: eadem actio quæ primo terminatur ad fundamentum: secundario ad relationem terminatur.

Ad argumentum in principio quæstionis factũ, patet solutio ex dictis.

ADDITIO

De distinctione relationis a fundamento:vide Caiet.in p.p.D.Tho.super q.28.in expositione 2. arti.vbi subtilissime tractat,quomodo relatio distinguitur a fundamento,& quo modo non: vide quoque Paulum Soncina.& Ioan.Capr.1.sent. dist.30.q.1. & Herue.1.sent.dist.30.qu.1.art.1.& Gregor.Arim.1. sent.dist.28.qu.2.& omnes fere metaph. disputant hoc de quæsito 5.metaph.super text.20. sed cum quæsitum hoc sit difficile,& prolixum,& cum non possit eius resolutio haberi nisi sciatur multiplicitas distinctionum, quæ apud Scotistas multa sunt,siquidem ponũt aliqua distingui distinctione rationis,vt genus,& species apud intellectum,aliqua vero distinguuntur ex natura rei, vt animal & rationale,animal enim est genus,quod se habet ut materia,& differentia vt forma, vt patet ex Porphyrio in prædicabilibus,c.de differentia,& ex Aristo. 7.metaphys.tex.43. Quædam distinguuntur distinctione modali,vt finitum & infinitum,necessarium & contingens,actus,& potentia,intensio, & remissio in formis siue substantialibus,siue accidentalibus,differentia individualis,& realitas. 1. metaph q.18. Distinctionis. Distinctio ex natura rei. Dist. modalis.

Distinguuntur etiam quædam alia distinctione formali,ut quæ distinguuntur per priora; vt animal distinguitur ab homine.

Quædam distinguũtur realiter,& sunt illa,quorum vnum sine altero existere potest,vt efficiens & effectũ, quia nihil efficit se:producens,& productum, quia nihil producit se:generans & genitum,quia nihil generat se:materia & forma,quia materia per diuinam potentiam potest esse sine forma apud Scotistas. Dist realis.

Aliqua distinguuntur essentialiter,& est quando vni existentiæ singulari plura accidentia coniunguntur,vt albedo,& dulcedo in lacte,& rubedo, & amaritudo in felle,hæc enim reperiuntur in eadem existentia,sunt tamen diuersæ essentiæ. Dist.essentialis.

Quædam distinguuntur se totis subiectiue, quæ non conueniunt in aliquo toto potẽtiali,vt diuina suppositа apud Scotistas dicuntur se totis subiectiue distincta, & sic etiam opposita dicũtur se totis subiectiue distingui.

Aliqua dicuntur distingui se totis obiectiue, & est quando aliqua extrema in nullo conceptu reali quidditatiue conueniunt,vt vltimæ differentiæ rerum: de his distinctionibus vide libellum de formalitatibus Scotistarum,& alium de formalitatibus secundum Thomistas,& videbis quæ distinctiones sunt acceptãdæ a Thomistis,& quę reiiciendæ.vide etiam Alex. Achillinum Bononiensem in quodam libello suo quem intitulat, de distinctionibus, vt etiam clarissime inuenire potes, quas distinctiones ponunt Peripatetici,& quas negant, & quia quot modis dicitur vnum oppositorum, tot dicitur & reliquum,sicut dantur multa quæ dicuntur distingui,ita dantur multa quę dicuntur identificari,ut patet in his quæ dicuntur distingui numero,specie, & genere,& etiam dantur quædam quæ sunt eadem numero,ut synonima scilicet Marcus,Tullius,Cicero,eadem specie,ut Sor.& Plato,& eadẽ genere, ut homo & leo. vide Petrum Hisp. in prædicabilibus; applica modo qua distinctione distinguitur relatio a fundamento, & sic videbis,si ad aliquid est motus. Dist.se totis subiectiue. Dist. se totis obiectiue.

QVAE-

QVAESTIO IV.

Vtrum motus speciem a termino ad quem accipiat.

Quæ autem in eadem specie mutatio in magis. & minus alteratio est &c. Tex. XIX.

QVÆRITVR quarto, Vtrum motus speciem a termino ad quem accipiat, & videtur quod non.

Primo. Si motus acciperet speciem a termino ad quem, sequeretur omnes motus, qui ad eundem terminum terminantur, eiusdem speciei esse, sed hoc est falsum. Nam ad eundem potest terminum perueniri & per motum circularem,& per motum rectum, & tamen motus rectus,& circularis non sunt eiusdẽ rationis:ergo &c.

Secundo. Sequeretur motum violentum esse eiusdem speciei cum motu naturali, hoc autem est manifeste falsum, ergo &c. Probatur consequentia: Nam contingit lapidem naturaliter moueri deorsum, & ignem eodem modo deorsum per violentiam,ergo si motus accipiunt speciem a termino ad quem,motus terræ deorsum, qui est naturalis,& motus ignis deorsum qui est violentus,erunt eiusdem speciei.

Ad euidentiam istius difficultatis primo declarabitur titulus quæstionis,secundo dicetur ad quę situm.

Aliunde sumunt, suam differentiam subiectiue cõplete in specie,& aliũ de accidentia.

Quantum ad primum sciendum q̃ ista quæstio duplicem sensum habere potest. Vnus est, An illæ res quæ est motus eiusdem speciei,sit cum termino motus,& de hoc non quæritur hic, in tertio.n. declaratum est,q̃ motus est idem realiter,q̃ terminus motus. Alius sensus est, Vtrum motus secũdũ q̃ ratione distinguit a termino motus p̃ respectus, de quibus dictum est in tertio,a termino ad quem speciem habeat,& de hoc nunc quæritur.

Quantum ad secundum sciendum primo,q̃ differentia est inter substãtiam completam in specie, & in accidentia,Substãtia enim completa cum habeat esse non dependens ab alio subiectiue, habet ex se differentiam .i. ab aliqua parte sua essentiali differẽtia eius propria sumitur:ab anima enim intellectiua sumitur ista differentia hominis,quæ dicitur rationale. Qui vero accidentia secundum esse à subiecto dependent, ideo differentiæ essentiales accidentium secundum cõparationem ad subiectum sumuntur,propter quod & subiectum loco differentiæ in eorum definitionibus collocatur, quando in abstracto definiuntur,sicut cum dicitur simitas est curuitas nasi.

Non est idẽ dare speciẽ & differẽtiã alteri,& esse spẽm & eius differentiã.

Sciendum secundo,q̃ terminus motus comparatur ad motum sicut forma eius. Nam semper p̃ fectum comparatur ad imperfectum sicut actus, & perfectio eius, maxime si imperfectum est via ad perfectum ordinata,sicut & motus ad terminũ motus ordinatur.

Sciendum tertio,q̃ non est idem dicere aliquid dare speciem alteri,& esse speciem eius, neque est idem aliquid dare alteri differentiam, & eius differentiam esse. Forma enim lapidis dat speciem lapidi,nõ tamen est species lapidis. Vnaquę quę etiam res est sua species, & differentiam sibi intrinsecam habet,per quam ab alia distinguitur, cum hoc tñ stat,q̃ aliquorum differentiæ intrinsecæ ab aliquo sumantur extrinseco:sicut licet simitas propriam habeat differentiam,q̃ tamẽ habeat talem differentiam, & speciem, est ex habitudine ad nasum.

Tex.31. Motus a termino ad quẽ speciẽ accipit.

Ponuntur ergo duæ conclusiones. Prima est, & habet a Philosopho. Motus à termino ad quem speciem accipit, Non quidem ad istum sensum, quod terminus sit species ipsius motus,sed q̃a q̃d motus sit talis speciei:v.g. Albefactio aut calefactio habet:quia ad talem speciem terminatur.

Probatur primo. Vnumquodque accipit speciem a forma sua,siue ab eo quod locum formæ tenet (homo enim habet,quod sit homo ab anima rationali,& domus habet,quod sit domus a forma domus)sed terminus motus comparatur ad motum,sicut forma eius:ergo motus accipit speciem a termino motus.

Si dicatur,quod maior est vera de forma extrinseca,non autem de forma intrinseca,ideo ratio nõ sequitur.

Cõtra arguitur. Ab eo aliquid accipit speciem, quod in eius definitione sicut differentia ponitur, sine qua nullo modo res potest intelligi;sed forma extrinseca quæ est terminus motus,in definitione motus ponitur sicut differentia, & sine ipsa non potest intelligi motus.Si.n. definiatur calefactio passiua, dicetur quod ẽ motus terminatus ad calorem,& non potest intelligi calefactio,nisi ut ad calorem terminata:ergo &c.

Secundo. Ab eodem aliquid habet speciem & denominationem: sed motus accipit denominationem a termino ad quem (dicitur enim albefactio,quia terminatur ad albedinem)ergo a termino ad quem speciem accipit.

Sed dubiũ. Nam id q̃ non est,rei existenti dare speciem non potest: sed existente motu, terminus motus non est:existente.n.calefactione nondũ est caliditas,sm q̃ est terminus motus:ergo motui terminus motus speciem dare non potest.

Respondetur,quod maior est falsa,quando existens ad non existens tamquam ad suam perfectionem ordinatur: nam & potentia visus, posito q̃ nulla esset pro nunc visio,& nullus esset color, haberet speciem ab actu & obiecto:non enim dicitur aliquid dare speciem alicui, quia sua existentia det illi speciem,sed quia illud ad ipsum ex sua natura ordinatur, ex qua ordinatione quod sit talis speciei habet.

Ad vnitatẽ specificam motus, non sufficit vnitas specifica termini ad quẽ, sed vnitas esse medij.

Secunda conclusio est.Ad vnitatem specificam motus non sufficit vnitas specifica termini ad quẽ, sed requiritur etiam vnitas medij. Probatur per primum argumentum in oppositum. Motus enim rectus & circularis,possunt ad vnum & eundem terminum terminari:& tamen non sunt eiusdem speciei:ergo &c.

Sed est dubium de alteratione. Si enim motus qui fiunt per media diuersa,non obstante vnitate termini,distinguuntur specie,sequitur, quod duæ dealbationes,quarum vna fiat per rubeum,& alia

Text.31. per pallidum,distinguatur specie:sed hoc est contra id quod vult Ph.vbi vult quod oís dealbatio oí dealbationi est eadem secũdum speciem.ergo &c.

Respondetur & dicitur primo,quod secundum Trac.3 c.11. mentem Auicennæ,vt recitat Alber.5.Physic. nigrum ad album, multis vijs peruenit aliquando p uiride,gaucum,,fuscum, & subalbum: aliquando per vinosum,rubeum,& crocum, aliquando per hyacinthinum,& lucens:& ideo tales dealbationes specie distinguuntur.

Opinio Alberti. Dicitur secundo secundum mentem Alber. ibi dem,quod duplex est medium. Vnum est,in quo solo est motus,quia.s.in eo continue est mobile ; dum est extra terminum a quo, & extra terminũ ad quem:sicut cum aliquid mouetur de nigro ad album per viride glaucum,& subalbum,est vnum medium in quo solo fit illa dealbatio, quia semper dum per illam transmutationem aliquid mouetur à nigro ad album , est sub illo medio : & de isto medio loquendo , motus qui fiunt per diuersa media distinguuntur specie : dealbatio enim q̃ fit per viride,glaucum,fuscum,& subalbũ: distinguitur a dealbatione,quæ fit per hiacinthynum,& lucens. Aliud est medium,in quo solo non fit motus : quia in illo non est mobile a principio motus vsque ad finem:sed in ipso est motus simul cum alio:sicut fulcum est medium in dealbatione , sed simul cum viridi glauco , & subalbo: & de isto medio loquendo,non oportet motus qui fiunt per diuersa media,esse specifice distinctos : immo vnus & idem motus fit per plura hmõi media:vt dictum est de mente Auicennę.

Posset ista distinctio clariori modo explicari , Mediũ motus est duplex.s. totale & partiale. vt dicatur,quod duplex est medium motus. Vnum totale quod dicebatur medium in quo solo : & de isto medio dicitur,qđ diuersa media diuersificant motus secundum speciem. Aliud est medium partiale qđ dicebatur non quo solo , & diuersitas talium mediorum non diuersificat speciem.

Dicitur tertio,quod mens Phil.est dealbationẽ esse eandem secundum speciem omni dealbationi,quæ fit per idem medium,non autem simpliciter omni dealbationi,quod patet quia de illo statim mouens dubitationem determinat, ꝙ si medium est aliud secundum speciem , etiam motus specie distinguitur.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur,ꝙ est pro secunda conclusione.

Ad secundum dicitur,ꝙ motus violentus & naturalis diuersorum corporum motorum ad eundem locum sunt eiusdem speciei,licet motus naturalis & violentus vnius corporis secundum speciẽ sint diuersi,sed de hoc satis dictum est in tertio.

ADDITIO.

1.cœli comment.10. ATTENDE circa secũdum arg. ꝙ violentum est, cuius principium est extra,passo non conferente vim.

Quia Auerro.loquens de violentia ait, violentia in rei veritate est,vt aliquod corpus moueat alterum corpus ab extrinseco,ita ꝙ in natura illius corporis motoris,nõ sit vt moueat illud,quod ex eo mouetur semper, sed in aliqua hora,ex quo patet,ꝙ propositio Pomponatii non est vniuersaliter vera,ꝙ omne quod mouetur ab extrinseco,moueatur violenter,vnde allucinati sunt ponentes intelligentiam dare esse formaliter orbi, pro pter hoc argumentum;quod reputant Achillem . Arguunt enim ꝙ motus cœli,aut est ab intrinseco, & sic habetur intentum ,ꝙ intelligentia sit forma dans esse, aut ab extrinseco,& tunc motus ille est violentus, quia vt dicunt omnis motus ab extrinseco est violentus.

1. de gener. & cor. text. 7.8. phy. cõment.29. Sed videant quæso quam fundamentum istorum sit fragile,si quidem non est vniuersaliter verum,ꝙ omne motum ab extrinseco,sit motum violẽter, vnde ad pauca respicientes de facili enunciant,patet enim de intentione Phil.motum elementorum de potentia essentiali,& etiam accidentali,esse ab extrinseco , vnde Auerr. ait,motus elementorum enumeratur inter motus, qui fiunt ab exrrinseco,quia talia non mouentur ex se, nisi prius moueantur ab aliis,hinc Plato in Phedro inuestigauit differentiam inter animata & inanimata,per hoc ꝙ animata in seipsis habent principium motus , & in animata mouentur ab extrinseco,& in libro de legibus, de aía T.ij. ꝙ intrinsece mouetur hoc viuere dicimus:quod Arist. confirmare quoque videtur.

Tex.10. Et nota diligenter propositionem Arist.6 physi.ꝙ motus violentus est ab extrinseco,& est aut pulsio, aut expulsio,aut vertigo,aut attractio,aut vectio , est vera de motore qui est corpus, vt limitat eam Themist. 8.phy comment.79.

Quicquid enim mouet,si est corpus,aut pellẽdo, aut trahendo,aut vehendo,aut torquendo mouet,immo e tiam in motore corporeo vniuersaliter non est vera, ut scripsit Auerr.quia motus ignis a cęlo in proprias sphęra,non est motus violentus;cum sit perpetuus,& tamẽ est a motore extrinseco . Si igitur in motoribus corporeis semper mouentibus,motus ab extrinseco nõ infert violentiam in motu de necessitate, multo minus sequitur hoc in motoribus abstractis,per suam naturã semper mouentibus.Intelligentia igitur vt est motor orbis dicitur motor coniunctus,& intrinsecus, vt autem habet existentiam non dependentem ab orbe nec inhærẽtem orbi,sic dicitur principiũ extrinsecũ & separatũ. 3.cœli comment.20.

Quomodo intelligẽtia moueat orbẽ q.70.art. 3 in resp.ad 5.5.phy. q. 6. Vide D.Th.p.p.vbi declarat qũo motus cœli est naturalis,& qũo motus voluntarius dicitur naturalis.

Vide etiam 3.contra gen.c.23.vbi quæritur,quomodo cœlum moueatur ex aliqua intellectuali substantia, de quæsito principali vide Albe.de.Sax.asserentẽ vnitatem specificam motus sumendam ex tribus esse simul,ita vt si vnum deficiat,motus differant specie,nempe ex vnitate termini vltimati ad quẽ,& termini a quo, & medii formalis,vide Magist.Chrysost.5.q.11.& Fracisum Tholetanum q.3.& q.4.

QVAESTIONES

IN LIBRVM SEPTIMVM PHYSICORVM

Cum Additionibus ad easdem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum aliquid moueatur à se primo.

Omne quod mouetur necesse est ab aliquo moueri,siquidem igitur &c. Tex. 1.

CIRCA septimum librum Physicorũ,quæritur primo , Vtrum aliquid moueatur à se primo,& videtur quod sic.

Primo. Volũtas mouet seipsam ad actum volendi:ergo &c.

Secundo. Aqua calefacta reducit se ad frigiditatem,vt per experientiam patet:ergo &c.

Tertio. Subiectum causat in se suam propriam passionem,sicut homo risibilitatem,ergo &c.

Respondeo. Primo declarabitur titulus quęstionis. Secundo dicetur ad quæsitum.

Quid sit aliquid,moueri a seipso. Sciendum itaque primo, quod aliquid a seipso moueri,est esse sibiipsi causam motus ,sicut ignem esse calidum à se,est esse sibi causam caloris. Vnde aliquid moueri a se,est idem esse mouens & motum respectu sui,dupliciter autem potest intelligi aliquid moueri a se . Vno modo ratione alicuius suæ partis:quia scilicet vna eius pars est mouens, ratione cuius totum denominatur mouens, altera vero mouetur,propter quod totum dicitur moueri,& sic animal seipsum mouet , quia diuiditur in duas partes,quarum vna est mouens , & altera est mota. Alio modo potest intelligi moueri a se , non ratione partis , sed secundum quod ipsum & primo,quando scilicet totum per se ratione sui moueret,& idem ex se , & non propter motum alicuius suæ partis à se moueretur. Non quærimus ergo de primo modo mouendi a se,quia satis constat animal moueri,a se,sed de secundo modo, in quo maior est difficultas.

Quantum ad secundum. Primo ponetur opinio Scoti. Secundo quid veritatis falsitatis ne habeat, ostendetur. Tertio ponetur positio S.Th.

Scot.2. sent. dist.2. q. 10. ad secũdum & 1.dis.3.q. 7.in respon. arg pro opinione secunda. Tex. 1. & 6, phys.tex.44 Quantum ad primum . Scotus in responsione ad argumenta pro secunda opinione , videtur tenere idem aliquo modo posse moueri a seipso primo. Pro qua positione sciendum primo secũdum ipsum,quod hoc quod dico primo,dupliciter accipi potest. Vno mõ ut idem est quod secundum totum, & opponitur ei quod est secũdum partem, quomodo ipso vtitur Phil.in 5.phy. Alio modo ut dicit causalitatem præcisam. Differunt autem isti duo modi in proposito , quia si aliquid mouetur primo a se,primo modo,id est primitate totalitatis,oportet quod quælibet pars eius moueatur, & ideo si pars quiescat, oportet totum quod primo mouetur quiescere,si autem moueatur a se primo primitate causalitatis precisæ,non remouetur moueri a toto propter hoc quod remoueatur a parte sua,sicut neque a triangulo remouetur habere tres angulos,quod sibi primo cõuenit,per hoc quod remouet a parte ei°,puta ab hoc triãgulo vel ab illo.

Sciẽdum secundo,ꝙ de moueri (puta deorsum) possumus tripliciter loqui , vel scilicet de moueri deorsum in communi,quod conuenit graui in cõmuni,vel de hoc moueri, quod conuenit huic toti graui,vel de parte huius moueri , quod conuenit parti huius grauis.

Dicit ergo primo,quod mens Philoso. est,nihil posse moueri a se ipso primo,illa duplici primitate, scilicet totalitatis & causalitatis præcise , quia includit contradictionem : ex quo enim moueretur primo primitate totalitatis,sequeretur ipsum quiescere ad quietem partis,ex eo autem quod moueretur primo primitate causalitatis, sequeretur ipsum non quiescere ad quietem partis. Dicit secundo quod bene secundum mentem Phil. potest aliquid moueri a se primo primitate totalitatis: grae.n.mouetur à se primo,quia secundum quamlibet partem & mouet & mouetur, & cuilibet parti competit,licet non primo;sed inquantum est in toto mouere & moueri. Dicit tertio ꝙ sicut moueri deorsum in cõi,inest primo graui in communi primitate causalitatis præcisę,ita hoc moueri totale, inest huic graui totali simili primitate,& hoc moueri partiale,quod est pars huius moueri totalis,in est parti huius grauis simili primitate. Dicit quarto ꝙ moueri vt est commune graui,& cuilibet parti eius,non inest illi primo primitate causalitatis, quia tunc non remoueretur à toto,etiam si remoueretur a parte,quod tamen est falsum propter aliam primitatem concurrentem cum ilta,si ista ponatur in subiecto homogeneo respectu passionis homogeneæ. Dicit quinto ꝙ graue hac motione sua totali,mouetur a se primo primitate causalitatis,vnde quãuis hæc totalis motio remoueat a par-

te eius,non tamen remouetur a toto graui.

Quantum ad secundum,arguitur primo contra id, quod secundo loco dicit,Si graue mouetur à se primo primitate totalis: ergo vtraque primitate a se mouetur,sed simul vtraque primitate aliquis moueri per primum eius dictum,est impossibile: ergo &c. Probatur consequentia. Quod mouet se ipsum est sibi causa motus: sed quod est sibi causa secundum quod sit tale, est primo tale primitate causalitatis:sicut quia ignis est sibi causa,vt sit calidus, ideo est primo calidus & homo est sibi causa vt sit risibilis,vt est de ment.Scot.ideo est primo risibilis:ergo si aliquid mouet seipsum primo secundum totum,mouet etiam seipsum primo primitate causalitatis.

1.dist.3.q.7. Ad argumẽta cõtra primã opinionem.

Si dicatur,q̃ ignis est sibi causa vt sit calidus, & homo vt sit risibilis, non per realem mutationem, sed per quandam naturalem emanationem,nos autem loquimur de vera mutatione.

Contra,quia licet alio modo ignis sit sibi causa caloris,& homo risibilitatis, quam graue sit causa motus, tamen per rationem communem propter quam pro exemplis sunt adducta, vtrique conuenit esse primo tale causalitate præcisa: quia scilicet sunt sibi causa vt sint talia:ex hoc enim habet vnũquodque quod sit tale primo,quia est sibi causa vt sit tale:dicitur enim aliquid conuenire alicui primo hoc modo,quia cõuenit illi secũdum q̃ ipsum, & non per aliquid aliud.Si ergo aliquid aliud est sibi causa,vt sit tale,erit primo tale.

Si dicatur,q̃ licet secundum illam communem rationem,qua aliquid est sibi causa vt sit tale, non repugnet graui, vt primo moueatur illo modo:repugnat tamen sibi aliunde,scilicet ratione alterius primitatis adiunctę.

Contra. Primo,quia non loquimur hic de non repugnantia:sed de ipsa inexistentia rei.Si ergo aliquid est sibi realiter causa,vt moueatur secũdum se totum:ergo realiter erit primo mouens seipsum causaliter.

Secundo,quia primus modus primitatis infert secundum;ergo secundus non habet tollere conditionem realem primi.Antecedens patet ex rationibus terminorum, dicitur enim aliquid esse sibi causa secundum totalitatem quod sit tale,quia totum hoc habet ex se,& non ab aliqua parte,cui per prius conueniat. simili modo dicitur aliquid esse primo tale causalitate præcisa, quia est secundum seipsum tale,& non per aliquid aliud, ut patet ex

Tex.com.11. 1. Posterio. consequentia etiam patet. Primus modus primitatis non impedit illud,cuius est causa:si ergo est causa secundi modi,sequitur quod ipsum non impediat.

Contra tertium dictum arguitur, probando q̃ non possit motus partis cõuenire parti a se primo: si enim sic esset,nõ posset moueri pars illo suo motu:sed hoc est impossibile:tũ quia pars continui se

Tex.com.8. cundum mentem Phil.5.Metaph. non potest motu locali moueri,non moto toto (continuum enim est cuius motus est unus)tum etiam quia in secundo dicto tenetur,quod mouere & moueri non conuenit partibus,nisi secũdum quod sunt in toto.Probatur autem consequentia. Quod conuenit alicui primo,non remouetur ab eo propter remotionem illius ab aliquo alio,vt ex superius dictis apparet, ergo si aliquod moueri conuenit parti primo, non remouebitur ab ea,quia remouetur a toto: ergo poterit moueri non moto toto.

Si dicatur,quod illa propositio non est vera nisi vbi tale subiectum habet subiectum prius,& passio passionem priorem:quoniam tunc oportet passionem posteriorem remoueri a posteriori subiecto,remota priori passione a priori subiecto, sicut accidit in proposito.

Contra.Per te motiones partium sunt quodam modo priores motione totali,ex quo inquis, quod motio totalis remouetur a toto,remotis partialib. motionibus a partibus: ergo motio totalis non est prior motione partis:&c.

Tertio arguitur,quod quartum & quintum dictum inter se repugnantiam habeant,& supponitur primo,quod moueri est commune toti & parti, nisi quia partes motus conueniunt partibus mobilis,sicut & albedo non est communis secundum quantitatem extensiuam toti ligno & partibus, nisi quia tota conuenit toti,& partes partibus. Supponitur secundo,quod moueri partiale, quòd primo conuenit parti,est pars moueri totalis, q̃d primo conuenit toti:istud est expresse a Scoto ibidem positum.

Tunc sic.Graue mouetur a se primo primitate causalitatis præcisæ, motione sua totali per quintum dictum:ergo moueri quod est commune sibi & partibus,inest sibi primo primitate causalitatis, quod est oppositum quarti dicti. Probatur consequentia,quia motio totalis est communis toti, & partibus.Probatur assumptum. Nihil aliud est ali quid conuenire toti,& parti,in his quæ quantitatẽ extensiuam important ,quam totum conuenire toti,& partes partibus:sed motio totalis conuenit toti,& partes huius motionis conueniũt partibus mobilis, cum per secundum suppositum motiones partium sint partes motionis totalis: ergo &c. Ista igitur positio non solum non est ad mentem Philosoph.sed nec etiam possibilis est, quamuis sit subtilis.

Nihil mouetur a seipso primo neq; primitate causalitatis, neque primitate totalitatis. Tex. com.3. & lect.1. Tex.2.

Quantum ad tertium principale, ponitur hæc conclusio de mente Philo.Comm.& S.Thom.Nihil mouetur a seipso primo,neque primitate totalitatis,neque primitate causalitatis, quam concludendo Philos.inquit.Non ergo mouetur per se a, b,sed concessum est per se ipsum moueri primum &c.Hanc conclusionem probat Philos.supponẽdo duo,quorum vnum est, quod id quod mouetur a seipso,non quiescit per quietem cuiuscumque alterius mobilis,ex quo sequitur ex opposito prædicti oppositũ subiecti,inferẽdo si aliquid quiescit ad quietem alterius,quòd non mouetur a seipso.Secũdum est,quod omne quod mouetur, est diuisibile, vt probatum est in Sexto.Sit igitur mobile, a, b, quod tu dicis moueri ex se primo, idem ex quo est diuisibile,diuidatur in duas partes,tunc arguitur sic.Aut quiescente vna parte,a,b,quiescit totũ, a, b, aut non : si non; tunc mouebitur solum per partem , ex quo ponitur quod vna pars quiescat:sed suppositum est,quod moueatur per se primo,& non per partem,ergo id non potest dari: si quiescente vna parte,quiescit totum;tunc sic. Q̃d

Te.cõm.3.

quiescit

quiescit ad quietem alterius, non mouetur à se primo:sed per te a,b,quiescit quiescente parte, ergo non mouetur a se,sed ab alio.

Circa istam rationem Philos.occurrunt dubia. Primum est,quia suppositum non videtur esse verum,secũdum quod assumitur ad propositum.Diceretur enim,quod id quod quiescit ad quietem alterius mouentis,non mouetur à se:sed bene id q̃d quiescit ad quietem partis potest à se moueri:pars autem non mouet totum,sed est materia totius:vnde quòd totum quiescat quiescente parte, non arguit quod totum moueatur ab alio, sed quod motus totius non possit esse sine motibus partium,sicut nihil potest esse sine sua materia.

Secundum dubium est,quia videtur Phil.in sua ratione assumere impossibile.s.quod totius mouẽtis seipsum primo,vna pars possit quiescere, de ratione enim eius quod mouetur,primo est,quod q̃libet pars eius moueatur, vt habetur ex 7. physic.

Text. comment.2. vnde impossibile est partem eius quiescere.

Tertium dubium,quia in ratione Phil. videtur esse petitio principii. Nam ex eo quod est partem quiescere,demõstratur totum non per se moueri, illud autem est quod intenditur. Nam supponens partem quiescere,hoc ipso supponit,neque totum per se & primo moueri.

Com.2. Quartum dubium est, Vtrum ista sit demonstratio propter quid, an demonstratio quia.

Ad primum dubium respondetur,& dicitur primo de mente Commen.quod illa propositio est intelligenda sic.Id quod quiescit.s. per se & non per accidens ad quietem alterius,nõ mouetur à se:posito enim quod lapis moueret se deorsum: posset tamen quiescere ad quietem lapidis molaris sibi occurrentis,& sursum per violentiam detenti, sed hoc esset per accidens.

Dicitur secundo,quod non solum arguitur aliquid non moueri a se primo,quia quiescat ad quietem alicuius mouentis,sed etiam si quiescat ad q̃tem partis, quia posito quod aliquid moueat se primo,etiam si pars quiesceret,posset reliqua pars

Trac.1.ca.1. moueri motu totius,vt dicit Albert. 7. Phys.ideo si quiescente parte totum quiescit,illud arguit totum ab alio moueri.

Alex. resp5. Ad secundum respondet Ale.quod illa suppositio non est impossibilis:eius.s. quod primo & per se mouetur,partem quiescere.Illa enim sola in suppositione sunt impossibilia, q̃ se mutuo excludunt, sicut per petras nauigare:hæc autem mutuo se excludunt,aliquid moueri primo & per se, & aliquã eius partem quiescere.

Simpl. resp. Sed immo inquit Simplicius, hæc suppositio est talis.Nam si quod est primo & per se motum,ipsum totum mouetur, & non quia aliqua eius pars sit mota,quomodo cum eo quod est esse primo, & per se motum,stare potest partem eius moueri & partem quiescere?

Auer. Simp. & S.Thom. respon. Ideo aliter secundum mentem Simplicii,Auerrois,& S.Tho.respondetur & dicitur primo,quod Phil.in expos.tex. 2. non vtitur illa propositione

In expos.2. cathegorica absolute,scilicet pars mouentis seipsum quiescit,quia illa est impossibilis; id enim q̃d primo mouetur,secundum omnes partes suas mouetur:vnde implicat contradictionem, aliquid primo moueri,& aliquam eius partem quiescere,sed vtitur ista conditionali, si pars mouentis seipsum quiescit,totum quiescit.Dicitur secundo,quod cũ in conditionali sit antecedens & consequens, & habitudo consequentis ad antecedens, non inconuenit antecedens,& consequens esse impossibilia, & tamen habitudinem consequentis ad antecedens esse necessariam, eo quod consequens includatur in antecedente : vnde potest esse conditionalis vera,& necessaria, cuius antecedens & consequens est impossibile,sicut ista,si homo est equus est irrationalis: licet ergo ista propositio sit impossibilis,Alicuius mouentis seipsum primo aliqua pars quiescit,ista tamen conditionalis est vera, Si alicuius mouẽtis ipsum primo pars quiescit,totum quiescit,cuius etiam consequens est impossibile, quia id quod mouetur à seipso non potest quiescere, neque secundum totum,neque secundum partem, sicut nec ignis potest non esse calidus, quia est sibi ipsi causa caloris.

Licet autem prædicta responsio ex Simplicio quoque haberi possit,ipse tamen aliam responsionem addit,dicitque duo.

Primum est,quod apud Arist.causa quare parte quiescente totum quiescit,est ipsum mobile esse diuisibile.Vultque hanc esse Arist.rationem, ex seipso motum non quiescit totum,parte quiescente,quia tale non habet partem,sed per se & primo motum diuisibile existens,totum quiescit,parte quiescente,ergo per se & primo motum diuisibile existens non mouetur a se,quod idem est quod mouetur ab alio. Pro declaratione autẽ rationis notat , Notandum primum. quod si aliquid ex seipso totum moueretur,esset q; ipsum mouens & motum, oportet totum sibiipsi adaptari & impartibile esse,& semp moueri: quia nũquam a seipso deficeret.Sed si sit diuisibile,quoniam totum sibiipsi nõ adaptatur, non simul sunt vbique mouens & motum, immo nullibi in eodẽ, ideo accipi potest pars quædam quiescens, & per quietem partis totum quiescere.Dicit secundo,q̃ non est impossibile,per se & primo motum suppone partẽ quiescere. Supponitur enim ipsum diuisibile quidem esse,nondum autem diuisum: diuisibile autem supponere diuisum etiam,non est impossibile,& consequenter supponere partẽ eius non moueri,separatam scilicet a toto,non est impossibile,ad quod ex ratione Aris. sequitur,totum non per se moueri,quod tamen per se moueri, & primo supponebatur.

Ad tertium dubium respondet Simplicius primam responsionem sequendo.Dicitque, quod nõ petitur principium:assumitur enim a,b,quousque diuisibile fuerit,nondum autem diuisum per se,& primo moueri,sed ipso diuiso,parte quiescente demonstratur totum quiescere,tanquam non per se primo amplius motum facta diuisione.

Potest etiam responderi conformiter ad ea,quę dicta sunt de mente S.Tho.quod nulla est petitio principii,quia Phil.non vtitur illa consequentia, Totius per se primo moti pars quiescit: ergo totum non per se primo mouetur. Sed ista conditionali assumpta,si alicuius mouentis seipsum primo pars quiescit,totum quiescit,subsumit, quod autem quiescit ad quietem alterius, non mouetur a

se

ſe primo:ergo id quod moueri ponebatur a ſe primo,non mouetur a ſe primo.

Si demõſtratio Ari. Te. 2. ſit ꝓpter quid: aut quia. Commẽ. 2.

Ad quartum aliter dicendum eſt ſecundum mẽtem Comment.& aliter ſecundum mentem S.Th. Vult.n.Commen.ꝙ demonſtratio à Phil. inducta eſt de genere demonſtrationum quia, non autem demonſtratio ſimpliciter, quæ eſt demonſtratio propter quid.Sed S.Thom.vult ipſam eſſe demonſtrationem propter quid,hanc rationem aſſignãs. Demonſtratio procedens per cauſam, eſt demonſtratio propter quid, ſed iſta demonſtratio procedit per cauſam: ergo eſt demonſtratio propter quid.

Quod mouet ſeipſum eſt ſibi cauſa motus.

Ad euidentiam minoris propoſitionis notat primo ꝙ id quod mouet ſeipſum,eſt ſibi cauſa motus omne autem tale eſt primum motum: ſicut quia ignis eſt ſibi cauſa caloris, ideo eſt primum calidum. Notat ſecundo ꝙ in motu non datur primũ, neq;ex parte motus,neq:ex parte temporis,neque ex parte mobilis,ex quo ſequitur non poſſe inueniri primum motum,cuius motus non dependeat a motu partium: cauſa ergo quare nihil mouet ſe ipſum eſt,quia nõ poteſt eſſe primum mobile,cuius motus non dependeat a partibus, ex illo.n. ſequitur veritas illius propoſitionis minoris aſſumptæ a Phil. ſcilicet ſi pars quieſcit, totum quieſcit, cauſa enim quare quieſcente parte,quieſcit totum eſt,quia motus totius depẽdet a motibus partium & totum non eſt primum motum.

Sed dicunt quidam,ꝙ S.Thom.male impugnat Commen. Quamuis enim illa demonſtratio, quã vult adducere S.Tho. eſſet per cauſam, tamen illa demonſtratione non utitur Phil. non enim vtitur Philoſophus iſto medio, quod nullum poſſit eſſe primum mobile,aut quod motus totius depẽdeat a motibus partium.

Sed ad hoc reſpondetur,quod licet Philoſ. non vtatur explicite illo medio,vtitur tamen eo implicite. Nam ipſum eſt cauſa veritatis minoris aſſumptæ a Philoſopho: vnde pro vna tota demonſtratione accipiũtur,& illa quã expreſſit Philoſophus, eſt probatio minoris: demonſtratio enim reſoluit ad primã cauſam, vnde in minori includitur cauſa concluſionis. Demonſtrabitur ergo concluſio ſic. Quod quieſcit,aliquo alio quieſcente,non mouetur ex ſe:ſed ſi pars alicuius mouentis ſe, ſecundum tuam poſitionem quieſcat,totum quieſcit: ergo illud quod tu ponis moueri ex ſe,non mouetur ex ſe. Probatur minor. Id cuius motus dependet ex motibus partium,quieſcit parte quieſcente:ſed motus totius dependet ex motibus partium: ergo &c. Et ſic impugnatio,quam facit S.Tho.habet efficaciam.

Duplex dubitatio.

Sed tunc duplex occurrit dubium. Primum eſt. Si ideo totum non mouetur a ſe,quia nõ datur primum motum, ſequitur quod nec ab alio aliquid moueatur primo:cuiuslibet enim totius motus dependebit ex partibus.

Secundum eſt. Sicut vnũquodque ſe habet ad eſſe,ita ad moueri,cum nihil localiter moueatur niſi ſit in actu,ſed partes in toto non habent eſſe primo,ſed ipſis conuenit eſſe per eſſe totius:ergo ipſis non conuenit moueri,niſi quia totum mouetur: non ergo totum mouetur,quia partes mouentur: ſed econuerſo.

Pro ſolutione primi ſciendum primo,quod aliquid totum primo moueri poteſt dupliciter intelligi. Vno modo primitate temporis,alio modo primitate cauſalitatis:dicitur aliquid primo moueri primitate temporis,quia nihil ipſius prius tempore mouetur,quam ipſum totum: prioritate autem cauſalitatis dicitur aliquid primo moueri, cuius moueri à nullo alio moueri dependet: hoc autem dupliciter poteſt intelligi,ſcilicet aut in genere cauſæ formalis,aut in genere cauſæ materialis. Sciendum ſecundo quod moueri primo primitate temporis,poteſt dupliciter intelligi. Vno modo abſolute & ſimpliciter,alio modo per comparationem ad aliquod ſignum magnitudinis, ſuper quam fit motus. Dicitur ergo primo,quod aliquod motum poteſt primo ab alio moueri primitate temporis abſolute,poteſt enim aliquod totum ſimul ſecundum omnes ſuas partes moueri, ita quod vna non prius tempore alia moueatur. Dicitur ſecundo, ꝙ nullum corpus poteſt moueri primo primitate tẽporis,per comparationem ad aliquod ſignum magnitudinis. Probat enim Philoſ.6.quod non datur prima pars mobilis, quæ determinatum ſignum magnitudinis pertranſeat, ſed quacumque parte data,aliam prius tempore pertranſiuit. Ad hunc ſenſum loquitur hoc loco S.D.inquiens, quod nõ datur primum motum,& ſic dicitur nullum inconueniens eſſe,quod nihil neque a ſe, neque ab alio moueatur primo. Dicitur tertio,quod bene poteſt aliquid moueri primo primitate cauſalitatis formalis,quia ſcilicet ſibi primo, & ſecundum quod ipſum conueniet motus, nõ autem per aliquid,cui per prius conueniat. Dicitur quarto, quod nihil mouetur primo primitate cauſalitatis: ita quod motus eius in nullo genere cauſæ dependeat a motu alterius,ſicut enim totum dependet à partibus in genere cauſę materialis,& remotis partibus nõ remanet totũ, ita motus totius a motibus partiũ in genere cauſæ materialis dependet, & remotis partium motibus,non erit motus totius, & quia ſi aliquid moueat ſeipſum, ita quod totum moueat totum, tunc oportet,quod totum moueatur a ſe primo primitate cauſalitatis,vt deductum eſt contra Scot.ita quod per remotionem motus à parte, non remoueatur motus à toto,cum ipſum ſibi ſit cauſa motus:ideo Phil.concludit,quod nihil moueatur à ſe primo.

Moueri primo primitate temporis dupliciter poteſt intelligi,ſimpliciter,& per cõparationem. Tex.52. Lect.1. Contra Scotum.

Quomodo partes dicũtur habere eſſe.

Ad dubium dicitur,quod licet partes non habeant eſſe,niſi per eſſe totius formaliter, ſunt tamen cauſa totius in genere cauſæ materialis, & ſic ſunt priores toto:ſimili modo partes motus, ſecundum quod abſolute diuiduntur ad diuiſionẽ mobilis,licet formaliter dependeant à toto motu, ſunt tamen cauſa eius materialiter, & vt ſic toto moto priores:ideo illis remotis, oportet motum totius remoueri. Dicitur ſecũdo,quod licet moueri ſimpliciter,& abſolute,conueniat rei ſecundum quod habet eſſe,tamen habere ordinem in motu reſpectu alicuius ſigni in magnitudine,ita.ſ.quod prius aut poſterius illud ſignum pertranſeat, conuenit partibus ex ſitu & ordine, quem habent in toto, iſta.n.pars prior tranſit hoc ſignum,quia eſt prior in toto,conuenit autem toti,quia partes ſucceſſiue pertranſeunt,vnde iſte motus ſecundum quod ſucceſſionem habet,toti ex partibus conuenit.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum dicitur,quod voluntas non ſecundũ idem mouet,& mouetur,ſecundum .n. doctrinam Sant. Docto.voluntas quantum ad primum actum volẽdi mouetur à Deo,ex illo deinde actu,mouet ſe ad alios, ita quod mouens eſt voluntas ſimul cum illo actu, quod autem mouetur eſt ſola voluntas.

12.quæſt.artic.4.Cor.

Ad ſecundum dicitur,quod aqua non mouet ſe ad frigitatem,tanquam principale agens, ſed reducens eam ad frigiditatem eſt generans, quo autem illud operatur eſt forma aquæ, vt dicetur de grauibus & leuibus in octauo.

Ad tertium dicitur,quod licet ſubiectum aliquo modo effectiue ſe habeat ad paſſionem, hoc tamẽ non eſt per tranſmutationem mediam,ſed per quãdam naturalem ſequelam,vnde non eſt contra propoſitum &c.

A D D I T I O.

Opinio Pla.

NOTA, quòd de iſta diſputatione Plato vbique voluit,non omne poſſe a ſeipso moueri,ſed ſimplex duntaxat:compoſitum vero ab altero moueri opinatur,propterea ait,ſimplex in hoc à compoſitis entibus differre,quòd compoſita mouentur per alterum quoddam,at ſimplex per ſeipſum mouetur,& hac ratione aſſerit Deũ,& Animam eſſe numeros ſeſe mouentes.

Motus eſt autem Plato non ab re,videbat.n.compoſita entia moueri participatione ab altero, omne autẽ quod mouetur ab altero participatione illius motus,reducitur ad aliquod tale,quod per eſſentiam mouetur,igitur illud ſimplex,à quo compoſitum mouetur, oportet vt per eſſentiam moueatur.

Iamblicus.

Amplius,Iamblicus cõprobauit hoc ex illo medio; omne quod fit,ab vniuoco proficiſcitur,quare cum ipſum compoſitum moueatur a ſimplici oportet vt ſimplex quoque moueatur, aliter motum & mouens non vniuoce conuenirent. Sed contra Pla. obijcit Ariſt. quòd ſi idem ſimplex ſeipſum moueret,tunc idem eſſet mouens & motum,quod eſt imp.eo quia omne qđ mouetur,ab alio mouetur,ſed quomodo ſaluari poteſt diuinus Plato,vide D.Auguſtin. & D. Thom.primo ſent.diſt.8.quęſtio.3.articul.1.& p.p.qu.9.vbi exponitur dictum Auguſt. Spiritus creator mouet ſe nec per tempus,nec per locum.

Arg.Ar. cõt. Plat. Lib.8. ſuper gen.ad liter. cap.10.

In reſpon.ad 2.arg.nota doctrinam Caietan in p.p. D.Thom.quęſt.44.in exp.3.ar.vbi diſputat cum Scoto ſi ſubſtantia eſt immediatum principium operationis, & tradit pulcherrimam doctrinam,quomodo aqua reducit ſe ad frigiditatem,ex qua poteris colligere ſolutionem illius q.num terra ſit frigidior aqua,vt nonnulli voluerunt,& vtere argum. Auerr.quia elementum primo ſibi determinans qualitatem, non habet remiſſionem eam,quam elementum illam ſibi ſecundo determinãs, ſed aqua ſibi primo determinat frigiditatem,terra vero ſecundario;eſt enim forma aquæ radix, & origo frigiditatis,neque valet,terra eſt denſior. & ſui frigiditas actiuior,aut ſenſibilior eſt,igitur eius frigiditas eſt intẽſior, quia forte plus mouet in terra propter denſitatẽ materiæ,quàm in aqua propter gradus intenſionem,ſimiliter differentiæ aquę ſunt magis ſenſui manifeſtæ, quam differentiæ aeris,ſed quia apud Ariſtot. frigidus vno modo dicitur,quod magis impreſſiuum eſt in ſenſum,quam alterum,ideo concedi poteſt terram eſſe frigidiorem aqua,ſed tunc non valet conſequentia, hoc eſt frigidius,ergo hoc habet frigiditatem intenſioris gradus,contra ſequitur in aere eſſe ſenſibiliorem caliditatem quam in igne,& ſic non in medio eſſe minorem ſenſibilitatem,quia minus rarus eſt aer igne.

Solutio illius quæſt an terra ſit frigidior aqua.

Reſp. Siccitas,quæ eſt lima caloris magis exacuit caliditatem ignis,quã denſitas fortificet caliditatẽ in igne, ideo fortius actiuũ eſt ignis,ſimiliter ſiccitas acutiorem facit frigiditatem in terra,quam ſit in aqua, humiditas autem aeris calorem eius obtundit,quemadmodum humiditas aquæ frigiditatem aquæ obtundit.

Nota etiam in reſp.ad 3.arg.quomodo ſubiectũ cauſat propriam paſſionem,contra Scotiſtas tenẽtes ſubiectum identificari cum ſua paſſione:habes de hoc diſp. maximam,vt oſtendimus in q.noſtris Meta.contra Anto.And.4.Meta. Siquidem tenemus in doctrina D.Th. omnem propriam paſſionem diſtingui ſecundum rem ab eius ſubiecto,quia res diuerſorum prædicamentorũ diſtinguuntur ſecundum rem,quoniam decem prædicamenta ſecũdum Peripateticos ſunt decem rerum genera,ſed ſubiectum,& propria paſſio in diuerſis collocãtur prædicamentis,vel ſaltem non ſunt in vno prædicamento per ſe,igitur realiter diſtinguuntur.

Contra Scotiſtas non ꝓpria paſſio diſtinguitur a ſuo ſubiecto.

Præterea omnis cauſa diſtinguitur realiter ab eius effectu,ſed ſubiectum eſt cauſa vel effectus,vel materialis ſuæ ꝓpriæ paſſionis,igitur diſtinguitur realiter ab eius propria paſſione.

Tertio,quæcunq.diſtinguũtur præter operationem intellectus,diſtinguuntur realiter,ſed ſubiectum,& propria paſſio diſtinguuntur diſtinctione præter actum intellectus,igitur realiter;maior declaratur, quia quæ diſtinguuntur diſtinctione præter operationem intellectus,aliquo diſtinguuntur,aut igitur aliquo reali, vel aliquo intentionali,non aliquo intentionali,quia ſic non præter operationem intellectus,igitur aliquo reali, ſed omne reale eſt res,igitur quæcunque diſtinguuntur diſtinctione præter operationem intellectus re reali diſtinguuntur.

Quarto,quęcunque diſtinguuntur formalitate & realitate,diſtinguuntur re reali,ſed per Scotiſtas ſubiectũ, & propria paſſio diſtinguuntur formalitate,& realitate:igitur re reali;maior patet, quia quæ diſtinguuntur in ratione ſuperiori,diſtinguuntur in ratione inferiori, ſed res eſt inferior ad formalitatem,& realitatem apud eos,quia formalitas ſecundum eos eſt omne, quod eſt extra nihil:plures alias rationes adducimus,quas videre potes ſi placet,vbi ſupra.

Duplex eſt paſſio vera, vt riſibilitas. & modalis, vt vnum reſpectu entis prima diſtinguitur a ſubiecto,nõ ſecunda.

Q V AE S T I O II.

Vtrum ex omnibus mobilibus poſſit fieri vnum continuum.

Primum autem mouens non ſicut quod cuius cauſa &c. Tex. IX.

QVÆRITVR ſecundo, Vtrum ex omnibus mobilibus poſſit fieri vnum continuum, & videtur, quod non. Corruptibile & incorruptibile non poſſunt adinuicem continuari,

continuari,sed aliqua mobilia sunt corruptibilia, vt satis patet,aliqua vero incorruptibilia, vt sunt corpora cœlestia:ergo non ex omnibus mobilibus potest fieri vnum.

Ad istud dubium respondet S. Thom. & dicit tria. Primum est,quod cum aliquid demonstratur in specie,omne illud accipitur vt impossibile, cui repugnat genus,vel differentia speciei, ex quibus ratio speciei constituitur,sicut hominem esse insensibilem,est impossibile,quia ei repugnat genus hominis quod est animal, & similiter hominem esse asinum,quia ei repugnat differentia ipsius,quę est ratio.

Lect.3. Cũ aliquid demonstratur de specie,omne illud accipitur vt impossibile cui repugnat genus vel differentia speciei.

Secundum est,quod cum agitur de genere, accipitur vt contingens & possibile omne illud,cui ratio generis non repugnat, licet ei repugnet ratio differentiæ constitutiuæ alicuius speciei ipsius, sicut omne animal esse alatum,accipitur vt possibile,quia huic ratio animalis non repugnat, licet si descenderetur ad hominem,impossibile esset hoc animal alatum esse.

Tertium est,quod Arist.hic loquitur de mobilibus & mouentibus in communi,non descendendo ad determinata mobilia, vnde quia esse cõtinuum non repugnat rationi mouentis & mobilis in communi,ideo omnia mobilia esse continua, accipi vt contingens,quod tamen est impossibile,si mobilia considerentur secundum determinatas & specificas naturas.

Sed contra istam determinationem S. D.instãt quidam dupliciter. Primo quia S. Thom. videtur sibiipsi contradicere,hic enim dicit quod ipsis mobilibus repugnat,ratione naturarum propriarum fieri vnum continuum,quamuis ex parte qua mobilia sunt, nõ repugnet,& ideo ex ipsis fieri vnum esse contingens. In præcedenti autem lectione istã responsionem impugnat, assumens id quod etiam de mente Auicenn.est,quod propositio est simpliciter impossibilis,quãdo prædicatum subiecto ratione differentiæ specificæ repugnat, licet non repugnet ei ratione generis,sicut ista,homo est irrationalis,est impossibilis, quia prædicatum repugnat subiecto ratione differentiæ,licet ratione generis non repugnet.

Secundo. Si omnia mobilia possent fieri vnum continuum ratione qua corpora,tunc illa potentia per totum tempus æternum esset frustra, numquã enim fient vnum continuum omnia mobilia, hoc autem repugnat philosophiæ:ergo &c.

Impugnantes D. Tho. non intelligunt ipsum.

Sed cum supportatione,impugnator iste.S. Th. mentem noluit intelligere. Vnde dicitur primo, q̃ ista determinatio non repugnat ei, quod dixit in præcedentibus S.Thom.immo prima pars responsionis est idem ei,quod in præcedenti lectione dixit,scilicet quod si aliquid repugnat speciei, siue ratione generis,siue ratione speciei,propositio est simpliciter impossibilis, vnde si determinatio ista repugnaret ei,quod in præcedenti lectione dixit etiam vna pars istius determinationis alteri repugnaret.

Dicitur secundo quod S.Thom.non dicit in ista responsione vt sibi arguens imponit, quod mobilibus determinatis non repugnet fieri vnum continuum,inquãtum mobilia sunt,repugnat autem illis secũdum naturas determinatas:sed dicit quod mobilibus & mouentibus acceptis determinate & specifice,illud omnino repugnat,mobilibus autem & mouentibus in communi acceptis, non descendendo ad determinata mouentia & mobilia, non repugnat,vt unum continuum fiant,patet hoc ipsa verba inspicienti. In prima enim parte responsionis facit mentionem de sola specie, vt etiam in præcedenti lectione fecerat. In secunda vero de genere,non autem de specie facit mentionem. Vnde ista non contradicunt,Propositio in qua prędicatum speciei positæ in subiecto ratione differentiæ repugnat,licet nõ repugnet ei ratione generis, est impossibilis:& propositio in qua prædicatum, dictum de genere ,non repugnet ratione generis, licet repugnet differentiæ diuisiuæ ipsius generis, & constitutiuæ alicuius suarum specierum, est possibilis. Stant enim simul, hanc propositionem esse impossibilem,homo est irrationalis, & istam esse possibilem, omne animal est irrationale: possent enim in natura sola animalia bruta esse, & nõ esse homo.

Possibile dicitur aliqd dupliciter.

Ad secundum dicitur,quod dupliciter dicitur a liquid possibile. Vno modo per respectum ad aliquam potentiam,siue actiuam,siue passiuam,secũdum passiuam quidem,sicut cum dicimus lignum posse comburi , per potentiam vero actiuam, sicut cum dicimus,possibile est Sortem ambulare. Alio modo propter non repugnantiam terminorum:quia scilicet prædicatum non repugnat subiecto,vt Sortem ambulantem sedere, est possibile in sensu diuiso. Cum ergo dicit S. Thomas, quod omnia mobilia fieri vnum cõtinuum,est possibile, nõ accipit possibile,vt dicitur per comparationem ad aliquam potentiam,vt obiectio procedit, sed vt dicit non repugnantiam terminorum, non enim fieri vnum continuum,repugnat mobili & mouenti in communi acceptis.

Secundum vero Simplicium dicitur hic ex mobilibus, & mouentibus omnibus fieri vnum posse,non quidem continuitate,sed contactu , inquantum videlicet vnumquodque tangit aliud, quod ab ipso mouetur immediate.

Ad argumentum in oppositum dicitur,quod ꝓbat talia mobilia determinata fieri vnum,esse impossibile,quod conceditur , cum hoc tamen quod rationi mouentis & mobilis inquantum huiusmodi,illud non repugnet.

ADDITIO.

CIRCA propositionem assumptam in argu.quod aliqua mobilia sunt incorruptibilia, vt corpora cœlestia,videtur quod sit falsa ex demonstratione Ar. 8.phys.vbi probat primum motorem non esse corpus, nec in corpore virtutem,per hoc medium, nullum corpus,aut virtus in corpore habet potentiam infinitam, primus motor potentiam habet infinitam: igitur primus motor neque est corpus neque in corpore virtus, quæro in ista ratione,pro quo supponit corpus in maiori propositione, aut supponit vniuersaliter,aut non, si primo habetur propositum,quòd etiam corpora cœlestia sunt corruptibilia.Si 2.igitur Ar.non probauit primum motorem non esse corpus vniuersaliter,sed indefinite,ergo non potuit inferre indiuisibilem & impartibilem esse. Si igitur inferre debet primum motorem impartibilem esse,necessario corpus vniuersaliter accipi debet,quamobrem nullum corpus habet potentiam infinitam,cum autem cœlum corpus sit, potentiã igitur non habet infinitam,caducum itaque erit, & hac ratione vsus est Ioan.Gramma.ad probandum cœlum esse corruptibile,vt testatur Auerr.

8 phys.commen.69.

Et augetur difficultas,quia omne habens cõtrarium est corruptibile,sed cœlum habet contrarium, quia motus habet priuatiue oppositam scilicet quietem, & termini generationis sunt priuatio,& forma, sic igitur ex natura motus super naturam formæ concludimus,formam cœli habere priuatiue oppositum , hinc Auerro. dixit,quòd in cœlo nulla est alia potentia nisi ad quietem.

12.metaph. commen.14. pri.cœli 69.

Pro solutione huius est sciendum,quòd cœlum capitur tripliciter, primo pro maxima sphæra, 2.pro orbibus stellarum erraticarum,& fixarum, tertio pro mundo:de 1.Aristot.loquens,primo cœli,probauit ipsum esse incorruptibile,ex Deo incorruptibili locato in cœlo, quia omnes leges conueniunt in hoc,quod Deus habitat in cœlo,vt scripsit Auerr.8.physic.videmus etiã manifestiores,& nobiliores operationes diuinas circa cœlestia corpora,quam circa non cœlestia, & quia ex antiquissimis, & longissimis sapientum obseruationibus apparet cœlum esse incorruptibile,vt ponit Auerr.libr. destruct.dest.

Com.84.

Disp.2. Dub.3.

Ex nomine quoque,quod est sempiterne currens, vt tangit philosoph.1.meteor. ex omnibus his concluditur,cœlum apud philosophum esse æternum, quod patet,quia diuiso ente per necessarium,impossibile,& contingens,vt diuidit Arist.primo periher.cœlum inter impossibilia oculus non patitur,neque inter contingentia, vt ex dictis Arist.habetur: remanet igitur tertium per vim diuisionis.

2.de gen.te. 50. 4.Metap.cõmen.6.

Et Auer.hoc medio vsus est ad probandum cœlum non esse caducum,quia omne generatum vel corruptũ ex suo contrario generatum vel corruptum est,sed cœlum non habet contrarium,neque est ex contrario,motus enim eius contrarium non habet, ratio est Aristot. & Auerr.lib.de beatitudine animæ. Confirmatur minor,quia si cœlum haberet contrarium,sex essent corpora simplicia,& corpus rotundum haberet contrarium, & etiam motus circularis,vt tangit Auerr. consequens est cont. Arist.& ex hoc colligitur,quòd cœlum,quamuis non repugnet recipere intentionaliter a superiori, neque etiam ab inferiori,non tamen est realiter alterabile,quia ignis cœlo lunæ iuxta positus nihil caloris imprimit,neque impressiuus est,quia cœlum non est calidum,quia ex velocissimo motu non ignitur,tum etiam ex caloris in sole apparentia,tum etiam quia cœlum nõ est caloris receptiuum,non enim recipit peregrinas impressiones,hinc primæ qualitates non sunt in eo,nisi virtualiter,intelligo virtualiter calidum esse cœlum, non eo modo,quo piper,aut vinum calida virtualiter ponũtur,quia hæc alteratione indigent,qua in rem actu calidam conuertantur,vt in fumum,vaporem, aut humorẽ calidum,ad hoc,vt in actum calefaciendi reducantur , sed sic virtualiter,sicut effectus in causæ efficientis equiuoce virtute continetur, quomodo intelligendus est Ar.dicens,cœlum autem,& stellæ calida, neque etiam senescibile est cœlum,neque etiam fatigabile, vt testatur.Auerr.9.metaphysic.quia hæc sine alteratione fieri non possunt;est igitur cœlum actiuum tantum , quia actiuum est,& non passiuum.

Primo cœli tex.20. 1.cœli commen.18. 1.cœli text. 63. 1.meteor. Quomodo celũ est calidum. 15.problem. problemate 17.

Comm. 17.

Sciendum quoque est, q̃ motus localis potest dici simplex,vel compositus,vniformis,& difformis,regularis,& irregularis,dicitur simplex,aut compositus motus naturalis , cuiuslibet talis motus principium actiuum oportet esse intrinsecum,motus cœli est simplex, quia licet resistat orbis intelligentiæ,non tamen inclinat orbis in motum oppositum,& ex hoc sequitur motoris in fatigabilitas,quia fatigationem causat inclinatio ad oppositum,motus quoque cœli est vniformis quo ad tempus,difformitas enim quo ad partes temporis æquales respectu pũcti velocissime moti cæteris paribus est,sed motus cœli nõ est vniformis ex parte subiecti,quia partes cœli distantes a polis velocius mouentur,quam partes propinquę polis moueantur.

Motus cœli vnitor mis.

Quibus stãtibus dico ad difficultatem motam,quod maior est falsa,& ad probationem resp. Aue.quod subiectum illius maioris supponit vniuersaliter,sed Aristo. per potentiam infinitam non intelligit potentiam infinitam extensiue,& in duratione,sed vigoris, vt sit sensus:nullum corpus aut virtus in corpore habet potentiã infinitam in vigore.

Solut. Dub. commẽ. 79. 8 phys.

Ad confirmationem dico,quòd motus cœli in quantum motus habet quietem sibi contrariam,sed non inquantum est talis motus,scilicet cœlestis,propter rationes supra adductas,& sic intelligitur dictum Aue.ꝙ cœlum pro orbe tantum non habet potentiam ad corruptionem in quantum orbis talis est,quia est corpus simplex carens materia, licet inquantum corpus absolute vt ly corpus,dicit aliquid indifferens ad corpus generabile,& æternum possit corumpi potentia logica, quæ nihil aliud est,nisi repugnatio quædam,non implicatio contradictionis causata ab intellectu ex terminorum rationibus,inquantum non repugnant:cœlum autem pro orbe tantum potest quiescere inquantum corpus,& inquantum cœlum,quia successio & fieri motus non dependet in esse,nisi ab ipsa intelligentia,tanquam a causa extrinseca totaliter causante entitatem motus . vide D.Tho.p.p.q.70.art.3.& de potentia Dei q.6.art. 6.& quolib.12.art.9.

Vide D.Th. etiam 2. cõli,lect.3. & lec.13.& lec. 18.

QVAESTIO III.

Vtrum mouens & motum sint simul.

At vero neque alterati, neque alterantis nullum medium, &c.
Tex. II.

VÆRITVR tertio, Vtrum Mouens & motum sint simul, & videtur quod non.

Primo.Sagitta recedens a sagittãte mouetur, & tamen tunc sagittãs non est cum ipsa:ergo &c.

Secundo. Sol calefacit aerem, & tamen non est simul cum aere:quia inter solem & aerem mediãt alia corpora cælestia:ergo &c.

Tertio.secundum Philosophum in 2.de anima, duo corpora dura non possunt se tangere in aere vel in aqua, quin semper inter illa mediet aer, si sint in aere,aut aqua si sint in aqua, sed contingit mouens & motum esse duo corpora dura: ergo illa non se tangent, & per consequens non erunt simul. Respondeo,quod oportet mouens & motum esse simul.

Text. cõm. 113.

Ad

Aliqua esse simul dupliciter potest intelligi.

Ad cuius conclusionis euidentiam sciẽdũ primo, ꝙ alia esse simul põt intelligi dupliciter. Vno mõ, quia sunt in eodem loco, sicut extrema corporũ se tangentium dicuntur esse simul: & hoc modo non oportet vt mouens & motũ simul sint. Nã duo corpora in eodem loco simul esse non posse

Tex.com. 84. Phisic. ostenditur a Philoso. Alio modo, quia se tangunt. s. ꝙ inter illa nullum cadit medium, & isto modo intelligitur mouens & motum simul esse.

Duplex est mouens mediatum scilicet & immediatum.

Sciendum secundo, ꝙ duplex est mouẽs, scilicet mediatum & immediatum, mediatum est inter quod motum mediat aliud mouens, sicut si lapis moueatur a Sorte mediante baculo: Sort. mouens mediatum erit: mouens vero immediatum est inter quod & motum non mediat aliud mouens: sicut baculus immediate mouet lapidem.

Contactus est duplex.

Sciendum tertio, ꝙ duplex est contactus. Vnus quantitatiuus. s. quando extremũ quantitas vnius tangit extremum quantitatis alterius: sicut cum liber tangit librum. Alius est cõtactus virtualis, cũ .s. vnum sua virtute tangit aliud, sicut cælum tangit ista inferiora.

Duplex est mouens.

Sciendum quarto, ꝙ duplex est mouens, quod dam enim mouet imprimendo principium in mobili per quod mouetur, sicut magnes trahit ferrum, & generans grauia mouet ea per impressionem formæ inclinantis ea ad motum: aliud est mouens, quod solo impulsu mouet, nullumque imprimit principium inclinatiuum ad motum, sicut cum homo mouet librum.

Quomodo intelligatur propositio Arist. ꝙ mouens & motum sunt simul.

Dicitur ergo ꝙ Arist. in illa positione loquitur de contactu quantitatiuo, si mouens sit corpus, & de mouente immediato non imprimente in mobili principium motus: si enim mouens imprimat formam, quæ sit principium motus: quantumcumque mouens non tangat, poterit illud moueri quã diu habet formã, sicut corrupto eo qui genauit lapidem, adhuc lapis mouetur per formam in se existentem & mouetur a generante, sicut ab eo

T. 32. & 33. quod mouet, vt patebit in octauo. Loquendo vero de mouente mediato aut immateriali, sufficit quod sit simul cum contactu virtuali. Probat autem Philosophus istam conclusionem primo in motu locali. Secundo in motu alterationis. Tertio in motu augmenti & decrementi.

Tex. 10. Quantum ad motum localem arguit sic. Omnis motus localis reducitur ad pulsum & tractum, sed in pulsu & tractu mouẽs & motum sunt simul: ergo &c. Maiorem propositionem declarat, quia cũ sint quatuor modi motus localis, scilicet pulsio, tractio, vectio, & vertigo. Vectio est motus per accidens, fundatur super alis motibus. Vertigo vero componitur ex pulsu & tractu, cum enim vertitur aliquid, vna pars pellitur, & altera trahitur. Minorem vero dupliciter probat. Primo ex eorum rõnibus: pulsio enim est motus ab ipso mouente, vel ab aliquo alio in aliud, & sic saltẽ in principio pellens est simul cum eo quod pellitur, si a se remouet, vel ab alio: tractus autem est motus ad se vel ad alterum, ita quod mouens numquam separatur ab eo quod trahitur: ergo &c.

Secundo. Nullus potest congregare aut disgregare aliqua, nisi ea tangat: sed pulsio est quædam disgregatio, tractio autem quædam congregatio: ergo &c.

Tex. 11. In alteratione vero idem probat tali ratione. Omnis alteratio est similis alterationi sensuum, quia omnis alteratio fit secundum qualitates sensibiles, sed in alteratione sensuum, alterans & alterata sunt simul: visibile enim tangit aerem, & pupillam, & sic de aliis.

Tex. comm. 57. Sed videtur, quod minor sit falsa: dicitur enim 2. de anima. quod sensibile positum supra sensum, non facit sensationem: ergo alterans non est ibi simul cum alterato.

Respondetur, ꝙ sensibile non est alterans immediatum sensus, sed medium, sensibile enim imprimit similitudinem sui in medium, medium vero in sensu, sicut coloratum immediate causat suam similitudinem in aere, aer vero causat similitudinẽ colorati immediate in visu, vnde coloratum est simul cum aere, aer autem cum oculo.

Tex. 19. De augmento autem & decremento arguit sic Philosoph. Augmentatio est quædam appositio, & decrementum est quędam subtractio, sed in appositione, & subtractione, oportet mouens & motum esse simul: ergo & cætera. Potest autem hęc probatio secundum mentem S.D. dupliciter intelligi. Vno modo vt ipsum appositum vel subtractum accipitur pro proximo mouente, eo modo quo dicit Phil. in 2. de anima, caro auget, prout est quanta, & tunc patet mouens & motum esse simul: nihil. n. potest ꝑ sui appositionem aliud augere, nisi illud tangat, neque per subtractionem sui diminuere, nisi prius sit vnitum. Alio modo potest proximum agẽs intelligi illud, quod apponit aut subtrahit ali quod quantum, & etiam oportet mouens & motũ esse simul, sicut in cõgregatione. Quamuis autem vtroque modo intelligi possit. primum tamen modum sequitur Simplicius.

Mouẽs proximũ in augmẽto & decremẽto est duplex, Tex comm. 47.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum quidem dicitur primo, quod licet sagittans sit simul secundum quantitatem cum sagitta per totum motum, est tamen simul in principio motus, & hoc sufficit, tunc enim est mouens immediatum, cum autem recesserit à saggittante, tunc mouens immediatum non est sagittans, sed aliqua pars aeris mota, vt in 8. videri habet.

Tex. 81. Dicitur secundo, quod est simul cum sagitta secundum virtutem, quamdiu motus sagittæ durat.

Ad secundum dicitur, quòd sol non est proximum mouens, sed remotum, ideo non oportet vt simul sit cum aere.

Sed contra. Quæritur enim quid sit proximum mouens in calefactione aeris a sole, non enim est ignis: nam media regio aeris est frigida, vt patet ex lib. 1. Metheororum, vltima vero calida, cui nõ est immediatus ignis: non etiam sunt orbes medii, cum non calefiant a sole, vt possint aerem calefacere: ergo &c. lib. 1. cap. 1.

Aer quomodo calefiat a sole.

Respondetur & dicitur primo, quod posset dici propinquũ calefaciens infimam aeris regionem, esse radios reflexos a terra, qui sua multiplicatione aerem calefaciunt. Dicitur secundo, quod ꝓximum

mum alterans primam regionem aeris, est ignis, qui proxime alteratur ab orbe lunæ, & ille orbis ab alio orbe vsque ad solem: proximum autem alterãs vltimam regionem aeris, est media regio. Dicitur tertio, quòd non oportet media inter primũ alterans & vltimum alteratum eodem modo alterari, sicut vltimum alteratum, sed sufficit quod aliqua alia alteratione alterẽtur, vnde licet neque orbes medij calefiant, neque media regio aeris, recipiunt tamen aut lumen, aut aliquam aliam influẽtiam a sole, cuius virtute aerem calefaciunt.

Ad tertium dicitur, quòd Philosophus non intẽdit mouens & motum esse simul, quasi inter mouens & motum non mediet aer, aut aqua, sed quia nullum corpus apparentis sensibilitatis inter illã cadit: aer autem & aqua inter illa medians, est in sensibilis, ideo existimatur nihil esse medium. Vel dicendum, quòd aer, aut aqua medians, est mouẽs immediatum, non autem corpus durum.

ADDITIO

1. sent. di. 17. q. 8. art. 1.

NOTA, quòd ista propositio mouens, & motum sunt simul, non est propositio quasi per accidẽs, vt voluit Scotus, sed per se necessaria, vt ostendit Caietan. p. p. D. Thom. & expositor lib. cont. Gen. lib. 3. cap. 68. vbi D. Thom. disputat quomodo Deus Opt. Max. sit vbique, & in omnibus rebus: & fundat se super hac propositione Aristot. quia mouens & motũ, producens & productum, operans & operatum, oportet esse simul, Deus est mouens omnia, quia omnia operatur in nobis: igitur concludit D. Tho. Deum esse in omnibus rebus, & conseruare omnia, & nedum hoc fundamento vtuntur Theologi ad probandum præsentiã Dei vbique immediatione suppositi, sed vtuntur quoq. Philosophi in materia de cessatione motus cœli respectu horum inferiorum, quæ perirent, si cœlum non moueret, quandoquidem proportionaliter se habet motus cœli motui cordis animalis corruptibilis, sed cessante motu cordis animalis corruptibilis, cessat omnis alius motus eius, ergo cessante primo cœlo à motu, omne residuum, & mũdus totus cessat moueri, quia in per se ordinatis in mouendo, cessante motu prioris, cessat motus posterioris, sed inferiora hæc sunt per se ordinata in cœlum, igitur cessante cœlo à motu suo, hæc omnia cessarent quoque.

Motus cœli é veluti motus cordis animalis.

Cessante cã vniuersali cessat particularis.

Quod ex hoc colligere poteris clarius, quoniam cœlum est causa vniuersalis, nihil enim quod est indiuiduum alicuius speciei corruptibilium potest esse causa vniuersalis illius speciei, quia tunc illud indiuiduum esset causa suimet, est ergo illud indiuiduum causa particularis, cœlum autem vniuersaliter causat, & cessante vniuersali cessat causa particularis, vnde cœlo cessante a suo motu, hæc omnia quoque inferiora cessarent.

Tex. 54. Comm. 55. 8. phys. com men. 47.

Præcipue cum se habeant, veluti instrumenta respectu superiorum: vt scribitur 2. de ortu & interitu, & cessante principali cessat instrumentum, vt dixit Auerr. in lib. de Somno & vigilia: instrumentum enim artificis, sicut dicit Aristot. non mouetur nisi secundum artificẽ, & 2. de gen. instrumentum non mouet sine artifice: ista inferiora sunt quasi instrumenta, per quæ mouent corpora cœlestia scilicet, quòd homo in generatione hominis non dat nisi illud, quod est quasi instrumentum, & corpora cœlestia sunt quasi artifex, concluditur ergo quòd ipsis cessantibus a motu, hæc quoque necessario cessare.

Lib. Destru desi. disp. 1. dub. 11.

Adde etiam, quia non esset tempus si motus cœli cessaret, sed an quiescente cœlo, cœlum esset locus, dico ꝙ licet contineret, non tamen esset locus naturalis, quia deficeret ei conditio qua conseruaret, immo Auerr. voluit res naturales quo ad suum esse, dependere a motu cœli. si ergo motus cœlestis cessaret, destrueretur ordo totius vniuersi, nec intelligas tu cœlum conseruare res materiales solum, sicut impediens lupum custodit agnum, sed sicut communiter dicitur lumen a luminoso in esse, & conseruari dependere, hoc voluit Arist. dicens motũ esse veluti vitam his quæ subsistunt.

8. physi. te. 1. Astronomi.

Propterea Astronomi asseruerunt, ꝙ existentibus omnibus planetis in prima, aut secunda domo, non contingit natum viuere, quia oportet eos esse disseminatos per cœlum, vt natum in diuersis temporibus suarũ ætatum conseruent: attribuunt quoque ordinem mensium, quibus moratur natus in vtero planetarum ordine, vt primum Saturno, secundum Ioui, & sic gradatim octauum mensem iterum Saturno, & nonum Ioui.

Vtẽtes physiognomia.

Hoc quoque fundamento, vt in plurib. vtuntur Physiognomistæ, vt narrat Albertus primo de animalibus tractatu secundo, & Cicero in libro de Fato, & in 5. Tusculanarum, quod etiam Aphrodisiensis Alex. 4. ca. lib. de Fato confirmat dicens, sane cum diceret Zopirus Physiognomon absurda quædam de Socrate philosopho, & plurimum ab eius instituto in vita semota, & super his à Socratis auditoribus derideretur, dixit Socrates non esse mentitum Zopirum, eram enim naturæ ratione huiusmodi, nisi ex philosophiæ studio meliorem naturam fuissem adeptus. Quia cum discipuli Socratis formam, & figuram eius in pergameno depinxissent, & eam Philemoni porrexissent, dixerunt, considera hanc figuram, & indica nobis qualitates & complexiones figurarum, & comparauit partes ad partes, & iste homo luxuriosus est, deceptor, amans coitum, ob quam rem voluerunt eum interficere, dicentes: O stulte hæc est figura dignioris, & melioris hominis, qui sit in toto mundo. Philemon autem pacificauit eos, & correxit dicens, hęc est figura sapientis Socratis, & quod vos quæsiuistis de mea scientia, hoc ostendi, & quid sentio secundum ipsam. Quando ergo peruenerunt ad Socratem dixerunt ei, quid fecerant, & quid respondit Philemon; quibus Socrates dixit; certe verum pronunciauit Philemõ, nec prætermisit vnam litteram, verũtamen ex quo prospexi, & consideraui hæc turpia esse, & reprobanda, cõstitui animam regem super ipsa, & retraxi eam ab eis; & triumphaui super appetitum animæ meę, vide quo modo fundamentum hoc mouens, & motum oportet esse simul, & vniuersale & pluribus artificibus vtile; nec te moueat piscículus ille, qui dicitur torpedo, qui facit obstupescere manus piscatoris, & tamen non obstupescit rete; & dicit Plinius, quod si tangatur extremitate hastæ manus tenentis hastam, obstupescit, & Alber. scribit quendam extremitate digii leuiter ipsum attigisse, & ipsius brachium ita fuit obstupefactum, vt per dimidium anpum herbis calidis, & vnguentis vix sensum receperit, quia licet hic piscis non sit simul cum moto immediatione suppositi, est tamen simul imediatione virtutis. Vide Caietan. in p. p. D. Tho. q. 8. art. 1. in respon. ad 3. vbi declarat quatruplicem distantiam situalem, suppositalem, & virtualem, quia hęc omnia faciũt, propterea annotaui.

Zopirus.

historia Socratis.

Philemoni sententia de Socrate.

Natura torpedinis.

Libr. 24. de animalibus.

Caie. in p. p. D. Tho. q. 8. artic. 1.

QVAESTIO IV.

Vtrum ad ſolam tertiam ſpeciem qualitatis ſit alteratio.

Manifeſtum autem eſt quia quod alteratio, &c. Tex. XVIII.

VÆRITVR quarto, Vtrum ad ſolã tertiam ſpeciem qualitatis ſit alteratio, & videtur quod non. Ad mollitiem & duritiem eſt per ſe alteratio, cũ ſint tãgibiles qualitates, & tamẽ ſunt naturales potentiæ: ergo non ad ſolam tertiam ſpeciem qualitatis eſt alteratio.

Ad aliquam formam dupliciter põt eſſe alteratio.

Ad euidentiam huius difficultatis ſciendum, q̃ ad aliquam formam poteſt eſſe alteratio dupliciter. Vno modo primo & per ſe: alio modo ſecundario: ad illam formam dicitur eſſe primo & per ſe, ad quam terminatur ratione ſui, & non ratione alicuius alterius, ſicut albefactio eſt primo & per ſe ad albedinem. Secundario autem dicitur ad aliquam formam terminari, quando illa forma primum & per ſe terminum concomitatur, ſicut de albatio ad ſimilitudinem ſecundario terminatur. Ponuntur itaque à Philoſopho duæ concluſiones.

Tex. 14. Ad ſolas qualitates tertiæ ſpẽi, ẽ primo & p ſe alteratio.

Prima eſt. Ad ſolas qualitates tertię ſpeciei eſt primo & per ſe alteratio, probatur ſic. Si ad alias qualitates eſſet alteratio, maxime eſſet ad primã & ad quartam ſpeciem, ſed non eſt ad illas: ergo &c. Patet conſequentia, quia clarum eſt, ad naturalem potentiam non eſſe primo & per ſe alterationem, cum non adueniat alicui, niſi mutatione ſubſtãtiæ præſuppoſita. Quod autem ad primam ſpeciem qualitatis non ſit alteratio, probat Philoſoph. primo in habitibus corporalibus, ſecundo in habitibus animæ.

Tex. 17.

Quantum ad habitus corporales arguit ſic. Ad aliquid non eſt primo, & per ſe motus, ſed huiuſmodi habitus dicuntur ad aliquid: ergo ad ipſos non eſt motus. Minor probatur. Virtus dicitur ad aliquid. ſ. ad operationem (eſt. n. virtus quæ bonum facit habentem, & opus eius reddit bonum) ſed omnes habitus corporales ſunt quędam virtutes, aut malitiæ corporis, ſecundum. n. quemlibet habitum corporalem corpus bene aut male ſe habet ad operandum, ergo &c.

Quid ſit virtus.

Pro notitia huius rationis notandum primo, vt dicit S.D. q̃ huiuſmodi habitus non ſunt relatiua ſecundum eſſe, quaſi. ſ. totum eorum eſſe ad aliud ſit: ſed ſunt relatiua ſecundum dici, ſunt. n. entia abſoluta, quæ in ſuis rationibus reſpectum important.

Lect. 5. Habitus nõ ſunt relatiua ſecũdum eſſe.

De ratione habitus eſt reſpectus ad alterum.

Sciendum ſecũdo, q̃ de ratione habitus inquantum huiuſmodi, eſt reſpectus ad alterum, ſicut de ratione virtutis eſt reſpectus ad operationem: vnde ſi aliqua entitas ſub ſolo conceptu abſoluto conſideretur, illa rationem habitus non habet: ſed ſi in ordine ad operationem conſideretur, rationem habitus habere poteſt: vnde quamuis ad eam eſſet motus primo & per ſe, vt abſolute conſideratur, ad ipſam tamen ut habitus eſt, non erit primo & per ſe motus, ad calorem. n. habentem formam, & radicatum eſſe in corpore inquantum calor eſt, poteſt primo & per ſe alteratio eſſe, non tamen inquantum habitus corporis.

Quantum autem ad habitus animæ probat Philoſoph. quod ad illos non eſt primo & per ſe alteratio, & quia ſunt duo genera habituum ad animã pertinentium. 1. habitus appetitus, quæ dicuntur virtutes morales, & habitus intellectuales, quæ dicuntur ſcientiæ, probatur primo ad virtutẽ & malitiam non eſſe alterationem, ſic ſecundum Cõm. & Alber. Ad indiuiſibile non eſt alteratio, ſed virtus eſt indiuiſibilis: ergo ad ipſam non eſt alteratio. Maior patet, eo quod res indiuiſibilis in indiuiſibili temporis acquiritur, omnis autem motus eſt in tempore, vt probatum eſt à Philoſ. in 6. Minor etiam probatur. Perfectio eſt indiuiſibilis: virtus eſt quædam perfectio hominis, ergo &c.

Tex. 18. 19. Et Cõment. & Alber. in ipſorum expoſi.

Tex. cõ. 19.

Sed quia Philoſ. per eandem rationem probare intendit, non ſolum quod ad virtutem, ſed etiam quod ad malitiam non eſt alteratio: non poteſt autem probari per hoc, quod in indiuiſibili cõfiſtat, cum malitia indiuiſibilis non ſit: recedere enim à perfectione, eſt multipliciter: ideo S. Tho. aliter rationem format, & arguit ſic.

Nihil dicitur alterari quãdo perficitur, neque quando corrumpitur: ſed quãdo aliquis virtutem accipit, perficitur, & quando accipit malitiam, corrumpitur, cum virtus ſit perfectio, & malitia corruptio: ergo &c.

Tex. 20.

Idem de quarta ſpecie qualitatis probatur.

Secundo probatur. Ad ſcientiam non fit alteratio, duabus rationibus. Prima eſt iſta. Ad aliquid non eſt alteratio, aut motus: ſed ſcientia eſt ad aliquid: ergo ad ſcientiam non eſt alteratio. Pro declaratione minoris propoſitionis ſciendum, quod ſcientia non dicitur ad aliquid, quia ſit ſecundum eſſe ſuum relatio, ſed quia ſe habet ad modum relationis, per receptionem enim ſcientiæ in intellectu, non ſit neceſſario abiectio alicuius formæ præcedentis, ſed intellectu vno modo manente, & non variato ſecundum aliquod in eo exiſtens, reſultat vniuerſalis cognitio ex cognitione experimentali particularium, per lucem intellectus agentis, ſicut in ſpeculo terſo & polito reſultat imago abſq; aliqua eius mutatione, & ad aliquid eſt tale; quod alicui abſque eius mutatione aduenit, facta. ſ. mutatione tantum in altero, vt declaratum eſt: iõ ſcientia propter hãc ſimilitudiuem dicitur ad aliquid. Iſtam expoſitionem tangit Alber. & S. Tho.

Sciẽtia quomodo dicit ad aliquid.

In q. 5. 3. li. Expoñẽs.

Secunda ratio eſt. Quod aduenit alicui per ſolam quietationem, & reſidentiam perturbationũ vel motionum, non aduenit per alterationem, ſed ſcientia iſto modo aduenit: ergo &c. Patet maior exemplariter, ex hoc. n. q̃ remota feneſtra illuminatur domus, non eſt facta aliqua mutatio in aere, ſed in ſola feneſtra. Minorem etiam declarat Philoſ. per exemplum, ſi. n. habens ſcientiam dormiat, infirmetur, aut fiat ebrius, non poteſt vti ſciẽtia, quando autem ceſſauerit perturbatio, tunc poteſt ipſa vti, & non dicimus quod ſit de nouo facta in eo ſciẽtia, quia iam eam ex ſuppoſito habebat. Simile itaque accidit, cum aliquis a principio ſciẽtiam acquirit. Videtur enim per quandam quietationem inordinatarum mutationum fieri, quæ tum propter augmentum, tum propter paſſiones denominantes fiunt.

Lect. 6. Scientiã aduenire abſq; perturbatione verum ẽ, tam ſecundum mentẽ Plato. quam Ariſt.

Aduertendum vt tangit S. Doct. quod iſta ratio dupliciter efficaciam habere poteſt. Vno modo ſecundum opinionem Platonis, qui poſuit a principio vnicuique ſcientiam ineſſe, propter varias autem perturbationes ab vſu ſcientiæ impediri, quibus ceſſantibus, poteſt habere vſum. Non eſſet autem inconueniens Philoſophum vti opinione Platonis in hoc loco, eo quod, nondum eam improbauerat. Secundo poteſt habere efficaciã ſecundum ſententiam Ariſto. Secundum enim ipſius opinionem, intellectus eſt ſemper in vltima diſpoſitione ad recipiendum ſcientiam: vnde ſi non ſit impedimentum, ſtatim ad præſentiam ſingularium exiſtẽtium in fantaſia, ſcientia in intellectu reſultat, ſi autem ſit impedimentum ante ſcientiæ acquiſitionẽ, auferri tale impedimentum oportet. Vult ergo Phil. quod impedimento ex parte corporis exiſtenti, aduenit ſcientia intellectui, non per aliquam alterationem intellectus, ſed per ſolam remotionem impedimenti. Intelligendum autem pro declaratione concluſionis, q̃ alteratio poteſt dupliciter accipi. Vno modo pro quacunque receptione qualitatis, ſiue temporaria ſit, ſiue inſtantanea, quomodo corpus cœleſte dicitur per receptionem luminis alterari, licet talis receptio ſit in inſtanti, & hoc modo non negat Philoſophus ad ſcientiam atque etiam ad virtutem primo & per ſe alterationem eſſe, iſta enim de nouo in aliquo ſubiecto recipi manifeſtum eſt, nullo alio præ acquiſito. Alio modo pro receptione qualitatis ſucceſſiua, quæ eſt cũ abiectione formæ contrariæ naturæ conuenientis, & iſtam alterationem intendit Philoſ. a prima ſpecie qualitatis remouere.

Verũ eſt aliquo modo, ſciam per alterationem, acquiri.

Tex. 16.

Quantum vero ad quartam ſpeciem, arguit ſic Phil. ſecundo loco. Nihil dicitur alterari quando accipit finem ſũæ perfectionis (ridiculum enim eſt dicere quod homo, aut domus alteretur, quando eorum perfectio completur) ſed vnumquodque p ficitur & completur, quando accipit ſuam figuram: ergo &c.

Figura ſpẽm conſequitur & per ipſam diuerſitatem ſpẽi cognoſcimus.

Ad euidentiam minoris propoſitionis adnerten dum ſecundum Sã. Thom. lect. 5. quod in corporibus naturalibus figura conſequitur ſpeciem rei: vnde per diuerſitatem figurarum maxime ſpecierum diuerſitatem deprehendimus, ut clariſſime in animalibus patet. In corporibus autem artificialibus ſpecies ipſorum eſt figura: ideo neque in artificialibus, neque in naturalibus figura, niſi per receptionem ſpeciei, acquiri non poteſt: dum autem res accipit complementum ſpeciei, dicitur perfici, ideo dicit Philoſoph. quod dum aliquid figuram accipit, perficitur.

Ad virtutes ſcientiã, formã, & figuram, eſt alteratio ſecundaria.

Secunda concluſio eſt. Tam ad virtutes quam ad ſcientiam, & etiam ad formam & figuram eſt alteratio ſecundaria. Probatur. Ad illas qualitates eſt per ſe alteratio, quæ ad aliquam alterationem per ſe conſequuntur: ſed huiuſmodi ſunt virtus, & ſcientia: ergo &c. Probatur minor: nam virtus quãdam moderationem paſſionum, qui ſunt quidam motus appetitus ſenſitiui, conſequitur. Scientia vero conſequitur & paſſionum corporalium & perturbationum ſedationem, forma autem & figura raritatem & denſitatem, aut alias qualitates ſenſibiles.

Sed quæritur, quo nomine iſta mutatio, quæ eſt acceptatio virtutis & ſcientiæ, nuncupanda ſit, neque enim generatio aut corruptio eſt, cum illa pertineant ad ſubſtantiam, neque augmentum & decrementum, neque loci mutatio, neque alteratio.

Reſpondetur, quod licet non dicatur alteratio temporaria, quæ eſt motus, dicitur tamen alteratio inſtantanea & ſubita, ſicut & illuminatio.

Ad argumentum in oppoſitum reſpondetur de mente Alberti 7. Phyſic. quod dupliciter dicuntur mollia & dura. Vno modo aliena ſiccitate & humiditate, quæ ſcilicet eſt extrinſeca a natura rei, & tunc pertinent ad tertiam ſpeciem qualitatis, & ad illam eſt motus. Alio modo propria humiditate & ſiccitate, & tunc ad naturalem potentiam pertinent, & ad illa non eſt motus alterationis, niſi ſecũdario.

7. phy. tract. 1. c. 5.

ADDITIO.

Alteratio duplex.

CIRCA deciſionem huius quæſiti aduerte, quod alteratio poteſt capi dupliciter, vno modo pro omni mutatione terminata ad qualitatem, & ſic ad quãlibet ſpeciẽ eſt per ſe alteratio; alio modo proprie pro mutatione reali & phyſica de vna qualitate actiua, aut paſſiua, ad aliam contrariam actiuam aut paſſiuam, quæ non ſupponit aliquam aliam mutationem à ſe, & ad iſtam quatuor requiruntur primo, quod ſit mutatio realis & ſucceſſiua ſic, quod fiat in cõtractu realiter & phyſice. 2. quod illa fiat de ſubiecto in ſubiectiuum, ſiue de contrario in contrarium. 3. quod tales qualitates contrariæ ſint adinuicem actiuæ, & paſſiuæ. 4. quod nõ præſupponat aliquam aliam qualitatem terminaſſe prius illam mutationem, ſic quod vna qualitas per ſe primo terminet talem mutationem.

Ex quo ſequitur primo, quod in ſecunda & quarta ſpecie qualitatis non eſt per ſe alteratio, quia in illis non eſt contrarietas proprie dicta.

Secundo, ſequitur, quod ad qualitatem primæ ſpeciei non eſt alteratio proprie dicta, quia vt in pluribus mutatio, quæ fit de prima ſpecie non eſt de contrario in cõtrarium; ſed eſt de non eſſe illius qualitatis ad eſſe illius qualitatis: etiam qualitates primæ ſpeciei, cum omnes ſint ſpirituales non acquiruntur in ſubiecto per motum realem & phyſicum, qui fit mediante contactu realiter & phyſice.

Dupliciter minare motum dupliciter, vno modo per ſe, & eſt illa quę intrinſece terminat motum, nullo alio terminante motum neceſſario prærequiſito ad acquiſitionem qualitatis: alio modo aliqua qualitas poteſt terminare motum per accidens, & eſt illa quæ conſequitur qualitatẽ, quæ per ſe & intrinſece terminat motum.

Qualitas terminat motum.

Scias adhuc quod aliquid poteſt per ſe terminare motũ dupliciter: vno mõ, prout per ſe opponitur huic, quod eſt per accidens, alio modo vt opponitur huic, quod eſt gratia partis, & ei quod eſt ſecundum accidẽs, & ſic non capitur hic.

Per ſe duplex.

Ex hoc ſequitur, quod ad multas qualitates de tertia ſpecie qualitatis eſt alteratio ſecundum accidens, & nõ per ſe ſicut ad raritatem, & denſitatem.

Secundo ſequitur quod ad tertiam ſpeciem qualitatis eſt per ſe alteratio, capiendo per ſe vt con-

tinet sub se gratia partis.

Habitus eorporis & animæ. Considerandum quoque est, quod habitus quidam sunt corporis, vt sanitas, egritudo, & pulchritudo, & turpitudo, & huiusmodi, & quidam sunt habitus animæ, & isti sunt duplices, quia quidam sunt in parte intellectiua, & vocantur habitus intellectuales, scilicet intellectus, sapientia, scientia, prudentia, & ars. Alii habitus sunt in parte animæ appetitiuæ, & vocantur morales habitus & virtutes, vt fortitudo, magnanimitas, liberalitas magnificentia, mansuetudo, & aliæ virtutes, de quibus tractat Arist. in libr. 8. Ethic. & si quis diceret, ꝙ ad istas virtutes est alteratio, quandoquidem ad omnẽ illam qualitatẽ est alteratio quæ acquiritur in aliquo cum abiectione contrarii, ista propositio patet ex se, sed qualitas de prima specie qualitatis acquiritur cum abiectione contrarii, quia contingit quod aliquis habẽs habitum falsum & erroneum reducitur ad scientiam, quæ est verus habitus, & tunc ibi oportet ipsum habitũ falsum corrumpi, vt manifestum est: similiter contingit, quod aliquis habens habitum vitiosum reducatur ad virtutem, sicut aliquis illiberalis reducitur ad liberalitatem, vel e conuerso; & ibi oportet illum malum habitũ corrumpi: igitur ne dum ad qualitates tertiæ speciei, sed etiam primæ speciei qualitatis est alteratio.

Habitus intellectuales sunt quinq; Habitus morales q sunt.

Dubitatio.

Solutio dub. Nisi dicamus, quod ad alterationem proprie dictam non sufficit acceptio, vel acquisitio unius qualitatis cũ abiectione contrarii, sed requiritur, quod illa qualitas sit partibilis, ita quod una pars eius continue possit acquiri post aliam, donec perficiatur, & sit actu, quod si deficiat, non est alteratio propria dicta, de qua loquimur.

Qualiter autem virtus moralis generetur in appetitu sensitiuo, utrum tota simul, aut pars post partem, hęc difficultas spectat ad secundum Ethicorum, sufficit modo scire, quod non acquiritur cõtinue pars uirtutis post partem, quia sic esset vera, & propria alteratio.

P. 2. q. si qua si per totũ. Nisi quod aliqui dicunt, quod ad hoc requiritur aliud scilicet quod qualitas sit sensibilis quę acquiritur, et subiectũ sit per eam sensibile: vide de omnibus his D. Th. tractantem de augmento habituum, et de corruptione et diminutione ipsorum.

Opin. Simp. Et nota opinionem Simplicii in Commento prædicamentorum narrantis sententiam Plotini, et aliorum Platonic. ponentium ipsas qualitates, et habitus suscipere magis et minus, propter hoc quod materiales erant, et ex hoc habebant indeterminationem quandam propter materiæ infinitatem.

q. 11. artic. 1. Vide etiam in q. disp. de veri. vbi ponitur opinio Auicennæ, et 4. sent.

Dist. 50. ar. 2 Vide quoque auctorem primo cont. gent. in expositione 56. c. vbi disputatur quomodo in Deo non est habitualis cognitio.

QVAESTIO V.

Quę ad veram comparationem requirantur.

Quare vniuocorum comparabilia, alia quidem sunt, alia vero non, &c. Tex. XXVII.

QVAERITVR quinto, Quæ ad veram comparationem requirantur.

Text. 14. 15. & 16. Respondetur secundum mentem Philosoph. quod hæc tria sunt.

Ad veram cõparationẽ tria requiruntur. Primum est, vt illud in quo fit comparatio vniuoce, his quæ comparantur cõueniat. Ratio istius est: quia comparatio fit in aliquo vno conuenientes comparatis: non possunt enim aliqua adinuicem comparari, nisi illud in quo comparantur participent: id autem quod æquiuoce dicitur de aliquibus, non prædicat aliquid vnum de illis: sed est tantum ibi communitas vocis, sicut canis dicitur de sydere cœlesti, & de animali latrabili, quibus est communis ipsa sola vox, non autem aliquod eius significatum.

Tract. 1. c. 1. Secundum est, vt natura in qua fit comparatio, in ipsis comparatis secundum vnum & idem subiectum recipiatur; canis enim & equus sunt in albedine comparabilia, quia in vtrisque est idem primum subiectum albedinis, scilicet superficies, vox autem & aqua secundum magnitudinem comparabilia non sunt, ut scilicet vnum maius altero dicatur, quia subiectum magnitudinis, secundum ꝙ recipitur in aqua est substantia, secundum autem qđ recipitur in voce, est sonus. Ratio istius conditionis secundum Albertum est, quia vnius formę vnum est proprium & primum subiectum, & illud in eius diffinitione sicut differentia ponitur: in diffinitione. n. similitatis ponitur nasus, vnde illa quæ sunt in aliquibus secundum diuersa prima subiecta, diuersæ naturę sunt, & per consequens nomen illas duas naturas importans, de his de quibus prædicatur non dicitur vniuoce. Vnde cum comparatio in vniuocis duntaxat fiat, ad ipsam etiam primi subiecti identitas requiritur, primum autem subiectum proximum & immediatum intelligitur.

Tract. 1. c. 1. In sola specie fit comparatio prie. Tertium est, vt id in quo fit comparatio eiusdẽ speciei specialissimæ, in vtroque comparatorum fit: non fit enim comparatio in genere, non enim quærimus, Vtrum album sit magis coloratum, quã nigrum. Ratio istius est secũdum Albertum: quia comparatio non fit, nisi vbi potest esse magis & minus, & æquale, hoc autem accidit fieri in sola accidentali forma, non autem in genere, quod est pars quidditatis suarum specierum, ideo in sola specie fit comparatio, non autem in genere.

Quo intelligatur spés æqualiter participare. Nec obstat quod species dicantur æqualiter participare genus: quia illa qualitas opponitur priori & posteriori secundum naturam, dicuntur enim species ęqualiter participare genus: quia genus nõ prius natura de vna prædicatur, quam de altera, æqualitas autem quæ in proportione comparationis, de qua hic loquimur, consistit, ei quod est magis & minus opponitur.

Tract. 1. c. 2. Aduertendum autem secundum Albertum, ꝙ licet in sola specie specialissima possit fieri comparatio, quæ est verissima comparatio & Physica; si tamen large comparatio sumatur ad comparationem sufficit aliquid esse quocunque modo vnum in his quæ comparantur. Sed hoc diuersimode contingit: si enim fiat cõparatio in vniuoco, fiet eõparatio secundum magis, & minus, & æquale, quæ in eo quod forma intenditur, & remittitur, generatur. Si autem fiat comparatio secundum analogum, fiet per magis & minus, non autem per æquale, quia illa comparatio non oritur, eo quod vna forma accipiatur secundum intensionem & remissionem, sed magis per habitudinẽ ad vnum, qđ dicitur

Cõparatio large accepta potest esse in alio, ꝙ in sola spe.

dicitur de illis per prius, & posterius, sicut ens se habet ad substantiam & accidens.

ADDITIO.

Pulchra dubitatio de graduatione rerum. CIRCA decisionem huius quæsiti, aduerte ꝙ solet fieri quęstio non parua, penes quid comparantur perfectiones rerũ, vt ratione cuius Angelus est perfectior homine, & vnum elementum est perfectius altero elemento, & vnde etiam est, ꝙ non omnis motus est comparabilis omni motui in velocitate & tarditate, quia cum omnis motus fiat in tempore, in quo continget mobile velocius & tardius moueri, sequitur de necessitate omnem motum comparabilem esse omni motui in velocitate & tarditate.

Multiplicitas æquiuocationis. Nisi esset, quòd cum in ęquiuoco nulla fiat comparatio, vt notum est apud omnes recte philosophantes, & æquiuocationes quædam sunt multum distantes, in quibus solum attenditur conuenientia nominis, sicut canis dicitur sydus cœleste, & animal latrabile, aliæ sunt æquiuocationes, in quibus non solum attenditur conuenientia nominis, sed attenditur quædam similitudo inter significata, sicut homo dicitur æquiuoce de homine vero & picto, inquantum homo pictus est habens similitudinem veri hominis.

Aliæ sunt æquiuocationes proximæ, quę sunt proximæ, vel propter conuenientiam in genere logico, sicut si corpus dicatur ęquiuoce de corpore cœlesti, & corruptibili, quia eorum non est eadem materia, & ita est ibi ęquiuocatio Physica, quamuis sit Logica vniuocatio.

Aliquæ sunt æquiuocationes propinquæ secundum aliquam similitudinem, sicut ille qui docet in scholis, dicitur rector, & ille qui præest domui, & secundum aliquas istarum æquiuocationes potest attendi comparatio, sicut attenditur magis & minus, & quanto aliqua magis accedunt ad vniuocationem, tanto magis sunt comparabilia.

Non omnis motus omni motui comparatur. Et propterea nõ omnis motus omni motui est comparabilis in velocitate, & tarditate, quia dantur aliq motus diuersorum generum, & specierum, & isti non sunt comparabiles.

Deinde quomodo motus localis potest comparari alterationi in velocitate, & tarditate, cum ęqualiter velox fit, quod per æquale spacium mouetur in æquali tempore, & sic sequeretur ꝙ passibilis qualitas esset æqualis magnitudini, quod est imp.

Neque etiam omnis motus localis est comparabilis omni locali motui, cum non omnes motus locales sint eiusdem speciei.

Deinde motus circularis non potest comparari motui recto, quia tunc magnitudo circularis posset dici æqualis rectę.

Nec valet si dicatur, quod ratio probat in æqualitate sic, quòd sit unus æque velox, sicut alius, potest tamẽ comparari secundum magis, & minus, sicut quod vnus sit velocior altero.

Dubitatiuncula. Et si quis diceret quia si compararẽtur, nihilominus sequeretur, quod circulus esset æqualis magnitudini rectæ, patet quia si vnum illorum esset velocior alio, tunc in eodem tempore, maiorem magnitudinem transibit mobile, sed si transibit maiorem magnitudinẽ, in ęquali tempore transibit ęqualem magnitudinem, & ita si motus circularis ponatur velocior recto, sequitur quòd pars circularis erit æqualis magnitudini rectę, si vero motus rectus sit velocior, habetur ꝙ pars magnitudinis rectæ erit æqualis circulari, & si quæratur an proueniat ex parte magnitudinis, vel temporis, ꝙ motus circularis, & rectus non possunt comparari.

Respondetur, quod nõ prouenit ex parte temporis, cum omne tempus sit eiusdem speciei cum alio tempore, sed prouenit hoc ex parte magnitudinum primo & per se.

Secundo vero ex parte motuum, quia si magnitudines fuerint diuersæ secundum speciem, ita & motus earum, & sic patet quòd motus sursum est magis comparabilis motui deorsum, quam motus rectus circularis, quia inter sursum, & deorsum non est differentia, nisi ex parte terminorum, adhuc tamen non comparatur propria comparatione motus sursum ad motum deorsum, quia differunt specie,

Dub. Siquis etiam quærat, an diuersitas instrumentorum, per quæ aliqua mouentur localiter, puta, si aliquis moueatur per pedes, & aliquis per alas, impediat comparationem, supposito ꝙ illi motus fiant supra eandem magnitudinem, & eundem terminum, vt sunt ambulatio, & volatic.

Resp. Dicitur quod non, quia diuersitas instrumentorum se tenet ex parte mobilium, modo in vno motu locali; differentia secundum speciem attenditur ex parte magnitudinum, & terminorum, & nõ ex parte mobilium, & ita illi motus sunt comparatione proprie dicta comparabiles. Ex quo etiam sequitur, ꝙ non omnis alteratio omni alterationi est comparabilis, quoniam nõ omnes alterationes sunt eiusdem speciei specialissimæ, sed illæ alterationes quæ sunt eiusdem speciei solum numero differentes, sunt ad inuicem comparabiles, illæ autẽ eiusdem speciei, quæ tendunt ad eandem qualitatem secundum speciem, vnde ex parte qualitatis attenditur vnitas in alterationibus, sed ex parte mobilis, & temporis, attenditur æqualitas & inæqualitas, cuius ratio est, quia qualitas non est per se diuisibilis, modo proprium est quantitati, secundum eam æquale vel inæquale dici.

Corellariũ. Ex quibus etiam sequitur aliud coroll. ꝙ non omnis generatio est comparabilis omni generationi, sed solũ illæ quæ fiunt ad eandem speciem, sunt proprie comparabiles, & similiter dicitur de corruptione, & augmentatione, vnde soluitur dubium motum, negando consequentiam, non enim sufficit vnitas temporis ad comparationem motuum, sed requiritur identitas motuum secundum speciem, quæ attenditur ex parte terminorum.

Aliud corellarium. Solutio secũdi dubii principalis. ad dubium primum de comparatione perfectionũ, sunt variæ solutiones.

Aliqui dicunt totam rerum naturalium latitudinem perfectionalem terminari duobus extremis exclusiue, vno tanquam summo, vt puta Deo, altero tanquam a non gradu, vt puta materia prima, fingunt enim hãc rerum latitudinem esse, vt circulum, cuius quidem centrum est materia prima, orbis vero, ac circũferentia est Deus, & tunc sicut circa omne centrum, & infra omnẽ circunferẽtiam infiniti describi possunt circuli, quorum vnus est altero maior, ita inter Deum & primam materiam intelligi possunt species infinitæ, quarum vna est perfectior altera, atque vt ille circulus minor est, qui à centro minus distat, ita illa species minoris erit perfectionis, quæ minus à materia distat, sed hęc responsio stare non potest, quia nihil potest terminari ex eo extremo, quod terminum non habet, nihil enim interminatum est aptum terminare aliud; at Deus est quid interminatum, igitur nihil potest terminare. Deinde potius Deus comparari debet centro, quam circunferentię, nam circunferentia proficiscitur à centro, & non econtra, modo ex Deo ipso omnia exeunt; propterea Emped. dixit, quòd Deus est centrum a quo lineæ exeunt vndique.

Quid Deus secundum Empedocle.

Alii dixerunt rerum perfectiones attendi penes propinquitatem vel remotionem a non gradu perfectionis,quæ est prima materia,& ita penes recessum à materia volunt latitudinem perfectionum rerum mensurari,sed contra etiam istam opinionem,quia tunc materia prima esset infinite modicæ perfectionis,& ita imperfectior accidente quouis,quod non acceptant aliqui Philosophi,nam omne accidens ponunt imperfectius omni substantia.

Pri par. q.7. art.2.

Ob hoc alii dicunt rerum latitudinem attendi penes accessum atq. recessum a summo,vtpote à Deo,sed nec etiam hoc stare potest,quia tunc omnes res essent eiusdem perfectionis , quoniam omnes infinite distant a Deo,qui est infinite perfectus.Præterea quia tunc consimiliter esset in latitudine qualitatiua,modo hoc est falsum,quia dato quod summus gradus caliditatis sit ut decem, non propter hoc illa caliditas est in duplo intensior alia,quæ illi summo est in duplo propinquior;nam caliditas vt nouem est in duplo illi propinquior, quam caliditas vt octo, distant enim octo à decem per duo, nouem vero per vnum:modo duorum ad vnum est dupla proportio, & tamen non propter hoc est in duplo intensior,& ita de hac re est non parua disputatio.

Aliqui dicunt latitudinem perfectionum rerum esse attendendam penes recessum à non gradu cum positione secunda,in qua videntur multi conuenire , sed quid sit ille non gradus,non parum est leue:potest igitur nō gradus vno modo dici priuatiue,sicut punctus priuatiue est non quātus,sed aptus vt ab illo proficiscatur quātitas.Dicunt igitur, quod non gradus rerum priuatiue sumptus,est rerum priuatio,quæ est non res,sed id vnde res fluunt,non gradus vero positiue dubius est,& quidam volunt accidens,quidam materiam, quicquid sit, dici potest res mensurari per recessum à non gradu priuatiue sumpto . Sed si materia sit non gradus positiue acceptus,penes recessum a materia,igitur penes nō gradum quicquid sit ille.

Sed vide de his D.Th.p.p.q.55.art.3. vbi quærit nū superiores Angeli intelligant per species magis vniuersales,quam inferiores,& 2.sen.dist.3.q.2.art.2.& de veri.q.8.art.10.& in opusc.3.c.78.

Caiet. Auctor.

Vide Caiet.de infinitate Dei,& Auctorem li.4.contra gentes cap.1.

Vide quoque Zimara in Theorematibus,Theor.13. vbi disputat oppositionem Aristo. de sumptam ex 10. Met in omni genere est vnum,cp est metrum & mensura omnium existentium in illo genere,& ibi latius videbis,penes quid attendi debet latitudo perfectionum, & quomodo creaturæ non sunt æqualis perfectionis,licet infinitum distent a primo principio.

Text.7.

QVAESTIO VI.

Vtrum genus dicat vnum simpliciter, sicut et species.

Et significat ratio hac, quod genus non vnum aliquid est, &c. Tex. XXXI.

QVÆRITVR sexto , Vtrum genus dicat vnum simpliciter , sicut & species,& videtur,quod sic. Species enim non est vna,nisi per abstractionem eius à singularibus:vtpote extra intellectum vnitatem realem non habens. Sed genus est eodem modo vnum per abstractionem à speciebus:ergo non est maior vnitas in specie quā in genere.

In pri.

Secundo. Vniuocum omne significat vnam naturam:per hoc enim distinguitur ab æquiuoco, qđ plures naturas importat,vt ex Phil.in prædicamē tis constat,sed genus est vniuocum: ergo &c.

Tex.31.

Respondeo, quod genus non est vnum simpliciter,species autem est simpliciter vnū , istud enim Phil.ex conditionibus ad comparationem requisitis concludit.Arguit namque sic.In omni eo quod est simpliciter vnum,potest fieri comparatio,vt ex præcedenti quæstione constat, sed in genere nō potest fieri comparatio,fit autem in specie : ergo genus nō est vnum simpliciter,species autem est simpliciter vnum.

Ad euidentiam huius difficultatis duo sunt declaranda. Primo. Quomodo species sit vnum simpliciter,non autem genus.Secundo,quomodo genus sit vniuocum.

In expositione Tex.31.

Quantum ad primum sciendum secundum doctrinam S. Thom.quod genus & species in hoc conueniunt,quod nullam extra intellectum vnitatem realem habent,secundum scilicet quod sunt in indiuiduis,per operationem autem intellectus considerantis genus sine speciebus,& speciem sine indiuiduis,quandam habent vnitatem. Differunt autem,quia natura speciei magis ad vnitatem realē, quam natura generis appropinquat.Species enim quid vnum simpliciter est:nō autem genus . Nam cum ex se indiuisibilis sit,vtpote non diuisa per aliquid illius formæ,sed solum p subiecta & recipiētia,idem autem sit vnum,quod indiuisum, species ex se habet formaliter,vt sit vna, ex se videlicet in diuisione formali indiuisibilis , genus autem cum sit natura de se indeterminata, per formales autē differentias,quæ sunt idem realiter cum ipso pluri ficabiles,non habet ex se omnino formalem vnitatem & indiuisionem. Quo fit,vt natura speciei secundum esse,quod habet extra animam,magis ad vnitatem realem,quam natura generis appropinquet.Quod ergo dicitur genus non esse vnum simpliciter,speciem autem esse simpliciter vnum,non est sic intelligēdum, quasi species extra intellectū habeat vnitatem realem,non autem genus, sed cp̄a natura speciei extra intellectum non est per differentias formales diuisa, sed solum per accidentia diuiditur ac plurificatur , genus autē per proprias differentias formales diuiditur ac multiplicatur.

Species est vnum simpliciter,non autem genus.

Genus quo modo sit vniuocum.

Quantum ad secundum , scilicet quomodo genus sit vniuocum,sciendum,quod aliter loquendū est secundum logicum , & aliter secundum physicum,cum enim logicus intentiones consideret,qđ secundum vnam intentionem de pluribus prædicatur,apud ipsum est vniuocum,intentionis nomine non solum conceptum intellectus,sed etiam naturam vt est per intellectum absoluta, quæ in ipso intellectu vnitatem habet intelligendo.

Apud physicum autem,quia entitates & naturas rerum secundum se considerat: id solum quod vnam naturam in plures naturas indiuisibilem dicit,est vniuocū,& quia genus nō dicit vnam naturam indiuisibilem,immo per differentias formales diuiditur :species vero dicit naturā vnam indiuisibilem formaliter;ideo apud ipsum sola species specialissima vniuoce dicitur,non autem genus logicum.

Ad argumenta in oppositum respondetur . Ad primum dicitur,quod maior est falsa,præter enim vnitatem,quam habet in intellectu , etiam vnitatē formalem extra intellectum habet.

Duplex vniuocum.

Ad secundum dicitur primo,quod loquendo de vniuoco logico,illud dicit vnam naturam non simpliciter,sed per abstractionem intellectus , & tunc conceditur quod genus est vniuocum, & conceditur conclusio:sed non est contra intentum. Dicitur secundo , quod minor est falsa de vniuoco physico loquendo,vt enim ostensum est apud physicū, genus non dicitur vniuoce,cum vnam simpliciter naturam non importet.

ADDITIO.

ADDE hic communem distinctionem , quæ fieri solet de genere,quod est duplex,scilicet logicum & physicum,genus logicum sumitur ab vnitate alicuius intentionis,cui correspondet natura diuisibilis differentiis formalibus;Intellectus enim primo actu apprehendens rationem substantiæ,& postea formans aliū cōceptum actu reflexo,quo conceptu apprehendit naturā substantiæ vniformiter dici de omnibus substātiis;quia omnes vniformiter per se subsistunt,cum nulla sit in alio sicut in subiecto,dicit omnes substantias esse eiusdē generis.Similiter apprehendit,cp omnis linea est longitudo sine latitudine,cuius extrema sunt duo puncta, & cp hæc ratio conuenit omnibus lineis æqualiter,ideo dicit omnes lineas esse eiusdem generis,siue sint corruptibiles,siue incorruptibiles.

Genus physicum sumitur ex vnitate potentiæ, aut materiæ,quia omnibus formis generabilibus & corruptibilibus correspondet eadem potentia,scilicet materia subiecta priuationi,ideo omnes formæ sunt eiusdem generis,vt scribitur 10.Metaphy.

Nota etiam cp ea sunt diuersorum generum , quorū potentiæ non reducuntur ad aliquem vnum modū potentialitatis,quia sicut a potentiali sumitur genus, ita à diuersis potentialibus oportet accipere diuersa genera, sed substantiæ corruptibiles reducuntur ad vnam potētiam,quæ nullo modo est actus,& est semper cōiuncta priuationi alicuius formę,quam est nata recipere,corpora vero incorruptibilia reducuntur in unam potentiā, quæ similiter non est de se actualitas,& non coniuncta priuationi,substantię vero abstractæ habent vnum modum potentialitatis,scilicet esse quidditatem subsistentem,& simplicem potentialem respectu esse, & hæc ratio vniformiter dicitur de omnibus, quia esse nō est magis de ratione vnius illarum quidditatum , quam de ratione alterius,sed æqualiter est extra omnem quidditatem illarum substantiarum,& sic omnes substantiæ abstractæ sunt diuersi generis a corruptibilibus,& corporibus cœlestibus.vide de his D.Thom. p.p. vbi quærit

q.50.arti.4. dist.39.q.1. art.1.

si omnes angeli differant specie:uide etiam 2.sen.& de spir.creaturis ar.9.

Attende etiam cp vniuersalitas conuenit tam generibus , quam speciebus, aliqua tamen differētia est, quā tum ad eorum vnitatem,aliquod enim genus est tantū modo Logicum,& non Physicum, quia nomen ipsum significans non dicit vnam naturam, cui conueniat esse vnius rationis,sed tantum dicit vnam rationem ex parte intellectus,sed natura correspōdens huic rationi habet esse diuersarum rationum in re, & hoc modo corpus est genus ad corruptibilia & incorruptibilia , sed corporeitas incorruptibilibus habet esse corruptibile, in cœlo autem habet esse incorruptibile;& ideo Meta physicus,qui considerat naturas rerum ait 10. Met.corruptibile & incorruptibile differunt pluſquam genere, & in hoc 7.Phylicorum,dicitur, cp iuxta genera latent æquiuocationes, Logicus aūt qui format tam de hoc quam de isto vnumconceptumscilicet esse subiectum trinæ dimensionis, in quo conceptu vniformiter conueniunt,dicit cp corpus est genus,quia secundum hanc rationem vniuoce predicatur .

Tex.26. Tex.31.

Genus autem physicum , & similiter omnis species specialissima,non solum dicit vnam rationem formatā ab intellectu,sed etiam naturam aptam natam reperiri in multis,quæ natura potest tripliciter considerari,vno modo secundum se,& sic quælibet natura est vna,alioquin nomen ipsum significans non esset vniuocum , cū de ratione termini vniuoci sit significare immediate vnum,hanc autem non communicat natura suis inferioribus,sed conuenit natura illa prioritate naturæ,qua est prior suis inferioribus,hæc autem vnitas numquam est actualis,sed terminus potentialis, quia sicut natura non habet actu esse ante sua indiuidua , ita non habet actu vnitatem,sed si ipsa separetur secundum esse ab omnibus indiuiduis,esset actu vna secundum esse sic separatum,quia non haberet propter quid plurificaretur,sicut etiam si daretur albedo separata,ipsa esset tantum vna.

Secundo potest considerari natura secundum esse, quod habet in indiuiduis,& sic accidit ei vnitas, & pluralitas,& nullum istorum conuenit ei per se, si enim de ratione humanitatis esset pluralitas,sequitur cp in Sorte essent plures humanitates , si etiam de ratione ipsius esset vnitas,sequitur cp ipsa nunquam posset plurificari in Sorte,& in Pla.cuius ratio est,quia quæ sunt de ratione alicuius,& quæ per se conueniunt ei, numquā possunt ab eo separari

Tertio potest considerari secundum esse,cp habet in intellectu per sui speciem repræsentantem ipsam præscindendo,& abstrahendo ab omnibus principiis indiuiduantibus,& sic est vna,nam remotis omnibus principiis distinctiuis remouetur distinctio ,& res ipsa manet indistincta,constat autem, cp hęc vnitas non est realis quia non conuenit naturæ extra intellectum,sed est rōnis tantum conueniens ei secundum esse quod habet in anima,& ad hunc sensum natura vniuersalis non est in plurib.indiuiduis secundum aliquam unitatem realem, quia sequeretur cp in eodem supposito,puta in Sorte essent duæ humanitates,quod est falsum,quia duæ humanitates constituunt duos homines,Sortes autem est tantum vnus homo,consequentia probatur,vnitas rei , & entitas rei sunt eadem res,vt scribitur 4.Meta.

Tex.3.

Ergo plurificato vno plurificatur reliquum, sed per te humanitas Sortis habet vnitatem numeralem,in Sorte est etiam vnitas specifica, secūdum quam eadem humanitas est in Platone,ergo si in Sorte sunt duæ humanitates constituentes duos homines.reales,sequitur, cp in Sorte sunt duæ humanitatesvide de hac materia D. Th.in libello de ente & essentia, & Caie.ibi,vbi fusius disputat contra Scotum , quomodo vnitas numeralis exiſtit extra animam,& quomodo non.

Cap.4. q.6.

QVAESTIONES IN LIBRVM OCTAVVM PHYSICORVM

Cum Additionibus ad eaſdem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum Philoſophus intendat probare æternitatem primi motus, an æternitatem motus in communi.

Sed vtrum factus ſit aliquando motus, cum non eſſet prius & corrumpitur iterum &c. *Tex. I.*

CIRCA octauum librum Phyſicorũ, quæritur primo, Vtrum Philoſophus intendat probare æternitatem primi motus, an æternitatẽ motus in communi, & videtur ꝙ velit ꝓbare æternitatẽ primi motus.

Primo. De illo motu ꝓbat æternitatẽ, cui cõuenit æternitas eſſentialiter, ſed primo motui ineſt æternitas eſſentialiter, alijs autẽ motibus particularibus per accidens, & ex cõtinuitate & perpetuitate primi motus: ergo &c.

Secundo. De illo motu probat æternitatem, qui eſt vita omnibus natura exiſtentibus, ſed ſolus primus motus eſt huiuſmodi, ergo &c.

Tertio patet ex eius probatione. Arguit.n. ex hoc motum eſſe æternum, ꝙ motus præſupponit mobile, & eſt actus mobilis inquantum mobile, ex quo patet, quod non loquitur de motu in communi, ſed de aliquo vno motu.

Quarto. Soluit rationes probantes, non eſſe aliquem vnum motum æternum, non autem rationes probantes motum in communi non eſſe æternum, ergo &c.

Commẽ. 1. Alber. tract. 1. cap. 1. — Reſpondeo circa hanc difficultatẽ: Mens Auerrois & Alberti eſt, ꝙ Philoſophus æternitatem de primo motu probare intendat, nõ autem de motu in communi. Auicẽna autem, Alpharabius & Auẽpace, vt recitat Commen. dixerunt Philoſophum probare æternitatem motus in communi, non autem primi motus æternitatem. Horum opinionem ſequitur San. Tho. & ante ipſum Simplicius. Ad confirmandam autem eorum ſententiam arguit.

Lect. 1. Motum eſſe æternum in communi & nõ primum motũ in 8. phyſ. intẽdit ꝓbare Ariſ. & quatuor rationib. ſua detur. Tex 1.

Primo ſic ex ipſis Philoſophi verbis. Dicit .n. ſic. Vtrum autem factus ſit aliquando motus, cum non eſſet prius, & corrumpitur iterum ſic, quod moueri nihil ſit &c. Vbi patet ꝙ quærit, vtrum aliquando nihil fuerit motum, non autem vtrum aliquando non fuerit primus motus.

Secundo quia conſuetudo Ariſtot. eſt argumentari ad propoſitum ex proprijs, vt conſideranti rationes ſuas apparet, in nulla earum ſumi pro medio aliquid ad primum motum pertinens, ſed ad motum in communi, ergo &c. Ad iſtam rationem reſpondent quidam, ꝙ ſcientia ſpecialis bene procedit ex principijs communibus, contractis tamẽ per proprios terminos, & ſic argumentatur hic Philoſophus.

Sed iſta reſponſio non euacuat rationem, non enim apparet in rationibus Philoſophi quod communia principia ſint contracta ad primum motũ per terminos proprios, immo vtitur Philoſophus terminis communibus omni motui, vt patet inſpicienti.

Tertio arguit ſic. Si probaret æternitatem primi motus: fruſtra inferius inquireret, vtrũ aliqua moueantur ſemper, hoc autem non eſt attribuendum Philoſopho: ergo &c. Probatur conſequentia, quia probata ſempiternitate primi motus, habetur quod eſt aliquid, quod ſemper mouetur, ſcilicet primum mobile.

Reſpõdetur, ꝙ Ariſtoteles nõ inquirit illud ibi tanquam dubium, ſed contra aduerſarium arguendo, deducendo intentum quomodocunque reſponderit.

Sed nullitas huius reſponſionis patet: quia Philoſophus immoratur multum, & magna diligentia vtitur ad probandum aliquid ſemper moueri, ꝙ non faceret, niſi illud tanquam dubium inquireret, & maxime ſi idem ſuperius oſtendiſſet efficacibus rationibus, vt arbitratur ſe oſtendiſſe. — Nullitas reſponſionis.

Poteſt etiam ad idem argui ex opinionibus ad vtramque partem, quas recitat Philoſophus: quia illæ de motu abſolute loquuntur, non autem de primo motu.

Quarto. Si Philoſophus demonſtraret æternitatẽ motus primi, non vteretur ea concluſione demonſtrata, ad probandum ſempiternitatem primi motus, alioquin aſſumeret, quod haberet probare, ſed vtitur ipſa concluſione demonſtrata, tanquam principio: ergo &c. Reſpondetur, ꝙ Ariſto. non vtitur ad probandum perpetuitatem primi motus concluſione demonſtrata, ſed vtitur aliis ibidem ad probandum ſempiternitatem motus declaratis.

Sed contra, quia Philoſophus ad probandum immobilitatem primi motoris, vtitur perpetuitate motus ſuperius demonſtrata: ad probãdum autem perpetuitatem primi motus, vtitur immobilitate primi motoris: ergo concluſione probata in principio octaui ad probandum perpetuitatẽ primi motus, tanquam principio vtitur.

Ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum quidem reſpondent quidam, quod ęternitas licet primo motui per ſe conueniat, tamen per ſe etiam conuenit motui in communi, & per prius naturaliter.

Sed iſta reſponſio non videtur vera, quod enim conuenit vniuerſali per ſe, & per prius quam inferiori, conuenit omnibus inferioribus, vt patet per diffinitionem eius, quod eſt primo alicui conuenire 1. Poſter.

Cap. 5. — Ideo videtur mihi aliter dicendum.

Dicitur enim primo, quod argumentum nõ eſt ad propoſitum, non enim dicimus quod Philoſophus probet æternitatem motus de aliquo motu particulari alio à motu primo, vt ratio concludit: ſed illud probat de motu in communi, non autem de primo motu.

Aliquid probari de aliquo communi, cõtingit dupliciter. — Dicitur ſecundo, quod aliquid probari de aliquo communi, contingit dupliciter. Vno modo, quia probatur ſibi primo, & adæquate conuenire. Alio modo, quia probatur conuenire communi ratione inferius contentorum, non deſcendendo tamen ad hoc vel ad illud particulare: ſicut ſi de animali probaretur riſibile, non deſcendendo ad hoc vel illud animal, Primo modo non probat motum in communi eſſe æternum, ſed ſecundo modo.

Dicitur tertio, quod maior eſt falſa. Poteſt .n. probari de animali riſibilitas, licet animali in communi & abſtracte non conueniat eſſentialiter.

Motus dicitur vita per ſimilitudinẽ — Ad ſecundum dicitur ſimiliter, quod non eſt ad propoſitum. Dicitur ſecundo, quod motui in vniuerſali ſumpto conuenit eſſe vita ſubſiſtentib. tum quia quod conuenit inferiori, conuenit & ſuperiori, tum quia non dicitur motus vita, niſi per ſimilitudinem: ſicut enim animalia tãdiu viuunt, quamdiu in eis aliquis motus apparet, ſic & totum vniuerſum (quod quidam dixerunt eſſe quoddã animal magnum) quamdiu motus eſt, aliquo modo viuit, ceſſante autem motu non eſſet, quoniam ſecundum Simplicium, illa viuere dicuntur, quæ in ſe principium motus habent, quod cum naturalia omnia ſint huiuſmodi, ipſa aptitudo ad motum vita dicitur, aut etiam vt Alexandro placet, quia ſicut animata ſine vita eſſe non poſſunt, ita nec naturalia ſine motu, ſaltem in aptitudine.

Ad tertium dicitur, quod Phil. de nullo mobili determinato arguit, ſed de mobili in communi. Sicut & ratio motus, inquantum huiuſmodi, ad nullum particulare mobile determinatur.

Ad quartum negatur minor. Illæ.n. rationes ab Ariſt. inductæ ſunt contra æternitatem motus in cõi, non autem contra primi motus æternitatem.

ADDITIO.

NOTA quòd diſputatio hæc de ſubiecto huius quæſiti, an principalis intentio Ariſt. ſit de motu cœli, vel de motu in communi, eſt antiquiſſima inter Arabes Philoſophos, & Græcos, & Latinos, & quia vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat.

Aliqui ſequuntur opinionem aſſerentem Ar. intellexiſſe de motu cœli principaliter.

Aliqui vero defendunt, ꝙ Ariſtot. primaria intentione intellexit de motu in communi, ſecundaria vero de motu cœli, & hæc eſt ſententia D. Thom. inter Latinos, Simplicii, & Ioan. Gramma. inter Græcos Auicẽ. Alphar. & Auemp. inter Arabes, & eſt rationabilior, & conformis magis dictis Philoſophi, quia de illo motu diſputat principaliter hic Ar. de quo intendebant antiqui, contra quos inſtituitur hæc diſputatio, ſed antiqui intelligebant de motu in communi, vt Anax. qui dicebat omnia exiſtere, & quieſcere, & deinde intellectus incipiebat mouere motu ſegregationis. Empe. quoque qui dicebat entia in parte moueri, & iterum quieſcere cum amicitia, & diſcordia, igitur intentio quoque principalis Philoſophi eſt de motu in communi, & non de motu cœli, vt aſſerunt aduerſarii. — 8 Phyſic. Tex. 2.

Sed occurrit hic grauior difficultas, quia videtur, qđ diſputatio propoſita de æternitate motus, ſit impoſſibilis, cum nullus ſit motus æternus, quia nullus effectus eſt æternus, ſed motus eſt effectus: motus igitur non eſt æternus. — Pulchra dubit.

Prętεrea. nullum corruptibile de ſe eſt ęternum, ſed quilibet motus eſt corruptibilis de ſe, quia ipſe habet cõtrarium, cum ei priuatiue opponatur quies, probatur maior, quia ſi ſic, natura contingentis mutaretur in neceſſariam, & iſta probatione vtitur Auer cont. Auicẽ. & Alex. ad probandum, ꝙ cœlum non eſt corruptibile de ſe, & æternum ab alio.

Item, omne habẽs finem eſt corruptibile, ſed omnis motus habet finem: igitur omnis motus eſt &c. Minor probatur, quia finis motus aut inducetur, aut non, ſi inducetur; ergo aliquando finietur motus, ſi non inducetur; ergo motus eſt otioſus. patet hoc ex Auerro. 2. cœli dicente, quod infinito tempore mouet, ad nullum finem mouet, & quod ad nullum finem mouet, ocioſe mouet. — Comm. 65.

Verum quia Ariſtot. ex natura inſtantis, & ex natura motus probat ęternitatem motus, propterea dicendum eſt ſecundum ſententiam eius motum eſſe æternum, licet non ſecundum veritatem, quæ clamat, in principio creauit Deus cœlum, & terram, ſed in doctrina Ariſtotel. probatur primo, eſt natura inſtantis, quod eſt continuatiuum temporis, immo inſtans eſt cõtinuatio eius. ſcribitur 4. Phyſic. inſtans enim præſens exigit tempus, præteritum, & futurum: igitur tempus nunquam incœpit; ergo cum tempus exiſtat, tempus eſt æternum; ergo cum non ſit tempus ſine motu, etiam motus eſt æternus; hac ratione vtitur Ariſt. in hoc 8. Phyſic. & 4. Cœli; vtitur etiam Auerr. lib. Deſt. Deſt. diſpu. 1. dub. 55. — Gen. cap. 1. Tex. 121. Tex. 11. Tex. 25.

Verum hæc ratio patitur inſtantiam, quia punctum eſt duplex, ſcilicet in actu, & in potentia; punctum in potentia eſt partium lineæ continuatiuum, ſed punctũ in actu non, quia punctum in actu eſt extremum lineę, ideo terminat eam, & non continuat, proportionabiliter tamen in tempore duplicia ſunt inſtantia, vnum eſt inſtans in potentia, & illud eſt partium temporis continuatiuum, aliud eſt inſtans in actu, & illud eſt terminatiuum temporis & non continuatiuum, quemadmodum datur terminatiuum aut initiatiuum diei, quod cõtinuat partes diei, ita dari poteſt totius temporis terminatiuum, aut initiatiuum inſtans, quod non eſt cõtinuatiuum temporis.

Sed contra iſtam reſponſionem arguunt nonnulli. primo

Meteoror. 1. versus finē. Tex. 15. primo quia Arist. ait tempus non habet finem, & 3. cœli quoque imp. est tempus non esse.

Præterea ex ista resp. sequitur tempus incæpisse, quia in instanti temporis initiatiuo fuisset verum dicere tempus non est, & immediate post instans, quod est præsens erit tempus, cuius oppositum probatur, quia tunc nō esse temporis præcessisset esse, & sic ante tempus feciſſet non esse temporis, quod est inconueniens, patet consequentia, quia est differentia sine illo, cuius est differētia, sed ante est differentia temporis, & sic ante tempus fuisset tempus, vt inferam sicuti Phil. & Aue. inferunt 3. cœli, sequitur fuisse tempus in quo non fuit tempus.

Tex. Cō. 15.

Sed adhuc patitur instantiam ratio ista, quoniam extra est differentia loci: neque valet consequentia, extra mundum non est locus; ego extra mundum est locus., similiter non valet ante tempus non est tempus, ergo tēpus est ante tempus.

1. cœli text. 69

Sed dicitur ad hoc, quod est differentia hic, et ibi, quia extra mundum non est aliquid, sed si mundus incepisset, tunc ante mundum fuisset aliquid, puta Deus, & non solum ante secundum naturam, sed ante denotans successionem, & non æternitatem, quæ est tota simul et indiuisibiliter.

Præterea tempus successiuū est, ergo alicui succedit, aut ergo tempori, aut non tempori, si tempori habetur intentum, si non tempori nunc nulli succederet, aut si alicui, tunc tempus haberet oppositum contrarium, aut priuatiuum, quia oportet dare subiectum in quo recipiatur tempus, quæ omnia sunt impossibilia, motus enim succedit quieti existenti in tempore, in quo motus esse poterat, & tunc oporteret, ꝙ quemadmodum mutatio qua incipit motus, est instantanea, ita mutatio, qua incipit tempus, esset instantanea.

Secundo potest æternitas ipsius motus probari ex ratione primitatis in motu, quia si ipse non esset æternus, ipsum præcessisset alius motus, probatur consequentia, quia si incæpisset motus, ipse prius fuisset in potētia, de inde in actu; ergo fuisset subiectum potens recipere motum, & fuisset motor potens mouere, ergo oportet motorem, aut mobile mutari, aut impediens remoueri, ad hoc vt motus nouus esset, & sic motum cœli præcessisset alius motus.

Tertio potest argui ratione continuitatis in motu & regularitatis eius, quia motus cœli est continuus, & regularis; ergo indiget motore intransmutabili; ergo motor continuauit, & continuabit motum.

Quarto arguitur ex æternitate motoris, quam non probo ex motus æternitate, quia hoc esset petere principium, sed ex hoc quòd motor est prædicatū respectiuū, quod non potest incipere verificari de aliquo, nisi per mutationem in altero extremo relatiuorum, sed mutatio hæc non est in alio à Deo, non etiam in Deo: ergo non incipit verificari motorem esse de Deo, si in alio à Deo esset mutatio, & tunc ante primum motum esset alius motus, & sic potest reuerti. Ar. 8. physic. Ab æternitate motoris super motus æternitatem; quamuis probatum fuerit prius, motorem esse æternum ex motus æternitate, ex his patet in doctr. Aristot. quid tenendum est de æternitate motus.

Tex. 50.

Et argumenta soluuntur de facili, & primum soluit Auerr. excipiendo à maiore motum cœli, in subſtantia enim effecta est materia respiciens genus formarum, ad quas est in potentia, & hanc potentiam frustrari est impo. vt dixi super 1. Physic. sed motus cœli, quia priuatiue oppositum habet, non de natura sua æternitatem habet, sed quia subiectum respicit priuationem puram, quam nulla forma concomitatur; non autem datur agens intendens priuare solum, ideo non est agens quietatiuum cœli, sed agens motum est inuariabile, ideo continuari ipsum, de possibilibus in natura solus motus est æternus, propositio est famosa.

12. Metaph. Comm. 41.

12. Metaph. Tex. 31.

Ex quo soluitur etiam secundum dubium, cum igitur motus sit successiuus, licet perpetuetur, non sequitur ipsum fieri necessarium, quia illius partes continuæ desinunt esse, quod repugnat enti necessario, verum motus ad hunc sensum, quia non potest esse, quin cœlū moueatur: esse igitur motus, quin dependent ex subiecto, & efficiente, quorum vtrunque est æternum & naturaliter alteri applicatur, perpetuari potest, & sic currit argumētum Auerr. contra Auicen. & Alexand.

Ad vltimum dicitur, quod finis principalis motus æterni est intelligentia, quæ est perpetua; finis secundarius motus cœlestis est eductio formarum generabiliū de potentia materiæ, sed non propter hoc cessat motus quia ille finis primarius durat, & est causa æternitatis in motu, ideo non oportet quòd inducto fine secundario, cesset motus & operatio artificis, sed secundarius finis acquiritur in potentia materię, quo acquisito cessat mutatio, vt ait Auer.

Primo de generatiō. 55.

QVAESTIO II.

Vtrum necesse sit mouens & mobile esse prius motu.

Quare prius oportet esse combustibile, quam comburatur, & combustiuum quam comburere. &c. Tex. III.

QVÆRITVR secundo, Vtrum necesse sit, mouens & mobile esse prius motu, & videtur, quòd non. Subiectū & passio simul sunt, sed motus est passio mobilis: ergo mobile, & motus sunt simul: consequentia nota cum maiori: probatur minor: quia mobile ponitur in deffinitione motus, est. n. motus actus mobilis, vt superius in 3. diffiniuit Philosophus, & hoc loco.

Tex. 4. Mobile præcedere motū alio modo interpretatur S. Tho alio modo Auer. Lect. 2. Comm. 4

Ad huius difficultatis euidentiam considerandum est, ꝙ cum duplex sit prioritas. s. prioritas naturæ, & prioritas temporis, hoc Aristo. dictum tex 4. ꝙ inquā oportet prius esse combustibile quam comburatur, & combustiuum, antequam comburat. S. Tho. de prioritate duntaxat naturæ interpretatur. Auerroes vero & Simplicius non tantum de prioritate naturæ, sed etiam de prioritate temporis intelligunt. Et si quidem. S. Tho. expositionem sequamur, nulla apparet difficultas. Nam certum est, cum subiectum naturaliter sit prius eo, quod est in subiecto, & mobile sit subiectū motus, quod mobile natura & præsuppositione, præcedit motum. Similiter cum quodlibet agens naturaliter sit prius sua actione, & motiuum sit agēs motum, ꝙ & motiuum motum naturaliter præcedit. Si vero

ro Auerrois & Simplicij sententiam defendere voluerimus, multæ videntur difficultates insurgere, ex quibus apparet non esse vniuersaliter verum ꝙ mobile sit prius motu secundum tempus, & similiter motiuum. Nam, vt arguit Ioan. Gramaticus apud Simplicium, cum illud deducat Philo. ex hac motus deffinitione, motus est actus mobilis, & illa deffinitio tam motui sempiterno, si detur, quam motui habenti principium sit communis; illud Aristot. dictum non solum in motu habente principium, sed etiam in motu sempiterno intelligendum erit. Constat autem in motu sempiterno non esse verum ꝙ mobile præcedat motum tēpore: ergo non potest vere de prioritate temporis intelligi. Præterea, cum primum genitus est ignis ex ligno statim ascendit, & statim calefacit, si adsit calefactibile. Similiter aqua ex nubibus genita statim descēdit: ergo non est vniuersaliter verum, mouentia & mobilia motum duratione præcedere.

Tex. com. 4. Mobile & motiuum, tēpore præcedere motum dupliciter intelligitur.

Sustinendo autem hanc Auerrois interpretationem, aduertendum, ꝙ dupliciter possumus intelligere mobile & motiuum duratione & tempore motum præcedere. Vno modo, ꝙ totum motum præcedant, ita. s. ꝙ illa sint antequam motus inciat. Alio modo, ꝙ terminum motus duratione præcedant. Et si quidem secundo modo intelligeretur, clarum esset, ꝙ duratione præcederent. Nā cum motus quilibet in tempore fiat, & illud præcedat instans in quo terminatur motus, necesse est vt mouens & mobile quæ semper sunt, quandiu motus est in ipso termino motus, sint duratione priora. Sed istum sensum non esse ad mentem Aristo. satis ex eius processu constare potest, iō oportet vt in primo sensu intelligatur.

Mobile & motiuū præcedere motum duratione, dupliciter potest intelligi.

Aduertendum quoque ꝙ mobile & motiuum præcedere motum duratione, dupliciter potest intelligi. Vno modo secundum subſtantiam ſuam in actu, ita videlicet ꝙ sit subſtantia ignis in actu antequam calefaciat, & subſtantia aquæ sit in actu antequam calefiat. Alio modo communiter secundum suam subſtantiā, siue in actu, siue in potentia existētem, puta quod ante calefactionem aquæ ab igne necesse est præcedere ignem, & aquam, aut in actu aut in potentia.

Considerandum tertio, quod possibile moueri dici potest & quod actu mouetur (non. n. moueretur, nisi haberet potentiam vt moueatur) & quod nondum mouetur, sed moueri potest, & sic cum mobile idem sit, ꝙ possibile moueri, tam id quod actu mouetur, quam id quod nōdum mouetur, mobile dici potest. Tam. n. aqua quæ calefit, quā aqua quæ nondum calefit, potest calefactibile quoddam dici.

Dicit ergo Simplicius, quod mobile præcedere motum duratione, est verum tam in motu sempiterno, quam in motu habente principium, sed diuersimode. Nam in motu principium habente, sic mobile, & similiter motiuum præcedunt motum, qđ ipsa sunt non existēte motu: in motu vero sempiterno non sic, ꝙ illa sint non existēte motu, sed quia mobile dum est sub vna parte motus, est in potentia ad aliam motus partem, & illam duratione præcedit. Dum. n. sol per Arietem mouetur, est in potentia ad motum per Taurum, & illum motum per Taurum tempore præcedit, ratio autem huius est, quia motus non habet esse totum simul, sed in fieri eius esse consistit.

Sed licet vera sint, quæ Simplicius dicit, non videtur tamen mens Aristo. esse loqui de prioritate eius, ꝙ sempiterno motu mouetur, cum ex illo fundamento, ex prioritate. s. mobilis ad motum probare intendat motum incipere non posse, sed esse perpetuum, Et ideo subſtinendo, ꝙ de prioritate temporis apud Aristot. sit sermo, videtur mihi ad mentem Auerrois dicendum primo, ꝙ loquitur Philos. de eo, ꝙ incipit de nouo moueri, cum prius non moueretur. Vnde inquit Comment. Omne quod mouetur postquam non mouebatur, necesse est vt ante esset possibile, vt moueretur. Dicendū secundo, ꝙ tale mobile necesse est, vt talem motum præcedat, non quidem semper secundum suā subſtantiam in actu, sed aut secundum subſtantiā suam in actu, aut secundum subſtantiam in potentia. Semper. n. oportet vt motum de nouo incipientem præcedat aliquid possibile moueri. Vt. n. dicitur 9. Metap. in vno & eodem de potentia ad actū procedente, potentia actum tempore præcedit. Aut ergo mobile æternum est, & motus eius incipit de nouo, & sic mobile secundum suam subſtantiam in actu præcedit motum. Aut mobile de nouo producitur, & sic cum nihil moueatur motu suæ subſtantiæ existenti in actu conuenienti, nisi dum de potentia est eductum in actum, sicut prius erat in potentia ad suum esse in actu, ita & ad sūū motum erat in potentia, licet remota & imperfecta. Et sic in eo possibile moueri motum duratione præcedit, potentia inquam remota & imperfecta. Sicut. n. nubes erat in potentia, vt fieret aqua, ita in potentia erat, vt calefieret, & vt moueretur deorsum.

Comm. 4.

Tex. cō. 13.

Potētia præcedit actum tempore in quo & eodem.

Ad primam autem instantiam dicitur primo, quod non deducit Philosophus, ex deffinitione motus oporteret, vt possibile moueri præcedat tēpore motum, licet illud videatur Simplicius admittere, sed tantum ꝙ necesse est existere res possibiles moueri secundum vnumquemque motum, & etiam ꝙ mobile natura præcedit motum. Quod autem infertur (quare prius oportet esse combustibile) non est accipiendum, tanquam ex prius dictis duntaxat sequens, sed cointellecta hac propositione in omni eo, quod procedit de potentia ad actum, potentia tempore actum præcedit. Si ergo in omni motu necesse est esse aliquid possibile moueri, necesse est si de potentia ad actum procedat, ꝙ ipsum motum mobile, siue possibile moueri, tēpore præcedat.

Opinio Simplicii.

Dicitur secundo, ꝙ vtique secūdum Auerrois expositionem propositio Aristo. non est in motu sempiterno intelligēda, quamuis Simplicius eam ad motum etiam sempiternum extendat. Ad secūdam instantiam patet ex dictis, ꝙ licet res naturales suos naturales motus secundum suam subſtantiam in actu non precedant necessario, illos tamen motus præcedunt secundum ꝙ sunt in potentia. Potentia enim ad esse ignis est potentia remota & imperfecta ad motum sursum, & ad calefaciendum. Et hoc ad intentionem Arist. sufficit quod

Duplex potentia remota & propinqua.

quòd inquam motu de nouo incipiente, procedat possibile moueri illo motu aut potentia proprinqua & perfecta, aut potentia remota & imperfecta.

Licet autem prædicta Auerrois interpretatio saluari possit, puto tamen interpretationem San.

Opinio S. Thom. est germana ipsius Arist.

Thom. magis ad mentem Aristotel. esse. Non enim indigebat Aristotel. ad suam rationem hac propositione. Mobilia & mouentia motum duratione p̄cedunt. Sed bene hac, Mobilia & mouentia natura præcedunt motum, cum.n. motus sit actus mobilis à mouente (vt ex deffinitione motus apparet) & actus præsupponat id cuius est actus, necesse est vt motus, & mobile, & motiuum præsupponat, Ex hoc autem fundamento Aristo. ad probandum motum esse æternum procedit.

Ad rationem principalem in oppositum respondetur. Et dicitur primo, quod si aliquid probat, probat mobile non esse prius motu duratione, qđ concedit S.Th. non autem quod non sit prius natura. Dicitur secundo ad mentem Auerrois, ꝙ mobile in diffinitione motus positum, non dicit tantum substantiam eius quod mouetur cum potentia ad moueri, sed dicit ipsam substantiam mobilis sub actu motus existentem, & potentiam habentem ad terminum motus tendentem, siue etiam ad vlteriorē partem motus, & sic verū est quod motus est passio mobilis, & quod mobile non præcedit motum duratione. Cum hoc autem stat ꝙ vnumquemque motum de nouo incipientem, præcedit duratione possibile moueri, aut potentia propinqua aut potentia remota.

ADDITIO.

DILIGENTER notanda est propositio ista, mobilia & mouentia natura præcedunt motum, quia ex hac habemus in via Aristot. quam vera sit doctrina D. Thom. pluribus in locis apud ipsum, & præcipue in hoc 8. Physic. vbi ponit, quomodo æterna habent causam, & quia datur mobile ęternum, & motiuum æternum, & motus æternus, & si mobile, & motiuum sunt priora ipso motu ęterno, necesse est, vt ipse motus sit causatus à motiuo, & a mobili, & sic æternum habebit causam, & etiam corpora cœlestia & substantiæ separatæ, licet sint æternæ, non est tamen inconueniens, ea habere causam sui esse. Comm. 15.

Ex quo patet, quòd quamuis Aristot. poneret mundum æternum, non tamen credit, quòd Deus non sit causa mundi secundum suam substantiam, quia secundum omnem rectam philosophiam videmus, quod si in aliquo inuenitur aliquid secundum participationē, necesse est, ꝙ causetur in ipso ab eo cui essentialiter cōuenit, sicut ferrum fit ignitum ab igne.

Posito quoque alio fundamento in via Aristo. quòd primum principium est ipsum esse per se subsistens, & quod non potest esse nisi vnum, sicut si albedo esset subsistens, non posset esse nisi vna, cum albedines multiplicentur secundum recipientia, & sic cum omnia alia à primo principio non sint suum esse, sed participant esse, necesse est igitur, quòd omnia, quę diuersificantur secundum diuersam participationem essendi, vt sint perfectius, vel minus perfecte, causari ab vno primo ente, quod perfectissime est, vnde & Plato dixit, quòd necesse est ante omnem multitudinem ponere vnitatem, & Arist. dicit secundo de diuina philosophia, quod id qđ est maxime ens, & maxime verum est causa omnis entis, & omnis veri, sicut id quod est maxime calidum, est causa omnis caliditatis. Tex. 4.

Quod etiam Auer. dixit secundo cœli, & in secundo c. de substantia orbis, quòd prioritas secundum naturā eodem modo reperitur in rebus ęternis, sicut & in generabilibus, præter quam ꝙ in generabilib. quæ sunt priora naturaliter, vltra in eis reperitur prioritas temporis. Com. 104.

Hæc sententia est expresse contra negantes Deum esse causam in triplici genere causæ, vnde primo cœli, quoque ait Auerr. causata eodem modo necessitatis sequuntur suas causas in rebus generabilibus, & in rebus ęternis, præterquam quòd in rebus æternis ista necessitas semper fuit, & semper erit, sed in generabilibus illa necessitas est ligata cum tempore essentiæ causæ tantū, scilicet cum causa fuerit, vt sic causatum, & hoc ligamētum, quod est inter causas, & causata est manifestius in generabilibus apud nos, quam in rebus æternis, & ideo forte vtitur in æternis ad inducendum certitudinem necessitatis, quæ est inter causas, & causata, scilicet ponendo eas generatas, cum hęc necessitas sit manifestior inter causas, & causata in generabilibus, & taceant igitur Ioannes Bacconus & Grego. Arim. docentes Aristo. & Auer. non vidisse alium modum productionis in genere causæ efficientis, nisi illum, qui fit in tempore, patet enim quod ista auctoritas non recipit glosam, quia Aue. defendit Ar. ab argumento Themistii in hoc casu. Opin. Auer. de causalitate Dei. Côm. 105. Reprehendūtur Bacco. & Greg. Ari. sen. dist. 1. q. 1.

Vnde in commento ad confusionem huius opinionis, clarius subduntur hæc verba, videlicet, Generatum & non generatum non differunt in necessitate, quæ est inter causam, & causatum, verbi gratia ꝙ si domus esset ęterna, necessario causę eius essent æternæ, videlicet lapides, & lateres. Manifestum est autem quòd si causę materiales domus essent æternæ, multo magis causæ efficientes, quia non potest intellectus imaginari domum esse ab æterno lateribus existentibus ab ęterno, & causa efficiens domus non esse ab æterno, quia vt ait Ar. 12. primæ Philosoph. non enim materia seipsam mouebit, sed tetronica, & in 2. Phys. materia non coincidit cū aliis causis. Tex. 16. Tex. 70.

Adde adhuc ꝙ habetur pri. de gen & corr. quia causæ generationis præcipue sunt materia, & motor; si igitur generatio domus ab æterno præsupponeret materiam æternam: igitur & agens æternum, immo magis agens quia 3. de anima scribitur, quod vbi est dare passum, ibi est dare agens, etiam hoc manifestatur text. 9. Metaph. vbi potentia actiua diffinitur per passiuam & econtra, vnde Commen. contta Auicen. & Alexand. 8. phys. habet quòd nihil est possibile ex parte passi, quin sit possibile ex parte agentis, & econtra, immo magis videtur generatio domus dependere à causa efficiente, quā a causa materiali, quia 3. de anima scribit Ar. quod semper honorabilius est agens patiente, & principium materia, vbi principium supponit pro causa efficiente in propria significatione, vt glosat Alex. 1. Physi. sic igitur habemus locum clarum in doctrina Auer. ꝙ ęterna sine implicatione contradictionis possunt habere causam efficientem ab ęterno, cuius oppositum isti tenent contra Auerr. & Ar. qui in hoc 8. physic. reprehendunt Emped. & Democritum, qui putabant nulli rei sempiternæ assignandam esse causam, sed tantum his, quæ de nouo incipiunt esse, & 5. Metap. ait, horum quidem ita Tex. 15. Tex. 17. Tex. 1. Comm. 15. Tex. 19. Tex. 15. Tex. 15. Ca de necessario.

que

que altera causa essendi necessaria, horum autem nulla, sed propter hæc alia ex necessitate, & 2. Metaph. ait, vnumquodque vero maxime ipsum aliorum dicitur, secundum quod in aliis est vniuocatio, puta ignis est calidissimus, &c. & pri. cœli, a primo ente deriuatum est esse, his clarius, his obscurius, & 12. Metaph. Deus est a quo cœlum & natura pendet. Vide D. Tho. q. 44. & Caiet. q. 9. p. p. Tex. 4. Tex. 100. Tex 36.

QVAESTIO III.

Vtrum positio Philosophi de æternitate mundi, sit possibilis.

Impossibile enim est tempus factum esse, Plato autem tempus generat solus, &c. Tex. X.

QVÆRITVR Tertio. Vtrum positio Philosophi de æternitate mundi sit possibilis, & videtur quod non.

Primo. Si mundus est productus, aut est productus in instanti, aut in tēpore; si in instanti: ergo in illo incipit esse, & per consequens non erit æternus. Si in tempore, aut in tempore finito, aut infinito: si finito, ergo non est æternus, illud enim cuius productio tempore finito mensuratur, habet initium sui esse. Si in tempore infinito: ergo aut terminata est productio a parte post, & sic mundus accipit initium sui esse, aut non est terminata, & tunc mundus numquam erit productus.

Confirmatur. Aut motum produxit Deus totū simul, aut aliquod indiuisibile eius. Primum non pôt dari, quia motui, sicut & cuilibet alteri successiuo repugnat esse simul: si igitur secūdum detur, motus non erit æternus: quia habet aliquod principium. s. illud indiuisibile eius primo productum.

Secundo. Sequeretur quod aliquod contingens posset esse ens necesse esse, consequens implicat contradictionem: ergo &c. Probatur consequentia. Ponatur enim quod aliqua res contingens sit ab æterno, tunc arguitur sic. Quod infinito tempore est, & annihilari a Deo non potest, est ens necesse esse, sed hoc contingens positum esse ab æterno, infinito tempore fuit, quo annihilari non potuit: ergo &c. cōnsequentia nota cum maiori. Minor probatur, quia si potuit annihilari antequam fuerit tē pore infinito: ergo ante instans annihilationis non fuit nisi tempus finitum: ergo non fuit ab æterno contra supositum.

Tertio. Causa naturalis non posset effectum ab æterno producere, si ab æterno esset: ergo neque Deus. Probatur antecedensSi ignis ab æterno existens produceret splendorem, aut ex nihilo, aut ex materia produceret. Si primum, tunc esset Deus: si secūdum, sic produxisset per motum, aut mutationem, quia esset eductio entis de potētia in actum, sed quocūque modo producat effectus, non est ab æterno, quia ipsum præcedit mensura motus aut mutationis: ergo &c. Achilles philosophorū.

Quarto. Sequeretur dari infinitatem animarū in actu, sed hoc est impossibile secundum Philos. 3. Phys. Probatur consequentia, quia si mundus esset æternus, præcessissent infiniti homines, & per cōsequens infinitæ animæ, sed anima hominis est immortalis: ergo &c. Commē. 41.

Quinto. Si mundus esset æternus infiniti dies essent accepti, tunc infinito posset additio fieri; quia diebus pręteritis continue adduntur dies, in infinito non esset semper aliud, & aliud accipere, qui iam infiniti dies actu fuissent, & sic extra ipsos qui fuerunt, non esset aliquid aliud accipere, hæc apud Philosophum sunt inconuenientia: ergo &c.

Sexto. De ratione infiniti est, quod sit actus admixtus potentiæ 3. Physic. sed rationi præteriti repugnat, quod sit actus admixtus potētiæ (præterito enim nulla inest potentia, cum totum fuerit in actu:) ergo &c. 3. Phys. Commē. 58.

Septimo. Eo dato pars esset maior toto, sed hoc est cōtra primum & notissimum principium: ergo &c. Probatur consequentia, supponendo quod si tempus ex utraque parte sit infinitum, præteritum erit futuro æquale. Tunc si meridies huius diei a, meridies diei crastinæ sit b, si tempus ex vtraque parte sit infinitum, sicut præteritum ad a, & futurum est infinitum, ita & præteritum, & futurum ad b, est infinitum. Arguitur itaque sic. Quocūque tempore præteritum ad b, est maius, futurum ad b, est maius: ergo futuro ad a, futurum ad b, est maius, sed futurū ad b, est pars futuri ad a, quia a, continet ipsum, & tempus ab hodierna meridie vsque ad meridiem crastinam: ergo pars erit maior toto: consequentia nota cum maiori, quia per suppositum præteritum ad b, & futurum sunt æqualia. minor autem probatur. Quodcunque tempus est maius præterito ad a, est etiam maius futuro ad a, quia præteritum & futurum sunt æqualia; sed præteritum ad b, est maius præterito ad a, sicut totum sua parte (continet enim totum præteritum ad a, & tempus a meridie hodierna ad chrastinam) ergo præteritum ad b, est maius futuro ad a, quod erat probandum. Vide 4. met. Tex. 8.

Octauo arguitur. Si motus est æternus tam a parte ante, quam a parte post, numquam finietur, ergo erit ociosus: patet antecedens, quia infinitum non habet finem: patet etiam consequentia primo auctoritate Commen. Quod enim inquit, infinito tempore mouet, ad nullum finem mouet, & quod ad nullum finem mouet, ociose mouet. Secundo quia Phil. 1. Phys. arguit contra Anaxago. Intellectus nititur segregare, quod numquam complebit: ergo intellectus est ociosus: ergo etiam tenet dicta consequentia. Commē. 65. Te. com. 39.

Respondeo. Primo declarabitur titulus quæstionis. Secundo dicetur ad quæsitum. Tertio de materia quarti argumenti tractabitur.

Quantum ad primum. Sciendum primo, quod nomine mundi, intelligitur in proposito vniuersitas rerum omnium à primo ente distinctarum, & quæritur de illis, Vtrum æternæ sint omnes res, nō quidem quantum ad indiuidua omnium, sed quantum ad species corruptibilium, & quantum ad indiuidua rerum incorruptibilium.

Sciendum secundo, quod aliquid esse æternum dupliciter intelligi potest. Vno modo secundum ꝙ æternum significat idem quod omni tempore, & Aliquid esse æternum dupliciter pôt intelligi.

sic esse æternum,est esse omni tempore,nullamque temporis differentiam esse,in qua non sit,hoc modo quæritur de æterno, constat enim corpora cœlestia,& quæ ab eorum motu dependent, esse isto modo æterna,cum nunquam fuerit tempus, nisi existente motu primi mobilis,cuius est passio, vt in quarto huius est ostensum. Alio modo accipitur æternum pro eo,qđ caret principio & fine durationis,& sic quæritur vtrum mundus sit ęternus,idest vtrum non habuerit principium durationis, nec finem habiturus sit.

Possibile tripliciter pōt accipi. Te.com.17.

Sciendum tertio,quod possibile tripliciter accipi potest,vt 5.Metaph. vno modo secundum potētiam actiuam,quomodo dicimus calefactionem esse possibilem, quia est aliquid in natura habens virtutem calefactiuam. Alio modo secundum potentiam passiuam,quomodo dicimus lignum esse combustibile,quia inest potentia,qua hoc pati possit. Tertio secundum non repugnantiam terminorum, quomodo dicimus possibile esse Sortem esse Imperatorem:quia esse Imperatorem, nullam habet repugnantiam huic termino Sor.ita scilicet, quod sequatur contradictoria esse simul vera.

Impossibile dicitur dupliciter.

Sciendum quarto,quòd impossibile dicitur dupliciter,scilicet absolute,& ex conditione. Absolute dicitur impossibile,quando non propter suppositionem factam prædicatum repugnat subiecto, sed propter rationes per terminos importatas; sicut hominem esse equum. Impossibile ex suppositione,quando prædicatum repugnat subiecto,non quidem ex propriis eorum rationibus, sed aliqua suppositione,aut conditione circa subiectum posita,sicut posito quòd Sortes ambulet,non est possibile,quod pro eodem tempore sedeat; quia tunc simul ambularet & sederet.

Mundum esse æternum quantum ad res Incorruptibiles,& q̄tum ad species rerum incorruptibiliū secūdum potentiam actiuam.

Quantum ad secundum ponuntur quinque conclusiones. Prima est,Mundum esse æternum quātum ad res incorruptibiles,& quantum ad species rerum corruptibilium,est possibile secūdum potētiam actiuam. Probatur primo.Habens potentiā infinitam, potest ab æterno effectum producere, quantum est ex ratione potentiæ(potentia enim in finita sicut non limitatur magis ad hunc, quam ad illum effectum quantum est ex ipsa, ita non limitatur magis ad hāc,quam ad illam durationem) sed prima causa habet potētiam infinitam,vt inferius probabitur esse de mente Arist. ergo potest ab æterno effectum suū producere,sed mundus est eius effectus,vt etiam inferius probabitur, ergo &c. Secundo. Agens cui actio non mensuratur tempore, nec aliquo temporis, potest effectum suum & in tempore,& ab æterno producere, sed actio Dei neque tempore,neque alio temporis mensuratur:ergo &c.consequentia nota cum minori:quia omnis actio mensurata tempore,aut instanti temporis ē corruptibilis,diuina autē operatio est incorruptibilis,vt dicitur 2. Cæli. Maior vero probatur, quia effectus producitur,quando sua actio est, sed actio quæ non mensuratur tempore,neque instanti temporis potest esse æterna:cum nullam dependentiā habeat ad tempus:ergo &c.

Te.com. 17

Mundum esse æternū est possibile absolute passi

Secunda conclusio est. Mundum esse æternum est possibile absolute,possibilitate importante non repugnantiam terminorum. Probatur. Si esset repugnantia,aut esset,quia oportet causam durationē præcedere suum effectum, aut quia non esse rei productæ de necessitate præcedit esse, sed nullum istorum est necessarium:ergo &c.

bilitate importante repugnantiā terminorū.

Primum probo dupliciter. Primo, Nulla causa producens effectum suum subito,necessario ipsum effectum duratione præcedit,sed Deus mundū subito produxit,si ipse(vt inferius probabitur)est ,p ductus:ergo &c. Maior probatur. In quocunque instanti ponitur res esse, potest poni principium actionis eius,in quocunque.n.instanti ignis est, incipit eius calefactio,sed in operatione instantanea idem principium est & finis,sicut in omnibus indiuisibilibus:ergo in quocunque instanti ponitur agens effectum suum subito producens,poni potest finis & terminus actionis eius,sed terminus actionis simul est cum ipso facto:ergo potest factum simul esse cum causa subito agente: ergo non necessario causa talis præcedit effectum suum duratione.

Secundo. Prima causa minus potest producendo totam substantiam rei, quam producens formam tantum in producendo formam,sed aliquod producens formam de necessitate est prius duratione forma,sed potest agere vt forma sit quandocunque ipsum est,ut patet in solis illuminatione: ergo &c.

Per se esse non ens dupliciter pōt intelligi.

Pro probatione secundi notandum, quod omne ab alio productum per se est non ens, ab alio autem habet esse,sed per se,esse non ens potest dupliciter intelligi. Vno modo quia non esse sibi conuenit in primo , aut secundo modo dicendi per se, & hoc modo non intelligo omne productum esse per se non ens, sed sic negationes & priuationes sunt per se non ens. Alio modo quia ipsi solitarie considerato conuenit non esse, idest remoto omni extrinseco producente non habet esse,& hoc modo intelligitur omne productum ex se esse non ens.

Quod conuenit alicui per se idest solitarie considerato nō arguit; nisi naturæ priori tatem.

Tunc arguit sic; Si oporteret omne productum habere prius duratione non esse quam esse,non videtur hoc aliam rationem habere , nisi quia non esse conuenit sibi per se: esse autem conuenit sibi per aliud : quod autem per se conuenit alicui prius cōuenit sibi,eo quod sibi conuenit per aliud: sed hoc non obstat , quia quod aliquid conueniat alicui per se modo superius explanato , non arguit nisi prioritatem naturæ. Si enim factus fuisset aer a principio lucidus : quamuis sibi relictus tenebrosus esset,non tamen esset prius natura,ergo si mūdus accipiat esse, nō oportet vt prius tempore sit non ens,sed sufficit vt sit prius natura non ens.

Quod si feratur instantia , quoniam id quod prius tantum natura est tale,est simul tempore tale cum altero,si ergo mundus prius tantum natura habet non esse,quam esse, sequetur quod simul tempore sit & non sit.

Dicitur,quod aliquid esse tale prius natura altero dupliciter potest intelligi. Vno modo, quia aliquo tpe de necessitate est tale, & sic non dicimus mundum prius natura esse non ens. Alio modo quia

quia si sibi relinqueretur esset tale,& hac ratione mundus dicitur prius natura esse non ens, quod conuenit alicui per se,& solitarie considerato, dicitur prius natura conuenire , eo q̄ ab intrinseco rei adueniat.

Dicitur tamen secundo,q̄ tunc simul tempore res habet esse,& habet aptitudinem ad non esse,si sibi relinqueretur.

Si etiam arguatur,quod omne productum transit de non esse ad esse,quia quod est in potentia ad duo contradictoria si vnum acquirit,ab altero recedit,& per consequens non esse præcedit esse duratione.

Dicitur q̄ assumptum est falsum,nisi sit aliquid de nouo productum,falsum:est etiam,qđ ,p probatione assumitur:non.n.quod est in potentia ad contradictoria potentia absoluta aut agentis potentia,dum vnum accipit,ab altero recedit,nisi nouiter accipiat & per transmutationem,quod æterno non conuenit.

Non est possibile mundū esse æternum possibilitate potentiæ passiuæ siue materiæ.

Tertia conclusio est. Non est possibile mundū esse æternum possibilitate potentiæ passiuæ siue materiæ . Probatur. Nulla est materia, quæ sit potentia totus mundus:ergo &c. Probatur antecedens,supponendo nomine mundi,omnem entitatem a prima causa distinctam intelligi. Si esset aliqua potentia receptiua totius mundi,tunc esset aliqua potentia receptiua omnium formarum , & materiæ primæ,sed hoc est impossibile , quia materia est primum subiectum 1.Physic.

Circa finē.

Confirmatur,quia si esset aliqua materia materiæ receptiua,aut esset a Deo producta,aut non: si producta,aut ex alia materia esset producta,& illa ex alia,& sic esset processus in infinitū, aut esset deuenire ad aliquam non productam,& tunc illa esset Deus , quia nulla res à Deo distincta est improducta , vt inferius probabitur:ergo &c.

Mundū esse æternum est impossibile impossibilitate suppositionis.

Quarta conclusio est.Impossibile est mundum esse æternum impossibilitate suppositionis . Probatur . Id quod est , necesse est esse necessitate suppositionis quando est. 1. Perihermenias circa finem: sed mundus secundum Christianam verissimam fidem habuit suæ durationis initium, ergo hoc stante necesse est ipsum in tempore incepisse , sed necesse esse , & impossibile non esse æquipollent : ergo impossibile est mundum non incepisse.

Confirmatur,quia omnis propositio vera de p̄terito, est necessaria necessitate immutabili , sed ista est vera:mundus incæpit,ergo est necessaria , & consequens opposita est impossibilis.

Nullum indiuiduū naturæ corruptibilis pōt esse ęternū. Tex cō.34. Tex.comm. 134

Quinta conclusio est. Nullum indiuiduum naturæ corruptibilis potest esse æternum secundum mentem Arist.& Commen.2.de anima. Probatur quia secundum Philos. 1. Cœli. Omne incorruptibile a parte ante, est etiam incorruptibile à parte post. Confirmatur de mente Com. 1. Cœli.& 3. Cęli. Quod habet naturam ,siue potentiā vt sit tempore infinito,habet potentiam infinitam , potentia autem infinita nulla est maior: si igitur aliquid potest fuisse tempore infinito, poterit etiam esse tempore infinito,& per consequens non erit corruptibile.

Infinitum quomodo secūdum se totum pōt accipi.

Quantum ad tertium videndum est de materia quarti argumenti,vbi tria sunt declaranda . Primum est,quo modo infinitum secundum se totum accipi possit. Secundo quomodo infinito possit additio fieri. Tertio quomodo infinitum est actus admixtus potentiæ.

De infinito dupliciter fermo haberi potest.

Sciendum itaque primo,quod aliquid esse totū acceptum,intelligi dupliciter potest : Vno modo in esse reali,vt dicatur esse acceptum id quod secūdum se totum habuit esse actu,quod quidem dicitur fuisse acceptum,quia eo existente res aliquæ sunt vsæ.Alio modo secundum esse in intellectu, & sic dicitur aliquid acceptum,quando ab intellectu secundum quamlibet partem per modum rei existentis concipitur.

Sciendum secundo,q̄ de infinito dupliciter loqui possimus . Vno modo quantum ad vnamquamque partem eius finitam diuisim.Alio modo quantum ad totam multitudinem partium coniunctim .

Dicitur ergo primo,q̄ tempus præteritum infinitum est acceptum & extra intellectum , & in re quantum ad quamlibet eius partem finitam diuisim sumptam,quia quælibet fuit certa duratione & finita in actu posita.

Dicitur secundo,q̄ infinitum quantum ad totam multitudinem suarum partium coniunctim accipi non potest,neque secundum rem,neque secundum intellectum,quia non potuit esse vna certa & finita duratione actu positum . Non sufficit enim ad hoc vt aliquid dicatur secundum se totum acceptum,quòd secundum quamlibet partem sit acceptum,& in actu diuisim,sed oportet vt omnes partes simul sumptæ aliqua finita duratione in actu positæ sint:dicitur enim aliquod tempus acceptum,quia ex vtraque parte ceptum est , & propterea ex vtraque parte finitum.

Comm. 57.

Ista videtur esse mens Commen.3.Phisic. vbi inquit,apparet vniuersaliter,quod illud quod est commune omnibus speciebus infiniti est,quando quis pōt accipere ex eo aliud post aliud in intellectu & indifferenter, siue illud quod imaginatur ex hoc fuerit actio mentis, vt est dispositio in diuisione mensurarum,aut fuerit extra animam , vt est dispositio in motu , & illud quod mens accipit ex infinito semper est finitum , sed est aliud ab eo, quod accipit præteritum.

Si autem arguatur , quælibet pars infiniti est accepta,ergo totum infinitum est acceptum, negatur consequentia,est enim fallacia compositionis, & diuisionis.

Ex his sequitur,q̄ infinitum tempus secūdum se totum pertransiri non potest,licet quælibet eius pars sit pertransita:transitus enim non potest intelligi,nisi inter duos terminos, vnde vana est ratio, qua arguitur , q̄ si tēpus fuisset infinitum, infiniti dies essent pertransiti,infinitum autem pertransiri non potest,apparet enim q̄ infiniti dies sunt pertransiti diuisim , quia quilibet eorum fuit finitus, & in actu,quomodo non repugnat infinito pertrāsiri dies coniunctim.

Non inconuenit aliqd esse vno mō finitum,alio modo infinitum.

Quantum ad secundum sciendum primo, qđ non inconuenit aliquid esse vno modo infinitum, sicut si esset linea secundum longitudinem infinita,finita autem secundum latitudinem.

Sciendum secundo,quod additio non potest fieri,nisi ex ea parte qua est finis & terminus.si.n.ad datur aliquod continuum continuo,ita quod adinuicem continuẽtur,oportet eorum esse aliquem terminum communem,vt patet ex ratione continui:vnde id cui additio fit, opotet aliqua ex parte finitum esse.

Dicitur ergo quod quia infinitum tempus præteritum est finitum à parte post,ad diem.n.præsẽtem terminatur, licet à parte ante sit infinitum: ideo ex parte posteriori sibi additio fieri potest, nec illud magis inconueniens est,quam si lineæ infinitæ secundum longitudinem, finitæ autem secundum latitudinem fiat ex parte latitudinis additio.

Esse actũ admixtum potentiæ attribuitur infinito.

Quantum ad tertium sciendum primo, quod esse actum admixtum potentiæ attribuitur infinito,ea ratione quia nunquam est secundum se totũ in actu:ideo posito aliquo eius in actu, adhuc restat aliquid accipiendum:vnde quod in actu ponitur,semper ad alium actum ordinem habet.

Sed aduertendum secundo, quod non eo modo dicitur actus permixtus potentiæ,& habere ordinem ad alium actum in infinito à parte post. Infinito.n.à parte post,quodlibet in actu positum est in potẽtia ad alium actum, qui sibi addi potest, & ita dicitur infinitum esse actus permixtus potentiæ,quod post quemlibet actum sequitur alius actus & alia potentia:sed infinitum à parte ante, & in præterito, non dicitur hoc modo actus permixtus potentiæ,datur.n.aliquis actus quem non sequitur alius actus, vt alia potentia ad ipsum .s. præteritum pertinens, quia versus nos habet finẽ & terminum:sed dicitur permixtus potentiæ,quia ante quemlibet actum præcessit alius actus,& ante quamlibet potentiam præcessit alia potentia, & nunquam est deuenire ad aliquem actum, quem non præcesserit alius actus & alia potentia: non enim est ibi primum inuenire, nec vnquam incæpit tale infinitum exire in actum, sicut infinitum à parte post, nunquam cessabit exire in actum.

Quomodo mundus est creatus.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo,quod creatus esset mũdus quantum ad incorruptibilia in instanti.

Dicitur secundo,quod illud instans non est instans fluens,siue instans temporis;quia res incorruptibiles tali instanti non mensurantur, sed esset instans permanens, quod est instans æui.

Dicitur tertio,quod non sequitur mundum incæpisse,si est productus in tali instanti: quia dicitur aliquid incipere,quando in aliquo instanti tẽporis primo accipit esse,non autem quia instanti permanente mensuretur.

Ad confirmationem dicitur,quod si motum ℘ duxisset Deus,non totum simul nec secundum aliquod indiuisibile eius primo productum:sed ante quodlibet determinatum,esset aliud prius productum,& sic in infinitum: iõ nõ sequitur quod esset duratione finitum:quia ad hoc vt aliquid successiuum duratione finitum dicatur, oportet, quod sit aliquod indiuisibile eius primo productum: vnde ratio supponit, si tẽpus esset productum, quod daretur in eo aliquod primum:hoc autem falsum est ponendo mundum æternum.

Quæ necessitas tollit contingentiam.

Ad fim dicitur primo,℘ duplex est necessitas.s. absoluta,sicut hominem esse animal,& conditionata, sicut sortem sedere dum sedet. Prima necessitas tollit contingentia,non autem secunda,si ergo accipiatur ens necesse esse absolute,negatur consequentia,si autẽ ex conditione,negatur falsitas consequentis,non enim implicat aliquid esse contingens,& ex conditione necessarium.

Dicitur secundo,quod si aliquod contingẽs ab æterno productum esset illud esset,ens necesse esse ex suppositione,non autem absolute. Vnde necessario Deus illud per infinitum tempus conseruasset;per nullum tamen tempus finitum aut istans necessario conseruasset. Data namque quacũque parte temporis finita,in qua ipsum conseruasset, potuisset millies antea annihilare.

Dicitur tertio,℘ Phil.non concederet aliquid contingens & corruptibile posse esse ab ęterno,vt superius est ostensum.

Vide pulchrimum exemplum.

Ad tertium negatur antecedens: dicitur enim quod si sol ab æterno fuisset,potuisset splendorem ab æterno de diaphano producere.

Dicitur secundo,℘ tunc produxisset splendorẽ illum in aere,nõ per motum aut mutationem, sed per quandam simplicem actuationem.

Dicitur tertio,℘ ibi proprie non esset reductio potentiæ ad actum,quia non esset potẽtia ab actu distans,quod est de ratione reductionis de potentia ad actum;sed esset potius quædam actuatio potentiæ per actum.

Ad quartum licet multi diuersimode respondeant,aut vnicum omnium hominum ponendo intellectum,aut animam cum corpore interire, aut alia ponendo,ex quibus deuitant multitudinẽ animarum infinitam, secundum tamen mentem S.Thom dicitur, ℘ non repugnat principijs ab Arist. positis dari infinitum in actu in rebus immaterialibus:ipse.n.solum probat infinitum actu non dari in corporibus naturalibus, non autem in rebus immaterialibus. 2.Comm. ca.81.

Sed licet Philosophi principiis non repugnet,vi detur tamen veritati repugnare, ℘ detur infinitũ in actu.vnde S.Thom. ex proposito probat impossibile esse, dari multitudinem actu infinitam. Aut ergo oportebit dicere non posse mundum esse æternum,aut animam intellectiuam simul cum corpore corrumpi,siue desinere esse. 1.part.q.7. art.4.

Posset ad hoc primo dici,℘ non implicat contradictionem,multitudinem esse actu infinitam, & ℘ S.D.non probat illud esse simpliciter impossibile,sed secundum cursum nunc rebus inditum,& nobis notum, posse tamen simpliciter fieri à Deo vt sit multitudo actu infinita.

Deus inueniret aliud modum ab isto qui nũc est in mundo ne detur infinitas.

Posset secundo dici,tenendo quod simpliciter impossibile sit talem multitudinem dari, quod si mundus fuisset ab æterno productus,inuenire potuisset Deus modum, quo generatione hominũ in infinitum durante,non esset infinitas animarum, vel.s.easdem animas finitas existentes reuniendo diuersis corporibus,vel faciendo animas simul cum corporibus per subtractionem sui influxus desinere.Quæ quidem licet inconuenientia videãtur secundum cursum nunc in rebus existentem,

posset tamen conueniens esse secundum alium cursum,quem rebus Deus imponeret. Neque enim rationabiliter negari potest Deum potuisse rebus alium modum,præter eum qui nunc est imponere.

Ad quintum dicitur primo,quod infinitos dies fuisse acceptos,potest intelligi aut coniunctim, & sic negatur prima consequentia,aut diuisim, & sic negatur falsitas consequentis,vt patuit.

Dicitur secundo modo esse inconueniens, infinito fieri additionem ex ea parte,quia finitum est, vt ponit Commen.3.Cœli.

Comm. 32. Dicitur tertio,quod semper est aliud & aliud accipere ex ea parte,qua præteritum est infinitum, quocumque.n.eius accepto,semper restat aliquid accipere quod fuit prius eo,& nunquam est deuenire ad primũ diẽ:vnde negatur tertia cõsequẽtia.

Dicitur quarto,quod non valet ista consequentia,omnes dies actu fuerunt,ergo non est aliud cõtinue accipere,quia in infinito a parte ante,non dicitur semper esse aliud & aliud accipere, quia aliqua parte existente in actu,semper alia & alia sit futura,sicut accidit in infinito à parte post: sed quia si intellectus noster incipiat a præsenti die numerare ad dies præteritos, nunquam ad aliquem diem deueniet qui sit primus.

Ad sextum dictum est superius,quod non obstãte quod omnes partes temporis præteriti fuerint in actu, semper tamen est ibi actus admixtus potentiæ,eo modo quo cõuenit infinito à parte ante.

Ad septimum aliorum prætermissa responsione negatur consequentia. Ad probationem dicitur primo,quod æquale maius,& minus dicuntur per comparationem ad aliquem terminum,dicitur.n. vna quãtitas æqualis alteri,quia termini vnius terminos alterius non excedunt:una vero maior altera,quando termini vnius excedunt terminos alterius: ex quo sequitur quod si aliquæ quantitates sint infinitæ ex vna parte,& ex alia finitæ,ex ea parte qua finitæ sunt,possint habere comparationem secundum æquale maius,aut minus, secundum ℘ vnius terminus excedet, aut non excedet terminum alterius:ex parte vero qua infinitæ sunt, non possunt talem comparationem habere, cum ibi nullus terminus sit.

Aequale, & maius dicitur dupliciter.

Dicitur secundo,quod in huiusmodi quantitatibus ex vna parte infinitis, ex altera vero finitis,si debet eẽ dicta comparatio,oportet quod accipiantur termini ex eadem parte in vtraque,scilicet si accipiatur terminus ex parte vnius tanquam eius principium similiter accipiatur in altera,& si in altera terminus accipiatur tanquam finis,in altera similiter capiatur.Si enim accipiãtur duæ lineę, quarum vna ex parte orientali sit finita, ex altera vero parte ad medium terræ terminetur, altera autem incipiat ab eodem medio terræ,& versus occasum in infinitum tendat,istæ lineę æquales nequaquam dici poterunt æquales,nec vna maior altera, cum terminus vnius sit eius finis, alterius autem terminus sit illius principium, sed si duæ lineæ ex parte orientali infinitæ ad medium idem terminentur, illæ æquales aliquo modo dici poterunt, & si vna ad tale mediũ terminetur, altera vero vlterius prætendatur,vna maior alia dici poterit.

Ex istis sequitur,quod si duo tempora præterita infinita ad idem instans terminarentur,illa aliquo modo essent æqualia,quia terminus vnius non excederet terminum alterius,& si terminus vnius esset termino alterius vlterior,vnum esset altero maius:eodem modo de temporibus futuris infinitis ab eodem instanti incipientibus, quod de temporibus,quorum principium vnius alterius principium antecedit,est dicendum.Si contra hoc instetur,quia tunc dies erunt æquales annis, cum ad instans idem terminentur.

Quomodo soluitur dupliciter instantia de infinitate dierum.

Dupliciter respondeti potest. Primo quod hoc non est inconueniens in tempore infinito, licet inconueniens esset acceptis annis finitis, diebusque finitis in eis existentibus.

Secundo & melius,quod de diebus & annis dupliciter loqui possumus,scilicet per modum vnius continui totum tempus annorum,tanquam vnum continuum tempus accipiendo, & similiter totum tempus dierum,& per modum discreti, secundum videlicet quod ipsum tempus continuum per plures partes numeratur,quæ sunt annus,aut dies. Si primo modo accipiamus, sic non est inconueniens immo necessarium, quod dies sint æquales annis, cum idem instans sit terminus annorum & dierum.Si autem secundo modo accipiamus,sic dies sunt plures annis;sicut si duæ lineæ ex vna parte infinitæ,ex altera vero finitæ terminentur ad idem punctum, erunt æquales per modum quantitatis continuæ,non autem per modum quãtitatis discretæ,si in vna accipiantur partes bicubitæ,in altera vero partes vnius cubiti: partes enim vnius cubitales sunt plures partibus bicubitalibus & suiipsius & alterius lineæ,nec terminantur vt sic ad instans,sed ad vnitates;numerus enim mẽsium terminatur ad vnitatem mensis vltimi, & numerus dierum ad vnitatem diei.

Aperitur falsitas fundamenti.

Dicitur ergo primo ad rationem, quod præteritũ ad b,est maius præterito ad a, quia terminus præteriti ad b,tantum excedit terminum præteriti ad a,quantum est tempus,quod inter meridiẽ hodiernam,& meridiem crastinam mediat,& per oppositum futurum ad a,est maius futuro ad b, quia principium futuri ad a,principium futuri ad b,antecedit.Dicitur secundo,℘ suppositum est falsum. In illis non accipitur terminus ex eadem parte; in præterito enim accipitur terminus ex parte finis, in futuro autem ex parte principii,quomodo dixi mus non esse comparationem inter infinita secundum æquale,aut secundum maius & minus.

Dicitur tertio,quod ratio nihil concludit: quia fundatur super dicto falso fundamento, vnde maior rõnis est falsum,s.quod præteritum ad b, & futurum ad b,sint æqualia,eodem modo falsa est alia propositio,quod scilicet quodcumque tempus est maius præterito ad a,sit maius futuro ad a,fundatur enim super eodem fundamento,scilicet qđ futuro ad a,æquale sit præteritũ ad a,qđ falsum ẽ.

Ad octauum negatur consequentia,stat enim motum numquam terminari termino intrinseco & tamen non esse ociosum:quia ordinatur ad aliquem extrinsecum finem,quem consequitur.

Sed contra.Habito fine,cessat motus,ut habet Commen.12.Meta. ergo implicat contradictionem

nem motum nunquam ceſſare , & tamen finem ſuum aliquando adipiſci.

Reſpondetur quod duplex eſt finis motus, quidam ſequitur motum,& quidam qui eum concomitatur. Propoſitio Commen. vera eſt de fine primo,non eſt autem vera de fine ſecundo,de quo loquimur,cum dicimus motum infinitum aſſequi finem ſuum:hic enim finis eſt imitatio primæ intelligentiæ,in cauſando, & hic ſemper concomitatur motum.

Ad primam probationem conſequentiæ,quæ ex verbis Commen. aſſumitur, dicitur,quod Commen. loquitur de motu recto, non autem de motu circulari,vt ipſemet declarat.

Ad ſecundum dicitur,quod ratio Philoſophi ,procedit contra Anaxagoram,quoniam intellectus ille finem intendebat,quem numquam poterat adipiſci, extrahere ſcilicet quodlibet ex quolibet quod erat impoſſibile,ſi in vnoquoque erant infinitæ partes minimæ, ſed hoc nihil adȝ propoſitum conſequentiæ noſtræ facit.

ADDITIO.

Diſp.1. Dub.1. NOTA hic quomodo ex intelligentia harum cõcluſionum poteris ſoluere multa argumenta Auerroiſtarum de mũdi ætenitate;arguebat enim Auer. libro De.Deſtr.ex natura mouentis,ſi mundus, aut cœlum eſſet factus,aut ab æterno,aut non:ſi primum, aliquid inclinaſſet Deũ ab æterno ad agendũ, quod nunc non inclinaret,& ſic nouitas eſſet in Deo. Si ſm, tunc etiam aliquid inclinaſſet Deum ad agendum, quod ab æterno non inclinaſſet,neque nunc inclinaret,& ſic fuiſſet Deus aliquando potentia agens,aliquando actu, & ſic ab alio agente reduceretur in actum.

Cap.1. Comm 19. Arguit ſecundo ex æternitate motoris & motus,ex qua neceſſario infertur æternitas mobilis, vt in lib.de ſubſtantia orbis,& 12.metaph,ait quod ſi Deus mundum de nouo feciſſet,tunc Deus fuiſſet ante mundum, & ſic tempus fuiſſet ante mundum:patet conſequentia, quia ante,eſt differentia temporis,& conſequenter mobile,motus,& motor præceſſiſſent, & ſic mundus fuiſſet ante mundum,& ſimiliter deduceretur,quod mundus eſſet poſt mundum.

Diſp.1. Dub 3. Tex 3. Et Deſt.Deſt.ait, imp.eſt reperiri cauſam cum omnibus,cum quibus eſt cauſa , & non reperiri effectum, quia cauſatum & cauſa in actu ſunt ſimul,& non ſunt, 5.metaph.ſed ab æterno fuit Deus,in quo non eſt noua voluntas,neque nouiter vult,neque noua proportio ad aliud:ergo non nouiter mundum produxit,ſi autem eſſet Deus cauſa in potentia,tunc indigeret reducente ipſum,ad actum,& ſic non eſſet Deus cauſa ſufficiens.

Commẽ.46. Arguit quoque 8.phyſ.ſi nouus eſt mũdus,aut potuit principium mundi plus,vel minus diſtare ab inſtãti preſenti,aut non;ſi non,prius potuit Deus producere mundum neque poſt;ſi ſic,quare non prius,neque poſt produxit.

Hæc omnia & ſimilia ſoluuntur,quia Deus eſt agẽs voluntarium, & quamuis habuit voluntatem æternam producendi aliquem effectum ,non tamen produxit æternum effectum,nec eſt neceſſe,quod præſupponatur aliqua mutatio,nec etiam propter imaginationem temporis,aliter enim eſt intelligendum de agente particulari,quod præſupponit aliquid,& cauſat alterum,& aliter de agente vniuerſali,quod producit totum, ſicut agens particulare producit formam,& præſupponit materiam:vnde oportet quod formam inducat ſecundum proportionem ad debitam materiam,unde rationabiliter in ipſo conſideratur, quod inducit formam in talem materiam,& non in aliam ex differentia materiæ ad materiam,ſed hoc nõ rationabiliter videtur in Deo, qui ſimul producit formam & materiam,ſed conſideratur rõnabiliter in eo,quod ipſe producit materiã congruam formę & fini,agens autem particulare pręſupponit tempus,ſicut & materiam,unde rationabiliter conſideratur in eo,quod agit in tempore poſteriori , & non priori ſecũdum imaginationem ſucceſſionis temporis poſt tempus,ſed in agente vniuerſali,quod producit rẽ & tempus,non eſt conſiderare,quod agat nunc,& non prius ſecũdum imaginationem temporis poſt tempus, quaſi tempus præſupponatur eius actioni, ſed conſiderandum eſt,quod dedit effectui ſuo tempus quantum voluit,& ſecundum quod conueniens fuit ad ſuam potentiam demonſtrandam.

Manifeſtius enim mundus ducit in cognitionem diuinæ potentiæ creantis,ſi mundus non ſemper fuit quã ſi ſemper fuiſſet,omne enim quod non ſemper fuit,manifeſtum eſt habere cauſam,ſed non ita patet de eo, ꝙ ſemper fuit.vide D.Thom.2.ſent.vbi concludit Deum ab æterno voluiſſe producere mundum pro illo tunc, quando produxit ipſum. Diſt.1.qu.1. art.5 & dil. 2.q.1. art.3.

Et ſi quis argueret adhuc ex natura modi producendi,quia ſi Deus produxit mundum,aut cœlum,aut naturaliter,& ſic ab æterno,patet conſequentia, quia potẽs inclinari,contingenter & non naturaliterr agit, conſequens eſt falſum:ſi autem volũtarie,tunc voluntas circa contraria,contradictoria,priuatiua,ad quorum nullum naturaliter determinatur,indifferenter ſe haberet,&ſ nõ magis ad vnum quam ad alterum inclinatur: ergo ad hoc,ut eligat Deus eſſe mundi,ipſe indiget determinãte,& nullum eſt niſi ipſe:ergo a cauſa voluntaria indifferenter ſe habente, põt determinatio effectuum prouenire,quod repugnat rationi voluntatis contingentis, ut patet 2.phy. cum enim uoluntas magis eligit vnum, quam alterum,eſt propter denominationem in vno, quæ non eſt in altero , & ſi nulla eſt denominatio in vno,quæ non ſit in altero,tunc voluntas ambo æqualiter reſpicit. Commẽ.48

Hac ratione vtitur Auer.lib.Deſ.Deſt.ſed deceptus eſt Auer.in hac ratione ſua, non conſiderans Deum eſſe agens voluntarium,quod ex ſe habet neceſſitatem, & determinat ſeipſum ad hoc,vel illud volitum,ad qđ habet habitudinem non neceſſariam , ſed illud agens, quod ex ſe eſt contingens,oportet quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum,vnde eſt valde reprehenſibilis hic Auer.ſicut reprehendit ipſum D.Aug.in lib.de ciuitate Dei,vbi narrat qualiter Philoſophorum ponentiũ mundi æternitatẽ,fuit duplex opinio. Quidã poſuerunt,quod ſubſtantia mundi non ſit a Deo. Quidam autem dixerunt eſſe a Deo. Sicuti ſi pes ſemper fuiſſet in puluere,ſemper ſubeſſet ei veſtigium, quod a calcante factum nemo dubitaret,ſic & mundus ſemper fuit ſemper exiſtente eo qui fecit. Diſp.1. P.p.q.19.de voluntate Dei. 11. de ciuitate,Dei c.14.

An opinio Ariſt.reducatur ad primam, vel ad ſecundam,vide D.Th.de potentia Dei,& in quolib.ſed prima opinio cum ſit irrationabilis,& intolerabilem contineat errorem,non poteſt Ar.attribui,qui nihil ſine ratione dixit,uide in ſecundo lib.cont.gent.c.34.et 37.& in lib.3.c.68. q.3. art.17. quolib.3.

QVÆ-

QVAESTIO IV.

Vtrum neceſſe ſit mundum eſſe æternum.

Si igitur hoc impoſſibile eſt manifeſtum eſt, quod perpetuus eſt motus &c. Tex. XIII.

QVAERITVR Quarto, Vtrum neceſſe ſit mundum eſſe æternum,& uidetur quod ſic.

Primo. Quandocunq. eſt actio indiuiſibilis productiua alicuis effectus,ille effectus eſt, quia ibi fieri nõ præcedit factum eſſe: ſed productio vniuerſi eſt actio indiuiſibilis & eſt æterna, quia eſt idem quod diuina ſubſtantia 2.Cœli: ergo mundus eſt æternus. Tex.17.

Secundo. Poſita cauſa ſufficienti in actu,oportet effectum poni:quia cauſa in actu,& effectus in actu ſunt ſimul 5.Met.2.Phy.& 2.Poſte.ſed Deus ab ęterno eſt cauſa ſufficientiſſima ad mundi productionem,ergo &c. Tex.3. & 2. phy.tex.37. & 2. poſter. Tex.33.

Si dicatur,quod Deus eſt cauſa agens per voluntatem,maior autem non eſt vera de tali cauſa,ſed tantum de cauſa naturali.

Contra arguitur. Agens per voluntatem non retardat exequi propoſitum, niſi propter aliquod futurum expectatum,vel quia ſcilicet expectatur perfectio virtutis ad agendum,vel cuiuſcunque impedimenti remotio,vel ſaltem pręſentia temporis,ꝙ ſi nullum horum adſit, & effectus non ſequatur, non erit volũtas perfecta,ſed quicquid Deus vult vt ſit,ab æterno voluit vt eſſet, cum nouus motus voluntatis aduenire illi non poſſit, nec aliquid eũ expectare oportuit,quia potentia ſua completiſſima eſt,à nullo quoq. eius voluntas impediri põt, tempus vero eſt ab ipſo productum: ergo &c.

Tertio. Si mũdus incipit eſſe de nouo:ergo prius duratione habuit non eſſe quam eſſe: ergo aut illud erat non eſſe ſimpliciter,aut eſſe in materia. Si primo modo ſic numquam incæpiſſet: quia ex nihilo ſimpliciter nihil fit,ſecundum omnium cõmunem opinionem,& habetur à Philo. 1. Phyſi. tum etiam quia ſequeretur vnum oppoſitorum mutari in alterum ſecundum Comment. 1. Phyſi. 3. Cœli,2.de gener.& 4.met. Si erat,non eſſe in materia: ergo materia mutabilis præerat ante mundum & tempus,ſed omne tale aut tempore mẽſuratur,aut tempori coexiſtit:ergo ante tempus erat tempus, quod eſt inconueniens. Ex nihilo nihil fit. Tex.75. 1.phy.cõm. 15.& 3.Cœli.commen. 15. & 1.de gen.cõ. 6 Et 4.met. cõm. 17.

Quarto arguitur . De neceſſitate non ceſſabit mundus:motus cœli nunquam ceſſabit: ergo neq. corpora cœleſtia. Antecedẽs probatur tripliciter. Primo,ſi motus ceſſaret,hoc non poſſet eſſe niſi ꝓpter aliquam laſſitudinem,aut violentiam in moto,ſed cœlum in ſuo motu non fatigatur , vt dicitur 2. Cœli.neque violentus vllo modo eſt 2. Cœli ergo &c.Secundo.fruſtra eſt potentia, quæ non reducitur ad actum, ſed in quocunque ſitu ponatur ſol,eſt in potentia ad alium ſitum:ergo ſi non reduceretur in actum eſſet fruſtra, ſed ſi ceſſaret motus non reduceretur ad actum: ergo eſſet fruſtra, natura autem nihil facit fruſtra, 1.& 2. Cœli:ergo &c. Tertio non eſt maior ratio,quare ſol quieſcat in Oriente,quam in Occidente,aut in quocunque alio ſitu orbis,neque in omnibus ſimul poteſt quieſcere:ergo nullibi poterit quieſcere, & per conſequens ſemper neceſſario mouebitur . Antecedens patet, quia indifferens eſt ſol ad hoc vt ſit in Oriente , aut in Occidente, cum idem punctum ſit principium & finis, & ſimiliter mutatum eſſe 1.Cœli.alioquin ad locum in quo naturalius eſſet, velocius moueretur. Tex.5. Tex.59. 1.Cœli.Tex. 32.& 2.Cœ. Tex.59. Tex.100.

Quinto principaliter. Si mundus non eſſet æternus,tunc appetitus naturalis corruptibilium eſſet fruſtra, appetunt enim vniuerſa perpetuitatem , quam , cum in indiuiduo conſequi non poſſint,in ſpecie appetunt 2.de anima.

Circa iſtam difficultatem. Primo determinabitur veritas. Secundo videbitur quam neceſſitatem habeant Philoſophi rationes. Tertio ſuppoſito, ꝙ mundus potuerit eſſe ab æterno,& in tempore,aſſignabitur ratio probabilis,quare magis ſit in tempore productus,quam ab æterno. Tex. 34.

Quantum ad primum. Sciendum primo,ꝙ multipliciter aliquid fieri contingit,ſcilicet. Per motũ ſolum:ſicut aqua per calefactionem. Per mutationem ſequentem motum de neceſſitate , ſicut forma aeris introducitur in materia aquæ per generationem,quæ alterationem conſequitur. Per mutationem ſequentem quidem motum: ſed non de neceſſitate,ſicut fit lumen in aere per illuminationẽ, quæ motum localem ſolis conſequitur, ſed tamen etiam quieſcente ſole præſenteque aeri,fieret lumen in aere per ſimplicem quandam emanationem. Multipliciter cõtingit aliquid fieri.

Notandum ſecundo,ꝙ in his modis fieri ad factum eſſe diuerſimode ſe habet. In eo enim quod fit per motum aut mutationem,quæ de neceſſitate motum conſequitur,fieri mutatum eſſe præcedit, prius enim aqua calefit,quã fit calefacta,& prius Sor.generatur,quam ſit genitus, dicitur enim generari,quamdiu materia ad introductionem formę ſubſtantialis alteratur. In eo autem quod per ſimplicem emanationem fit,aut per mutationem, quæ non de neceſſitate motum conſequitur, ſimul eſt fieri & factum eſſe:ſimul enim aliquid creatur & creatum eſt,& illuminatur, & illuminatum eſt.

Sciendum tertio, ꝙ ſimplex emanatio à motu, & ab omni mutatione differt: quia omnis motus & mutatio præſupponit ſubiectum,ꝙ prius ſit ſub termino à quo,quam ſub termino ad quem,vt habetur a Comm.& de ſubſtantia orbis c. 1. Simplex aũt emanatio nullum ſubiectum de neceſſitate ꝓſupponit . Creatio enim eſt productio totius eſſe rei,ideſt cuiuſcunque concurrentis ad eſſe rei.

Sciendum quarto,quod cum dicimus mũdum, eſſe ab æterno productum,dupliciter poteſt intelligi. Vno modo,vt ly ab æterno negatiue accipiatur per negationem incepcionis eſſendi per motum, aut mutationem , quæ vere mutatio ſit, quod dico propter illuminationem,quę non eſt vere mutatio ſed ſimplex emanatio,vt ſit ſenſus, mundus eſt ab æterno,ideſt non cœpit eſſe per motum,aut mutationem. Alio modo vt ly ab æterno,omnem inceptionem

inceptionem essendi quocunque modo neget.

Mundum ab æterno esse, quomodo intelligatur.

Respondetur itaque duabus conclusionib. Prima est. Necesse est mundum ab æterno esse, secundum quod ly ab æterno, inceptionem essendi p motum aut mutationem negat, quamuis iste modus loquendi sit improprius.

1. Phys. tex. 64. & 5. tex. 5 & 7.

Probatur. Omne quod incipit esse per motum aut mutationem, præsupponit aliquod subiectum quod de non esse ad esse transmutatur, mutatio. n. omnis est inter duos terminos, sed mundus ad sui productionem nullum subiectum præsupponit, nomine enim mundi intelligimus omnem rē a Deo productam, & per cōsequens nihil illi productum præsupponi potest.

Tex. comm. 52. & 54.

Secundo. Omne quod per motum aut mutationem producitur, prius fit quam factum sit: quia oē mutatum esse præcedit mutari 6. Phys. sed mundi non potest esse prius fieri, quam factum esse: quia non est ibi aliquod subiectum factionis præcedens factum esse, quod dicatur aliter se habere nunc, q̄ prius: ergo &c.

Si dicatur, quod prius producta est materia, & postmodum aliæ res.

Contra. Aut materia in illo priori erat sine omni forma, & hoc est impossibile, aut erat in formata forma, & per consequens aliqua natura: ergo impossibile est in productione, qua tota substantia vniuersi producitur, fieri præcedere factum esse.

Non est necesse mundum per negationē inceptionis essendi quocūque modo ab æterno esse.

Secunda conclusio, quæ est secundum fidem, est. Non est necesse mundum per negationem inceptionis essendi quocumque modo ab æterno esse.

Cap. 31.

Probatur primo, quia fides Christiana ponit ipsum incepisse per simplicem emanationem, quę nihil aliud importat, quam acceptionem esse ab alio, esse dico essentia, & ab esse producentis distincti, quod dico propter productionem filii in diuinis.

Probatur secundo ratione S.D. secundo contra gentiles. Si necesse est mundum esse ab æterno, aut istam necessitatem habet mundus a se, aut ab alio, sed neutro modo conuenit mundo: ergo &c.

Probatur minor primo quo ad primam partem. Quod habet esse ab alio, non habet necessitatem essendi a se, sed mundus habet esse ab alio, vt supponitur: ergo &c. Probatur maior, quia ex opposito prædicati infertur oppositum subiecti, sequitur enim hoc habet ex se necessitatem essendi: ergo impossibile absolute & simpliciter est ipsum non esse ab alio: ergo à primo ad vltimū habet necessitaté essendi à se: ergo nō hēt esse ab alio. Quo ad secundam vero partem probatur. Si habet istā necessitatem ab alio, aut sicut a causa efficiente, aut sicut à causali. Si primum, Contra: necesse est effectum causæ efficientis esse, quia necesse est agentem agere, sed non est necesse Deum producere creaturas, immo ex voluntate agit non solum secundum mentem Philosophi, vt inferius probabitur, ergo &c. Si secundum, Cōtra: ordinatum ad finem necessitatem non habet ex fine, nisi aut qa finis sine ipso esse non potest, aut non ita bene, sed neutro modo se habet res creata ad diuinam bonitatem, quæ est finis, quia & est per se necesse esse, & secundum se perfectum nulla indigens creatura: ergo &c.

Necesse est motum & mundū semper durare, ipsa rei natura considerata.

Tertia cōclusio est. Necesse est motum & mundum semper durare, ipsa rei natura considerata, licet aliter per diuinam potentiam esse possit.

Secunda pars ab omnibus Theologis conceditur, quia quod accipit initium durationis, potest etiam desinere esse saltem per potentiam facientis, mundus secundum fidem accipit initium suæ durationis: ergo &c.

Quam efficaciam habeant rationes Aristo. probantes mundi æternitatem.

Prima vero pars per rationes in principio quæstionis adductas probatur, & per rationem Philo. hic, de qua inferius videbitur,

Quātum ad 2. scilicet de rationibus Philosophi. Arguit primo Philosophus tex. 4. supposito, quod ad hoc vt sit motus requiratur mobile & mouens. Si motus non semper fuit, sed habuit initium suæ durationis, necesse est aut mouentia, & mota facta esse, cum prius non fuerint, aut esse perpetua, sed vtroque modo sequitur ante primam mutationē esse aliam mutationem, quod contradictionem implicat: ergo &c.

Quod ex prima parte illud sequatur, probatur sic. Si factus est motus nullo modo prius existens, oportet mobile esse, quia motus præsupponit mobile: sed per te mobile est factum, ergo ante primā mutationem, quam ponis, necesse est aliam mutationem esse, illā scilicet qua mobile producitur, & sic in infinitum arguendo de subiecto mutationis, qua fit mobile.

Quod etiam ex secunda parte idem sequatur, quamuis irrationale videatur quod positis mouētibus & mobilibus naturalibus non sit motus, probatur. Si mouente existente, & moto incipit omnino motus prius non existens: ergo in mouente, aut mobili facta est aliqua mutatio, sed erit prior mutatione, quam ponis primam, ergo &c. Probatur consequentia. Priuatio non inest susceptiuo habitus, nisi propter aliquam causam, sed mobile per te prius quiescebat, ergo erat aliqua causa quietis vel ex parte motus, vel ex parte mobilis. Tunc vltra. Si aliquid ex causa aliqua quiescens, debeat incipere moueri, oportet causam quietis remoueri, manente enim causa quietis maneret quies: sed talis causa remoueri non potest, nisi per motū, aut mutationem, ergo ante primam mutationem esset alia mutatio: hanc rationem assumit Com. de substantia orbis.

Priuatio cē lī est.

Cap. 4.

Ista ratio Philosophi concluderet contra fidem de inceptione mundi, si diceremus mundum per mutationem, aut motum incepisse: hoc autem nō dicit fides, sed per simplicem emanationem incœpit.

Dicitur ergo, quod primum mouens fuit ab æterno, mobilia autem omnia inceperunt esse per creationem.

Dicitur secundo, quod non sequitur ante primā mutationem esse aliam mutationem; mobilia. n. per mutationem non sunt producta, sed per simplicem emanationem, quæ nullum subiectum præsupponit.

Si Deus esset agens per naturam, non posset incipere de nouo mouere, nisi p aliquam nouam dispositionem superuenientem, præsertim

præsertim ipsum mobile de nouo producendo, sed quia per voluntatem agit, à qua existente æterna potest prouenire effectus non æternus, ideo ad productionē noui effectus non oportet nouam dispositionem superuenire.

Sed contra istam respōsionem arguitur primo: Subiectum in potētia essentiali præcessit subiectū in potentia accidentali: ergo subiectum ad formā cœli, aut cuiuscunque alterius mobilis præcessit subiectum motus: ergo non est productum mobile p creationem.

Secundo. Ex non ente non fit aliquid, nisi per accidēs, priuatio enim est principium per accidens: ergo oportet præsupponi subiectum ex quo aliqd fiat per se: ergo non fit mobile per simplicem emanationem.

Tex. 9.

Tertio. Nulla relatio aduenit alicui sine mutatione sui, sed quantumcumque agens sit voluntarium, si de nouo incipio mouere, oportet esse nouā relationem, mouentis enim ad motum est relatio & è conuerso: ergo non potest agens voluntarium aliquid de nouo agere sine mutatione.

Ad primum negatur antecedēs si vniuersaliter sumatur, non enim oportet omne quòd de nouo producitur prius esse in potentia essentiali, nisi per mutationem producatur.

Ly ex, aliquando causalitatē, aliquando ordinē dicit.

Ad secundum dicitur primo, quòd si ly ex, dicat causalitatem, nō fit aliquid ex non ente, nisi per accidens, quia scilicet materiæ accidit, quæ est per se causa. Si autem dicat ordinem, tunc fit aliquid ex non ente per se, ideſt post non ens, aut posteriorita tem temporis aut naturæ.

Dicitur secundo, quod cum aliquid creatur, fit ex non ente non primo modo sed secundo, ideo nō oportet ibi poni aliquid subiectum ex quo per se fiat.

Mutatio dupliciter accipitur.

Ad tertium dicitur primo, quod mutatio dupliciter potest accipi. Vno modo proprie, quando scilicet aliquod est subiectum quod prius est sub termino à quo, quam sub termino ad quem. Secūdo magis extendendo nomen mutationis, scilicet pro omni processu de non esse ad esse, siue præsuppona tur subiectum siue non. Nulla ergo relatio aduenit sine mutatione primo aut secundo modo.

Dicitur secundo, quod non oportet vtrumq; ex tremum mutari, sed sufficit quod alterum extremum mutetur, sic in noua relatione mouentis ad mobile quod creatur, quæ tamen ex parte Dei est rationis, licet ex parte creaturæ sit realis, ipsum mobile mutatur secundo modo accipiendo mutationem, quia scilicet prius non habebat esse, & tūc accipit esse: vnde non sequitur, quod ante motum præcesserit alia mutatio, quæ est productio ex materia præsupposita.

Text. 10. & 11.

Secunda ratio Philos. duo prę supponit: quorum primum est, quod prius & posterius non possunt sine tempore esse. Secundum est, quod tempus non potest esse sine motu. Tunc arguit sic. Si tēpus semper est, necesse est motum esse perpetuum, sed tēpus semper est: ergo &c. antecedens probat tū ex opinionibus Philosophorum, tum quia impossibile est quod tempus sit sine nunc, sicut & linea sine puncto: sed quodlibet nūc est principium & finis: ergo ante quodlibet nunc & post nunc quodlibet, est tempus: ergo tempus est infinitum. Hac ratione vtitur Commen. 3.

Tex. Physic. comm. 31 & 4. Cæli. cō. 25. & in destru. disput. 1. dub. 15.

Sed posset aliquis dicere, quod Phil. supponit q̄ habet probare: non enim quodlibet nunc est principium & finis: nisi suppositā æternitate temporis, posito enim tempore finito, aliquod nunc ita erit principium quod non finis, & aliquod ita finis q̄ non principium.

Ad hoc videtur dicere Commen. commen. 11. quod hoc videtur esse, quia tempus est fluens & nō stans sicut linea.

Tempus est fluens.

Sed responsio hæc non videtur instantiam tollere: ex hoc enim, quod tempus est fluens, sequitur, quod idem nunc nō potest bis sumi, sicut sumitur punctum: sed nihil facit ad hoc, quod quodlibet nunc est principium & finis.

Confirmatur, quia si fluxus faceret hoc, tunc q-libet motus esset vnus numero existens infinitus, ratione enim fluxus haberet, quod vnumquodque eius indiuisibile esset principium & finis.

Simplicius vero respondet, in hac ratione nullo modo petitionem principii esse, quia non assumitur neque præsupponitur, quod est probandum scilicet motum esse æternum. Sed assumitur aliqd ad quod illud de necessitate sequitur, scilicet nunc esse medium quoddam in tempore, quæ est ipsius nunc descriptio.

Sed nec ista responsio satisfacit. Non enim verū est de ratione nunc esse quod sit medium, nisi tem poris æternitate præsuppositā, illa enim non posita, aliquod nunc est ponere, quod est primum tantum, non autem medium.

Nūc est principium & finis in tempore.

Ideo aliter secundum S. Doc. respondetur, quod Phil. vult habere quodlibet nunc esse principium & finem ex primo supposito, scilicet quod prius & posterius non est sine tempore. Si enim detur aliquod nunc, quod sit tātum principium, sequitur, quod ante ipsum nihil erit temporis: ergo erit accipere aliquod ante, & prius ad ipsum nunc, qđ principium ponebatur, sed prius non est sine tempore: ergo ante illud nunc est tempus: ergo est finis, & sic in infinitum.

Conantur autem quidam responsionem Commen. saluare dicentes. Certum est, quod instans non potest esse sine motu: ergo ante ipsum, & post ipsum erit motus, & per consequens tempus, & sic quodlibet instans erit principium & finis. Probatur consequentia, instans est fluens, siue non potest esse sine motu: ergo in quocunque subiecto est instans, illud mouetur, sed omne quod mouetur, prius mouebatur 6. Physic. ergo &c.

Tex. cō. 52. & 54.

Sed ista declaratio responsionem Commen. minime saluat. Diceret enim qui poneret motum incepisse, non omne nunc esse cum motu, sed quoddam esse cum indiuisibili, à quo primo incipit motus, & in illo instanti mobile non mouetur, sed incipit moueri. Nec tamen sequitur, si instans nō sit in motu, quod sit aliquid permanens, licet enim non sit in motu, non tamen his demonstrari poterit, cum tantum indiuisibiliter duret.

Ratio Arist. non est alicuius nomēti contra fidem.

Hæc secunda Philosophi ratio nihil contra fidē efficaciæ habet. Dicitur enim primo, quod non quodlibet nūc est principium & finis, sed aliquod nunc est tantummodo principium. Dicitur secundo ad

do ad probat'onem,ꝙ ſicut cum dicimus extra cœlum nihil eſt,ly extra,non importat aliquem locũ realem,ſed imaginarium,ita cum dicimus, ꝙ ante principium temporis nihil eſt eius,ly ante,non importat tempus reale,ſed tantum tempus imaginatum,& ideo non omne prius eſt cum tempore reali. Dicitur tertio,ꝙ cum dicitur principium temporis eſt,ante ꝙ nihil eſt eius:ly ante,nõ accipitur affirmatiue,ſed negatiue,ideſt principio tẽporis nihil eſt ante,ꝙ.ſ.ſit eiuſdem rationis cum tempore, ꝙ dico propter æternitatem.

Contra primum dictum poteſt inſtari,quia nũc in tempore aſſimilatur puncto in linea circulari , ſed in linea circulari quodlibet punctum eſt principium,& finis: ergo &c. maior eſt Comment.4. Phyſic. Probatur etiam ratione,quia tempus conſequitur motum cœli,qui eſt circularis,motus autem circularis ſequitur lineam circularem , ergo tempus ſequitur lineam circularem, & ex conſequenti inſtans eſſe in tempore, ſicut punctum in linea circulari.

Comm.25.

Confirmatur,quia ſicut ſe habet mutatum eſſe in motu circulari,ita nunc in tempore, ſed quodlibet mutatum eſſe in motu circulari eſt principiũ, & finis:ergo &c.

Contra ſecundum dictum arguitur primo. Illa concluſio eſt falſa,ad cuius intellectum neceſſe eſt intelligi falſum impoſſibile,ſed per te tempus eſſe de nouo productum non poteſt intelligi,niſi per imaginationem,& intellectionem , quod tempus ſit ante primum tempus:quod eſt falſum & impoſſibile:ergo &c.

Secundo, ꝙ ſimilitudo de loco & tempore non tenet, tum quia ad intelligendum magnitudinem mundi eſſe finitam, non eſt neceſſarium intelligere aliquam differentiam loci extra cœlum,non eſt enim ſenſus cum dicitur extra cœlum nihil eſt , ꝙ non eſſe alicuius ſit extra cœlum,ſed quod nullum ens eſt,ꝙ non includatur in cœlo, ſic ad intelligendum ante tempus eſſe factum, neceſſe eſt imaginari,ante primum tempus eſſe aliud tempus. Tum quia extra mundum non eſt aliquid , ideo non oportet ponere extra mundum aliquem locum, ſed ſi mundus incœpit,ante mundum fuit aliquid,ſcilicet ideo oportet ponere aliquod tempus ante primum.

Similitudo de loco & tẽpore non tenet.

Ad primum horum negatur maior. Ad probationem dicitur,ꝙ licet motus ſit circularis, non tamen quodlibet indiuiſibile motus eſt principium, & finis: quia quando mobile incipit moueri motu circulari,vtitur vno puncto in actu , & tanquã principio ſolum,vnde principium vnius circulationis non eſt idem cum eius termino,cum vnum alteri ſuccedat,licet idem punctum ſit à quo incipit, & ad quod terminatur.

Ad confirmationem dicitur primo, ꝙ ſupponit falſum.ſ. ꝙ omne indiuiſibile motus ſit mutatum eſſe,eſt.n.indiuiſibile initians motum , ꝙ non eſt mutatum eſſe,cum præcedat moueri quodlibet.

Non omne indiuiſibile motus eſt mutatũ eſſe.

Dicitur ſecundo,ꝙ ſi accipiatur vna ſola circulatio,non quodlibet mutatum eſſe finis eſt, & principium,ſed quoddam ita eſt finis, quod non principium,licet in motum cœli ſit verum,propter continuationem vnius circulationis cum alia.

Ad ſecundum dicitur primo, ꝙ ſi affirmatiue accipiatur ly ante,non dicimus , ꝙ oporteat ante primum tempus imaginari & intelligere eſſe aliquod tempus reale , ſed eſſe tempus imaginatum, ante autem primum tempus reale eſſe aliud tempus imaginatum,non eſt impoſſibile.

Dicitur ſecundo,ꝙ non oportet ad hoc,vt tẽpus incipiat,imaginari ante ipſum aliud tempus , ſed dicimus,ꝙ ad veritatem iſtius propoſitionis, ante principium temporis nihil eſt temporis , ly ante,ſi affirmatiue ſumatur,non poteſt aliud tempus importare,quam tempus imaginatum.

Ad tertium dicitur primo,quod ſicut ad veritatem iſtius,ante principium temporis nihil eſt temporis,ly ante,affirmatiue ſumptum non poteſt importare,niſi tempus imaginatum,ita cum dico,extra cœlum nihil eſt , ſi ly extra,affirmatiue ſumatur,quia dicit differentiam loci , vt habet Comment.1. cœli.non poteſt niſi locum imaginarium importare.

Comm.4

Dicitur ſecundo,ꝙ ſicut extra mundum non eſt aliquid excepto Deo,ita ante principium temporis nulla duratio eſt præter æternitatem, quæ indiuiſibilis eſt:nullam ſucceſſionem habens.

Tertia ratio Philoſ.probans, ſcilicet æternitatẽ mundi à parte poſt,eſt talis. Si motus aliquando ceſſaret,ita ꝙ nullus eſſet motus , ſequitur ꝙ poſt vltimum motum eſſet alius motus,ſed hoc eſt impoſſibile:ergo &c. Probatur conſequentia . Aut mobilia & mouentia remanerent poſt motum,aut corrumperentur vel ambo,vel alterum . Si remanebunt,& non poterit amplius eſſe motus,oportebit fieri aliquam diſpoſitionem motum impedientem,non.n.impediuntur mouentia , & mobilia à motu,niſi propter aliquam cauſam aduenientem, ſed illa diſpoſitio nõ poteſt eſſe,niſi motus, aut terminus motus ſi de nouo adueniat, ergo poſt omnem motum erit alius motus . Si mouentia, & mobilia corrumpentur,ſupponitur, ꝙ non ſimul deficit motus ĩ actu & ipſum mobile , immo ſicut prior eſt generatio mobilis, quã motus eius, ita poſterior eſt corruptio mobilis ceſſatione motus,ſicut remanet combuſtibile poſtquam deſiit comburi. Tunc ſic:poſt ceſſationem omnis motus mobile corrumpetur,ſed corruptio omnis eſt mutatio:ergo poſt omnem mutationem erit alia mutatio. Eodem modo argueretur de motiuo:

Text.11. & 13.

Iſti rationi multipliciter obuiari poſſet. Primo dicendo,ꝙ mouentia,& mobilia remanebunt: & motus nunquam amplius erit,& ꝙ erit aliqua cauſa impediens;ſed illa introducetur non poſt, ſed in ipſo inſtanti,in quo primo quieſcit mobile,tãquã terminus alterius mutationis,quæ ſimul ceſſat cũ motu mobilis.

Mobilia & mouẽtia nõ impediũtur a motu,niſi pp aliquam cauſam aduenientem

Secundo dicendo , quod mobile ceſſat à motu, non per nouam diſpoſitionem poſt motum aduenientem per alium motum,ſed quia mobile peruenit ad terminum,in quo naturaliter quieſcit, ſicut cum lapis fuerit in centro terræ, ibi per naturam, quieſcit.

Tertio dicendo,ꝙ in ſecunda parte rationis ſupponitur falſum.ſ.ꝙ neceſſe ſit mobile poſterius ipſo motu deſinere,hoc autem non eſt verum:poteſt enim ſimul deſinere motus combuſtionis, & combuſtibile,

buſtibile, immo ſunt aliqua,quæ ſimul de neceſſitate ceſſante motu corrumpuntur,eo ꝙ eorum ſalus & perfectio in motu,conſiſtat,ſicut eſt cor, pulmo,& huiuſmodi.

Pro prima inſtantia notandum,ꝙ Commen. & Albert.ſic rationem Philoſ.interpretantur,vt velit arguere,ꝙ neceſſe erit poſt quietem introduci aliquam diſpoſitionem a motu impedientem; vnde Commen.comment.12.dicit.Si primus motus quieuerit quiete,in qua impoſſibile erit, vt illud ꝙ mouebatur,moueatur poſt,neceſſe eſt vt poſt quietem moti, fiat in eo aliqua diſpoſitio, quæ faciat ipſum non moueri poſt,& ſi dicetur, ꝙ non poterit poni,quod illa diſpoſitio ſit introducta in inſtãti quietis.

Comment. comm.12. & Alb. trac. 1.cap.7.

Sed tunc remanet idem dubium,non.n. apparet ratio,quare oporteat magis illam diſpoſitionẽ poſt quietem,quam inſtanti quieti introduci.

Sed dicitur ad mentem Alber.ꝙ non eſt neceſſarium mobile ſimul à motu ceſſare,& ab aptitudine ad motum . Si ergo manentibus motiuo & mobili ceſſet motus,poterit mobilitas,& aptitudo ad motum remanere poſt quietem. Si igitur debeat poſt quietem tolli etiam aptitudo ad motũ, cum non poſſit illud eſſe niſi per mutationem, aut terminum mutationis,erit poſt omnem mutationem mutatio.

Albertus 8. tract.1.c.7.

Sed nec hoc modo videtur poſſe ratio Philoſop. ſaluari. Non eſt.n.neceſſarium vt aptitudo remaneat poſt motum,licet hoc ſit poſſibile, ſimul.n.poteſt motus ceſſare & aptitudo mobilis ad motum, ſi in inſtanti quietis impedimentum ponatur:cum ergo intendat Philoſ.probare neceſſario motum non ceſſare,neceſſarium autem non demonſtretur ex contingentibus,non poterit per hoc ratio Phil. ſaluari.

Poteſt autem dici,ꝙ in demonſtratione ducente ad impoſſibile poteſt ex contingentibus neceſſarium demonſtrari. Vult.n.ſic arguere Phil. Non eſt neceſſe motum ſemper durare:ponatur ergo , ꝙ poſſibile ſit ipſum ceſſare,tunc contra ſic . Ex hoc ꝙ ponitur motum ceſſare, cum alio poſſibili poſito.ſ.quod mobile in aptitudine ad motũ poſt motum remaneat,ſequitur vnum impoſſibile .ſ. ꝙ poſt vltimam mutationem erit alia mutatio: ergo illud non fuit poſſibile,quia poſſibili poſito in eſſe,nullum ſequitur inconueniens , primo Priorum:neceſſarium ergo eſt motum ſemper durare, patet conſequentia ex ſecundo Perihermenias.

Quomodo Ariſto. ratio intelligenda ſit.

C.11.& 13.

Secunda quoque inſtantia nulla eſt: quia cum cœlum multis reuolutionibus ſit motum , & ſæpe ad idem punctum peruenerit,ab eodemque receſſerit,ſaltem primum mobile apparet non magis ſibi naturale eſſe ad aliquod punctum accedere, q̃ recedere ab eo,& per conſequens in nullo naturaliter quieſcit.

Ca.2. lect.7.

Tertia ſimiliter non tollit rationem , non enim dicit Phil.quod neceſſe ſit mobile ſi ſit corruptibile,poſterius deſinere eſſe,quàm a motu ceſſare,ſed quòd non eſt neceſſe,mobile ſimul à motu ceſſare, & deſinere eſſe,ex quo per rationem ad impoſſibile ducentem ad ſuam concluſionem argumentatur,vt oſtenſum ẽ ad primã inſtãtiam reſpõdẽdo.

Vel etiam dicendum ſecundum Simplicium, quod quamuis aliquod mobile,puta cor ſimul deſinat moueri & deſinat eſſe, non tamen deſinens eſſe,deſinit habere aptitudinem ad aliquem motũ, licet non ad illum quem prius habebat, remanent.n.illa in quæ reſoluitur,puta elementa, quæ conſtat eſſe mobilia quædam,& ſic poſt eam,quæ ponebatur vltima,alia mutatio ſuccederet.

Reſponſio Simplicij.

Hæc ratio licet forte efficax ſit ad oſtendendũ , ꝙ motus non naturaliter ceſſabit,contra tamen ſidem,quæ ponit ꝙ motus cęli quandoque deſinet, licet ponat nunquam ex toto ceſſaturum motum , cum ſaltem remanſuri homines ſint qui localiter moueri poterunt,efficaciam non habet. Dicitur.n.ꝙ motus ceſſabit,non per nouam diſpoſitionẽ in mobili,aut mouente introductã,ſed per æternam voluntatem mouentis,qua voluit motum cęli tantum durare,& non amplius.

Motus cœli quandoque ceſſabit ſecũdum fidem.

Quantum ad tertium, quare .ſ. cum potuerit Deus ab æterno producere vniuerſum,non æternaliter produxit ſed in tempore.

Quare cum potuerit Deus ab æterno producere vniuerſum non æternaliter, produxerit, ſed in tempore.

Sciendum primo,ꝙ finis productionis creaturæ nullus alius eſſe poteſt præter diuinam bonitatem, cum propter nullum finem à ſe diſtinctum rerum omniũ creator operetur. Sed diuina bonitas non ſic poteſt eſſe finis, vt propter eam producendam Deus aliquid operetur,cum ſit æterna,& per ſe neceſſe eſſe. Non etiam propter eius meliorationem aliquid produci poteſt,cum ſumma bonitas ſit . Nec denique vt eam ſibi Deus acquirat quẽadmodum rex ciuitatem,cum Deus ipſa ſua bonitas ſit. Erit ergo finis,inquantum ad eius ſimilitudinẽ & participationem creauit vniuerſum.

Sciendum ſecundo,ꝙ ſimilitudo diuina in creatura ſecundum æqualitatem repræſentari non poteſt:cum nunquam creatura tantum poſſit extolli, ut Deus ſit:ſed ſicut excedens cauſa ab eo quod exceditur,repræſentari poteſt.

Similitudo diuina in creatura ſecundũ æqualitatem non poteſt repræſentari.

Dicitur ergo quantum humana ratione diuina inueſtigare poſſumus,quòd conuenientius eſt mũdum non ſemper fuiſſe quam ab æterno eſſe productum:quia per hoc magis exceſſus diuinæ bonitatis ſupra creaturam manifeſtatur, ſic.n. manifeſtius apparet,quod rerum omnium auctor ſit, quodque eius virtus ad huiuſmodi effectus producendos non obligetur,& ex conſequenti , quod agens per voluntatem ſit,& non per naturam:quàm ſi ponatur mundus æternus,plerique.n.eorum qui illum poſuerunt, dixerunt Deum naturaliter agere,aut etiam rerum omnium non eſſe cauſam effectiuam.

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur. Ad primum negatur maior de actione agentis per ipſum intellectum,quæ non eſt media inter volitionem,& effectum,ſed eſt ipſum velle & intelligere agentis, quod efficax eſt per ſe,cuiuſmodi eſt actio diuina: non.n.oportet eſſe effectum quandocunque talis actio eſt,ſed quandocunque per intellectum & voluntatem eſt,vt ſit.

Sed contra iſtam reſponſionem arguitur. Implicat contradictionem,quod creatio ſit , & tamen non ſit id quod creatur ſaltem in fieri,ſicut quòd calefactio ſit,& non ſit quod calefit:ſed ex iſta reſponſione ab æterno eſt creatio,& tamen mundus non eſt æternus;quia creatio eſt actio diuina:ergo iſta

Actio Dei quæ eſt creatio, quõ eſt ab æterno , & tamẽ creatura nõ ſit ab ęterno.

ista responsio contradictionem implicat.

Confirmatur. Impossibile est formam esse actu in subiecto, quin subiectum per ipsam sit formaliter tale, sed per te actio & creatio diuina est æterna; ergo ab æterno Deus est agens, & creans, sed impossibile est aliquam causam esse creantẽ, quin creatura sit: ergo &c.

Secundo. Aut illud velle est aliquid ex natura sua ad talem mundi productionem determinatũ, aut ab alio determinatur: si primum, ergo cratura non libere, sed ex necessitate naturæ à Deo procederet: si secundum, quæro an in Deo possit esse oppositum velle, an non; si non, ergo iam ex natura determinatus erat ad velle; si sic, cum omne quod potest esse in Deo, sit in eo, simul erit in eo velle, & nolle respectu eiusdem.

Tertio: executio actiua non relinquit effectum in potentia, sed ponit ipsum in actu: sed diuina actio est ipsamet executio: ergo si ab æterno ponitur diuina actio: quantumcunque sit idem quod velle, ponetur effectus ab æterno.

Creatio vnũ in recto & aliud in obliquo importat.

Ad primum dicitur primo, ꝙ creatio in sui ratione duo importat. Vnum in recto. s. entitatem diuinæ actionis, quæ est diuina essentia. Aliud vero in obliquo. s. habitudinem ad creaturam, quãtum ad primum est æterna, quantum ad secundum de nouo aduenit. Nec tamen ponit in Deo aliquam mutationem, cũ ex parte Dei sit relatio rationis, licet ex parte creaturæ sit realis.

Dicitur secundo, ꝙ implicat contradictionẽ esse creationem quantum ad vtrumque, & tamen non esse quod creatur, non tamen implicat contradictionem esse creationem quantum ab absolutũ solum, sicut est ab æterno, & tamen non poni effectum.

Dicitur tertio, quod committitur fallacia figuræ dictionis sic arguẽdo: diuinum velle est æternum, creatio est diuinum velle; ergo creatio est æterna: mutatur. n. absolutum in respectiuum.

Quomodo creatio non implicat cõtradictione.

Dicitur quarto logice loquendo, ꝙ potest concedi creationem esse ab æterno, quia illa entitas, q̃ est creatio, est ab æterno. s. absoluta, non autem concedi debet ab æterno esse creationem, quia cũ prædicatum formaliter teneatur, oportet, & absolutum & respectiuum eius ab æterno esse.

Ad cõfirmationem dicitur, ꝙ licet concedatur, ꝙ ab æterno Deus est agens, s. actione immanente, non tamen conceditur, ꝙ ab æterno sit creans, quia creatio significatur per modum actionis trãseuntis. Dicitur secundo, ꝙ creatio ab æterno non est in Deo, quantum ad absolutum & respectiuum quod importat, quod requiritur ad hoc vt actio denominet subiectum esse agens: non. n. denominat subiectum esse agens, nisi dum denominatur effectus esse actus, aut agi.

Ad secundum dicitur primo, quod diuinum velle non est à natura magis determinatum ad esse, quam ad non esse creaturæ.

Dicitur secundo, quod Deus ab æterno sapientia sui intellectus seipsum determinauit ad esse

Velle potest absolute accipi & respectiue, similiter & nolle.

creaturæ.

Dicitur tertio, ꝙ sicut velle potest dupliciter accipi absolute, s. pro illa entitate, quæ est velle, & respectiue. s. in ordine ad id quod est volitum: ita & nolle, & sicut velle quantum ad absolutum nõ potuit ab æterno non esse, sed quantum ad respectiuum potuit esse, & non esse, ita & nolle. Cum. n. nolle non dicat in Deo alium actum ab ipso velle realiter distinctum, cum actio diuina sit sua essentia, sed distinguatur respectu obiectorum, quia .s. velle dicit respectum ad esse rei, nolle autem ad non esse, & Deus nõ magis determinetur ad esse, quam ad non esse rei, ideo absolute loquẽdo, sicut Deus voluit ab æterno mundum esse, ita potuit ab æterno non velle, nihil. n. aliud per hoc intelligitur, quam quod neque esse, neque non esse creaturæ habet necessarium ordinem ad diuinam bonitatem, quæ est voluntatis diuinæ obiectum: potest .n. siue creatura sit, siue non sit, diuina bonitas esse, & per consequens potuit ab æterno esse respectus ad esse mundi & non esse.

Dicitur quarto. Si arguatur, quicquid ab æterno in Deo potest esse, est in eo: sed nolle mundi potuit ab æterno esse in Deo: ergo &c. quod committitur fallacia figuræ dictionis: qa mutatur quid in ad aliquid.

Ad tertium dicitur primo, quod licet in nobis executio distinguatur ab imperio voluntatis: quia voluntas non est efficax per se effectum producere, sed indigeat ministerio aliarum virium, tamen in Deo executio non differt ab imperio volũtatis, nisi quia supra imperium addit respectum ad effectum in actu.

Executio voluntatis diuinę nõ differt ab eius imperio.

Dicitur secundo, ꝙ executio quantum ad absolutum, & respectiuum accepta non relinquit effectum in potentia, sed posita in actu, quantum ad absolutum, non autem quantum ad respectiuum, quod eius formalem rationem complet, potest relinquere effectum in potentia. Vnde ad argumentum concessa maiore in sensu declarato negatur argumentum: committitur. n. fallacia accidentis: non. n. ponere effectum in actu conuenit executioni, inquantum est idem quod actio diuina, sed inquantum ab ea formaliter distinguitur, sicut non valet, animal est genus: homo est animal: ergo homo est genus: aut homo est species, animal est homo: ergo animal est species.

A prima in tentione ad secundã nõ valet consequentia.

Sed contra istas responsiones, inquantum dicitur quod posita creatione quantum ad absolutũ, & respectiuum ponitur creatura, non autem ipsa posita quantum ad absolutum tantum, instari potest. Sequitur. n. ex hoc ꝙ esse creaturæ a relatione dependeat, hoc autem inconueniens videtur, tum quia sicut ad relationem non est motus, ita neque relatio potest esse principium esse rei, tum quia relatio actionis diuinæ est ens rationis, ens autem rationis non est principium entis realis: cõsequentia patet, quia posita illa relatione, ponitur creatura, illa vero non posita, non ponitur.

Relatio est conditio, sine qua creatura nõ esset in actu.

Dicitur primo, quod consequentia est falsa. Nõ .n. ideo posita relatione ponitur creatura, & illa non posita non ponitur, quia relatio sit ipsa productio, sed quia est conditio, sine qua creatura non est in actu. Non. n. potest creatura in actu poni: quia habitudinem realem habeat ad suam productionem, & consequenter, nisi ipsa productio relationẽ realem creaturæ terminet, in quo opposita relatio in ipsa productione intelligitur.

Dicitur.

Dicitur secundo, quod sicut creatura ponitur in actu in illa mensura, in qua Deus vult vt ponatur, ita & talis relatio, & ideo tota causa esse creaturæ est ipsum diuinum velle, ipsa autem relatio est aliquid concomitans esse actuale creaturæ.

Ad secundum principale dicitur, quòd responsio ibi data bona est: effectus. n. naturæ ab agente procedit, secundum quod ipsum est; quia à forma naturali per quam agens habet esse, procedit, ideo oportet quod quandocumque agens est sufficienter in actu, fiat effectus, effectus autem agentis per voluntatem, non procedit ab agente, secundum ꝙ est, sed secundum ꝙ proponit. Vnde non oportet, quod quãdocunque ipsum est, sit eius effectus: sed quod sit secundum quod proposuit.

Ad impugnationem huius responsionis dicitur primo, ꝙ maior est vera de agente in tempore, qđ .s. agit tempore præsupposito, non autem de agente, quod ipsum tempus simul cum alijs rebus producit.

Mensura diuinæ voluntatis est æternitas, quæ ẽ tota simul & perfecta possessio.

Dicitur secundo, ꝙ mensura voluntatis diuinæ non est tempus: sed est æternitas nullam successionem habens: sed indiuisibilis existens: vnde non est imaginandum, quod Deus prius voluerit, post aliquam vero durationem successiuam effectus sit productus, sed solum ꝙ in sua æternitate voluit mundum & tempus producere, & quod res in ciperent esse de nouo, cũ non haberent prius esse.

Sequitur ex his cum dicimus Deũ, aut eius velle præcedere mundum duratione, nõ dicimus spatium aliquod magnum, aut paruum alicuius temporis mundum præcessisse, sed dicimus præcessisse æternitatem, quæ est mensura indiuisibilis. i. ꝙ erat æternitas, & nondum erat mundus.

Sequitur secundo, ꝙ ad productionem mundi non oportuit Deum mutari per nouam volitionem: ab æterna enim eius volitione potuit nouus effectus produci absque quacunque eius mutatione.

Ad tertiũ dicitur primo, quod prius duratione habuit non esse quod esset, & ꝙ illud erat non esse simpliciter actualis existentiæ, non autem in aliquo subiecto.

Ex nihilo nihil fit p mutationem.

Dicitur secundo, quod ex nihilo nihil fit per mutationem, sed bene fit per simplicem emanationem.

Dicitur tertio, ꝙ non sequitur vnum oppositorum mutari in reliquum, vt arguit Comm. quia in tali simplici productione; intelligitur essentia mũdi prius non habere esse actualis existentiæ, post modum habere esse. Vnde nihil abstractiue sumptum non transit in aliquod, sed post nihil existentię creatura accipit esse, & incipit esse aliquid.

Si dicatur, essentia mundi prius fuit sub non esse actualis existentiæ, postmodum sub actuali existentia: ergo ibi est aliquod subiectum a termino a quo, a quo transit ad terminum ad quem: ergo est factus ex simpliciter non ente.

Dicitur primo, ꝙ argumentum procedit ex falsa imaginatione, imaginatur enim quod non esse actualis existentiæ prius existat in essentia, post modum tollatur, quod falsum est, sed dicimus qđ nullo modo erat esse mundi, neque actualiter, neque potentialiter in aliquo præexistente, postmodum mundus in actuali existentia est productus.

Mundus nõ erat in aliquo præexistenti.

Dicitur secundo, supposito quod mundus secundũ essentiam prius ad bonum intellectum sit sub non esse quam sub esse, quia .s. non habebat esse prius, non sequitur quod ibi fuerit aliquod subiectum. Dicitur. n. alicui factionis præsupponi subiectum, quando præsupponitur aliquid actualiter existens, in quo est potentialiter res producenda, modo essentia mundi non est aliquid habens esse reale in actuali existentia ante mundi productionem, sed solum habet esse intellectuale, vnde ratio non sequitur.

Ad quartum & ad consequentiam simul dicitur, quod concludunt mundum non cessaturum naturaliter, quod cõceditur. Veruntamen inquantum possunt concludere, quod non potest per diuinam potentiam desinere esse, ad ea respondetur.

Mundus nõ est cessaturus naturaliter.

Ad quartum dicitur primo, ꝙ cessante mõtu remanere possunt corpora celestia, nec tamen erunt frustra: quia ad motum non ordinantur tanquam ad vltimum finem, sed ad alium finem, puta ad hoc vt sint in ministerium hominis, quod etiã erit post cessationem à motu secundum mentem Theologorum, vnde negatur consequentia.

Dicitur secundo, quod antecedens est falsum secundum Theologos: Ad cuius primam probationem dicitur, quod cessabit non per aliquam lassitudinem aut violentiam, sed per diuinam dispositionem, quo d. n. inferioribus conuenit ex actione causæ vniuersalis, non est violentum, sicut est de fluxu, & refluxu maris ex motu lunæ.

Dupliciter aliquod est in potentia ad alterum.

Ad quintum respondetur, quod dupliciter dicitur aliquid in potentia ad alterum. Vno modo, qa natum est per illud aliquam perfectionem accipere, & propter illud est factum: & sic ad nullum situm cælum est in potentia, cum per nullum locum aliquid sibi perfectionis accrescat, vnde ad illum sensum negatur minor. Alio modo quia habet potentiam ad hoc vt illud sibi adueniat, non tamen est ad illud ordinatum, sicut domificator habet potẽtiam ad hoc, vt faciat domos diuersimode, & sic negatur maior, non enim dicetur domificator frustra habere potentiam, si domum vno modo faciat & non alio.

Ad tertium dicitur, quod si consideretur cœlũ secundum naturam suam, æqualiter se habet ad omnem situm, sed si consideretur secundum comparationem ad aliquid extrinsecum, ad quod per diuinam potentiam est ordinatum, sic nobilius secundum vnum situm disponitur, quam secundum alium. Vnde probabile est apud Theologos, quod in mundi innouationę cælum habiturum sit nobilissimum situm, qui possibilis sit in comparatione ad hominem, qui illud inhabitabit.

Ad vltimum respondetur, ꝙ appetitus rerũ naturalium ad perpetuitatem est secundum ordinẽ ad motum cœli, non enim potest esse appetitus in effectu, vt vltra suam causam permaneat, sine qua scilicet esse non possit, vnde cessante motu cœli, si huiusmodi res non permaneant, non erit appetitus eorum naturalis frustra.

ADDITIO.

IN reſponſione ad ſecundum argumentum principale,nota quod interponitur modus agendi ipſius Dei,qui eſt per voluntatem, & intellectum, & non per neceſſitatem naturæ,vt quidam voluerunt & male,non intelligentes agens liberum non ſimpliciter dici, ſed multis modis etiam ſecũdum Ariſtotel.

Agens liberum multiplic.ter. Aliquando agens liberum illud appellamus, ꝙ non coacte,& vi operatur,& ratio eſt,quia ea agentia libera vocamus,quæ producunt ea, quæ ſecundum naturam eis producere conuenit:quare libere agere eſt,non cõtra naturam propriam vt vi & coacte,& in hunc modum agens primum libere agere multi docuerunt,ſiue ad ſeipſum referatur,ſiue ad ea quæ ad extra producit:quia Deus non vi, & coacte ſeipſum apprehendit,atque expetit, intellectio enim iuxta propriam naturam ei conuenit,motum etiam producit & reliqua per motum non vi,& coacte,ſed iuxta propriam naturam, ꝙa ergo libere ſeipſum intelligit, & appetit,atque ea quæ extra facit,libere facit,& iſta libertas neceſſitati,& naturæ non repugnat.

Secundo dicitur agens liberum, quod ita operatur,quod ſecus operari poteſt, & in eius poteſtate ſitum eſt agere, atque hoc agens ita ſonat ꝙ agens contingens,quomodo primum mouens liberum agens non poteſt vocari ſecundum Phil.hęc enim libertas neceſſitati repugnat, ſi ergo primum mouens neceſſario agit,ergo non libere.

Dicitur tertio agens liberum,quod ſui gratia operatur,& non alterius,& proinde hominem, qui ſui gratia eſt liberum vocamus, ſeruum vero qui alterius gratia eſt,ſecundum hoc ſignificatum Metaphiſicam liberam ſcientiam Ar. docuit prologo Meta.quoniam ſui gratia eſt, & ſic primum oĩum mouens libere agere dicitur, vt ſcribit Ariſt. 2.cœli,Deum prima intentione agere gratia ſui, quia ignobilia ordinantur ad nobilia. Tex.21.

Dicitur quarto agens liberũ,vt 6. ſuæ Metaph. docet Auicennas,illud agens quod alicui bonum impartitur,à quo nullum expectat præmium neq; retributionem,& quia Deus ſuam bonitatem omnibus rebus impartitur,à quibus nullum expectat præmium,liberum agens dicitur. Com.vlt.

Secundum philoſophum Deus dicitur agens liberum primo,tertio & quarto modo, & cum his ſtat quod dicatur etiam agens neceſſarium, ꝙa ita monet,quòd poteſt non mouere, ſi enim primum monens,poſſet non mouere,fieret etiam vt quodlibet ſub lunarium quieſcat & non ſit, & ſic mũdus poſſet nõ eſſe æternus,quod reputat abſurdũ Ariſ. 8.Phyſi.conſimiliter nullam haberet efficaciã demonſtratio,quam adducit 2.de gener.vbi demonſtrat generationem eſſe perpetuã, quoniam Deus ſempiterno motu mouet: ergo ſi Deus poteſt non mouere,fieri poſſet vt generatio nõ ſit. Quare iuxta Ariſt.ſententiam Deus neceſſario, & libere agere dici valet,libere quia non vi & coacte agit. Tex.8. Tex.16.

Nec te moueat imaginatio Scoti in hoc,qui voluit Deum agere contingenter ad extra, quia hoc eſt falſiſſimũ de mẽte Ariſ.quia ſi Deus ageret cõtingenter,ergo ita motionem producit,ꝙ poteſt ipſam non producere:ergo potuit nolle ꝓducere,ergo illud nolle in Deo eſſe potuit: ergo potuit eſſe Deus,quia ꝙcquid eſt in Deo,Deus eſt, ſed quod Deus eſſe potuit,neceſſario Deus ẽ:ergo Deus habuit,& hodie ẽt habet illud nolle,ſed hoc eſt falsũ, quia motus eſt;igitur non potuit illũ non efficere, ergo neceſſario efficit,& non contingenter. 12.ſent.diſt. 2.q.2.

Præterea.ſi Deus contingenter ageret:ergo poſſet non mouere,igitur nõ eſſet actus purus:hæc eſt rõ Ar.12.Metap.vbi primũ omniũ mouẽs actum purum eſſe oſtendit,qm̃ ſempiterno motu mouet, et ſi ſemper non moueret,actus prorſus non eſſet. Tex.30.

Tertio.oẽ agens contingens ꝙ poteſt in oppoſita ab eo actio non fluit,niſi noua cauſa concurrat, quæ hoc agens definit, & determinat ad alterũ oppoſitorum producendum, Deus ergo ſi agens contingens eſt,in oppoſita igitur põt,& ſic ab eo non fluit actio noua,niſi actio noua cõcurrat, a qua definiatur ad motum potius, q̃ ad quietem agendũ.

Rurſus.ſi primum mouens contingenter ageret,ergo potuit quandoque primum mouere,ergo ante primum motum dabitur mutatio prior, nã ſi deinde mouet,igitur eſt orta noua relatio, namq; actu mouens factum eſt,& ꝙ poterat mouere,actu mobile,atque noua relatio non acquiritur,niſi motu aliquo pacto, vel in eo quod mouet,vel in eo qđ mouetur,vel in vtroque, igitur ante mutationẽ q̃ dicitur prior,alia præfuit:hæc eſt rõ Ariſt. 8.Phyſ. quæ euertitur,ſi dabitur primum mouens contingenter mouere,ergo opinio Ariſt. eſt quòd neceſſario moueat. Tex.ſ.

Rueret quoq; ratio Ariſt.2.cœli vbi habet, ſi cęlo adderetur aſtrum,aut non moueretur, aut tardius moueretur,quæ quidem conſequentia valida non eſt,niſi quoniam Deus cęleſtis motionis cauſa effectrix,quatenus poteſt mouet,nam ſi ita non ageret, Ariſ.dici poſſet ꝙ vera eſſet ratio,ſed quia mouet contingenter propterea non concludit. Tex.30.

Adde etiam quia in æternis non differt eſſe & poſſe,vti 3.Phyſ.conſtat. igitur ſi Deus poteſt non mouere,ergo actu non mouet. Tex.32.

Ad idem etiam ducit ratio Ar. 12. Metaph. vbi oſtendit,primum motorem mouere neceſſario,ꝙa mouens immobile quod eſt actus purus aliter ſe habere neqt,neceſſario mouet, ſed primus motor ita ſe habet,eſt enim omnis motionis expers,& purus actus,ergo neceſſario mouet, quod ẽt 3. Phyſ. oſtendit,vbi probauit virtutem infinitã in magnitudine finita non exiſtere,etenim ſi in hac magnitudine virtus infinita foret,motus in non tempore fieret,ratio ideo valet quoniam agens quod ex neceſſitate naturę agit,quatenus põt operatur, qm̃ quocumq: paruo tempore dato moueret, in eodẽ virtus finita etiam mouere poſſet, veluti patet per virtutis incrementum, quid tamen tenendum eſt de hac re ſecundum veritatem,vide D. Th.p.p. & 1.cont.Gent.vide quoq. in 1.ſent. diſt.43. q.2. & de ver.q.23.art.4.& de pot.q.3.art.5. vide etiam Caiet.in apoſtillis 14.q.p.p.ſuper art. 13. vbi ſoluit rationes Scot.& præcipue illam,cauſa mouens inquantum mota,ſi neceſſario mouetur, neceſſario mouet,& alias quas adducit Scotus. Tex.35. Tex.39. q.19.artic.1. cap.76. 1.ſent.diſt. 2.q.2.& diſtin.8.

QVAESTIO V.

Vtrum Philoſophus crediderit demonſtrare mundum eſſe ęternum.

Sed non aliquando quidem erat &c.
Tex. XIIII.

QVAERITVR Quinto, vtrum Philoſophus crediderit ſe demonſtrare mundum eſſe æternum.

Aliquid põt demonſtrari dupliciter. Pro notitia huius dubii attendendũ primo,quod poteſt aliquid demõſtrari dupliciter. Vno modo abſolute veritatem propoſitionis oſtendendo,& ex propoſitionibus procedendo,inquantum ſecundum ſe veræ ſunt. Alio modo ad hominem.ſ.cõtra aliquem modum ab aliis poſitum,& ex conceſſis ab eis argumentando.

Philoſophi antiqui qui poſuerunt mundum incępiſſe dixerunt illum per motum habuiſſe initium. Sciendum ſecundo,quod antiqui Philo. qui poſuerunt mundum incepiſſe,dixerunt illum per motum eſſe productum,non conſiderantes aliter productionem vniuerſi,quam ad modum particularis productionis, in qua ſemper aliquod ſubiectum prę ſupponi neceſſe eſt,non enim intelligebant,quomodo ex nihilo aliquid poſſet fieri: quia videbant vnum quodque particulare ex aliquo præſuppoſito fieri. Nos autem dicimus mundum eſſe per ſimplicem emanationem productum,& non per mutationem cum nomine mundi vniuerſalitatem entium intelligamus.

Philoſoph. non putauit demonſtraſſe æternitatem mundi ſimpliciter; ſed ad homi nem. Dicitur itaque primo,quod Philoſophus nõ putauit ſe demonſtrare ætermitatem mundi demonſtratione ſimpliciter.Quod patet quia ipſe. 1. Topicorum cap.9.dicit, quod quædam ſunt problemata dialectica,de quibus rationes non habemus, ut utrum mundus ſit æternus. Tex.10.

Nec valet ſi dicatur,quod materias illas, quas nondum determinauerat,pertractabat tantum ut probabiles,ſi aliquando de eis ſermo incidebat, & quia nondum determinauerat mundum eſſe æternum,ideo dixit ipſum eſſe problema. Nulla enim in loco illo neceſſitas erat faciendi de cœlo mentionem,poteratque alia exempla adducere, quæ vera eſſe putaret,vnde cum illud adduxerit pro exemplo,videtur illius opinionis fuiſſe.

Nec etiam obſtat,quod logicalibus ſæpe vtitur exemplis ſecundum aliorum opiniones, etſi enim id quandoque accidat,non videtur tamen rationabile,quod vtatur exemplo oppoſito veritati,quam demonſtratiue tenuerit.

Vbicunq; ẽt de hac materia loquitur,inducit antiquorum teſtimonia,quod videtur eſſe perſuadẽtis,& non demonſtrantis. Nec obſtat induci opiniones aliorum,poſtquam demonſtrauit quia hoc falſum eſt, apparet enim 8.Phyſi. quod prius per aliorum opiniones oſtendit tempus eſſe æternum quam per rationem. Dicitur ſecundo,quod Philoſophus credidit ſe demonſtrare ad hominem,quod patet ex eo,quod tam in 8.Phyſic.quam in 1.cœli,præmittit opiniones Anaxa.Emped.Plato.& aliorum, contra quos intendebat arguere, in ſignum quod intendebat monſtrare perpetuitatem motus & cœli contra eorum modum,quo dicebant mundum per mutationem quandam eſſe productum. Apparet idem ex rationibus ſuis,quæ procedere videtur contra productionem vniuerſi ex aliqua ſuppoſita materia vt maxime apparet 1.Cœli. Tex.90.

Confirmatur vtrumque dictum hac ratione, Phyſici eſt demonſtrare per ea quæ phyſici ſunt, & ex his quæ in phyſicis per ſe nota ſunt, ſed ex his quæ in phyſicis ſunt nota, probari non poteſt quod aliquid per creationem non incæperit,ſed tãtum,quod non incæperit per mutationem, vt patet:ergo &c.Hæc duo dicta tenuit Albert. tenuit etiam hic S.Thom. Alb.8.phyſ. cap.1.& 14. & S.Tho.1. parte q 46. art.1.

Dicitur tertio,quod licet Philoſoph. non putauerit ſẽ mundi æternitatem demonſtrare,illud tamen firmiter tenuiſſe ſatis manifeſtum eſt,cum totam ſuam conſiderationem de prima cauſa & intelligentiis ſupra æternitate motus fundauerit, & in 2.de generatione perpetuitatẽ generationis ex perpetuitate primi motus oſtẽdat,hoc poſuit S.D. 8.Phyſic.Vnde inquit hoc loco S.Thom. Philoſophum ſupponere hoc tanquam probatum,intelligendum eſt de probatione ad hominem, & multũ apud eum perſuaſiua:non autem de ratione demõſtratiua ſimpliciter. Tex.55.

Nec reputandum hoc inconueniens: multa.n. firmiter tenemus, quorum demonſtrationes non habemus,ſicut iſtum eſſe parentem noſtrum, & hanc noſtram eſſe genitricem, & de multis aliis. Te.13.& 12. Metha.text. comm. 50.

ADDITIO.

Nouitas mũdi eſt, ſicut myſterium Trinitatis.

CIRCA illam propoſitionem,quæ habetur in ſecundo notabili,Philoſophus non putauit ſe demonſtrare æternitatem mundi demonſtratione ſimpliciter,ratio iſtius propoſitionis eſt, quia nouitas mundi ſe habet in hoc negotio,ſicut myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis,ſed tale myſteriũ ſola fide tenetur,& demonſtratiue probari non poteſt,igitur & nouitas mundi.

Quia medium ad probandum mũdum incæpiſſe,aut ſumeretur ex parte Dei creantis,aut ex parte creaturæ, nõ primo quia Deus agit per voluntatẽ, & diuina voluntas inueſtigari per rationem non poteſt, ſed tantum manifeſtatur nobis per reuelationẽ cui innititur fides.

Nec ſecundo eſſe poteſt, quia creatura quantum eſt de ſe,& ſecundum rationem ſpeciei abſtrahit ab hic & nunc,propter quod dicitur quod vniuerſalia ſunt vbiq; & ſemper:ergo per ipſam creaturam probari non potest aliquid eſſe de nouo.

Præterea articuli fidei demonſtrari non poſſunt,quia fides eſt argumentum non apparentium, ſed mundum incepiſſe eſt vnus de articulis fidei,iuxta illud credo in vnum Deum factorem cœli &c. Heb.ca.11.

Immo inconueniens eſt adducere aliquas rationes præcipue ſophiſticas,ad probãdum articulos fidei, quia tũc exiſtimarent infideles propter illas rationes nos credere articulis fidei,& ſic irriderent nos.

Rurſus ex hoc euacuaretur meritum fidei,ut habet Gregor.in quadam homilia, fides non habet meritum,

tum, vbi humana ratio præbet experimentum.

Adde etiam quia actio agentis est instantanea, & non est necesse agens esse prius facto, sicut patet in illuminatione medii, sed creatio qua mundus creatur, est instantanea, ergo nō potest demonstrari, quod Deus fuit ante mundum.

Et licet inter Philosophos, & Theologos fuissent variæ opiniones de productione mundi, rei veritas tamen est, quod non potest demonstrari mundum in-
Tex.4. cepisse.

Licet dicat Auer. in hoc 8. phys. quod repugnat principiis naturæ produci de nouo, quia a voluntate noua nihil æternum, igitur ab æterno nihil noui.

Præterea. Deus, & natura de possibilibus semper eligunt quod melius est, sed mundum semper esse est melius, & possibile, quam quandoque esse, veluti esse est melius ipso non esse, igitur æternus est mundus.

Tertio. bonum est sui ipsius diffusiuum & communicatiuum: ergo maxime & infinite bonum est maxime & infinite sui ipsius diffusiuum, sed Deus est maxime & infinite bonus: igitur ab æterno fuit mundus.

Quarto Deus producit mundum secundum suam potentiam, quæ est infinita, & potentia infinita producit effectum infinitū, & infinitæ durationis: igitur Deus produxit mundum ab æterno, sed Auer. in hoc non est sibi constans, sicut & in multis aliis fecit, Præcipue in
Commē.51. intellectione primi principii, siquidem 12. metaph. voluit primum principium non intelligere ea quæ sunt hic, quia nullus intellectus in actu intelligit minus nobile, sed Deus est intellectus in actu et cetera.

Vnde subiungebat, Imp. est Deum intelligere vilius, aut nobilius, & tertio de anima contra Themistium aie-
Commē.36. bat, qui comprehendit minus perfectum ex eis comprehendentibus, quæ non sunt admista materiæ, necesse est vt comprehendat perfectius, & non econtra.

Et eodem libro loquens de intellectu agente dice-
Commē.19. bat, quod intellectus agens non intelligit aliquid eorum quæ sunt hic.

Et in libro de beatitudine animæ scripsit, quod non est alia natura quæ apprehendat intelligibilia materialia nisi homo, vilesceret igitur diuinus intellectus, si hæc intelligeret.

Quod tamen est expresse contra mentem Arist. qui 5. Metaph. arguit contra Emp. quod si Deus non co-
Tex.15. gnosceret quæ sunt hic, sequeretur quod esset insipientissimus, & quod animal mortale sit scientius eo.

Et 10. Eth. ait, quod Deus gaudet de eo qui nititur sibi assimilari, & in libro de bona fortuna, concedit ip-
c.10. sum Deum cognoscere futura. Et ipsemet Auerr. 2. Physic. & 12. Metaphys. concedit Deum habere solicitudinem de indiuiduis, & 2. de anima ait, quod miseretur eis, & 10. Ethic. capit. 10. ait, quod dignius est ergo
comm. 37. vt benefaciat eis, qui amant ipsum plus, & vt honori-
comm. 34. ficet eos, & visitet eos, sicut dispositio amici cum amico.

Quemadmodum ergo non est sibi constans in hac disputatione de intellectione primi principii, ita & in hac de creatione, quia secundo Metaph. ponit creatu-
comm.1. ram; igitur debet ponere & creatorem, cum sint relatiua.

Et in lib. de substantia orbis ponit, quod cœlum indi-
comm.21. get virtute non solum dante sibi motum, sed & largien-
comm.31. te esse permanentiam, & 7. Metaphysic. habet quod id quod mouit Aristo. ad ponendum mouens, quod separatum est a materia, fuit in factione substātiarum separatarum, siue virtutum intelligibilium, ex quibus verbis sumitur substantias separatas esse factas; ergo ex nihilo productas, & sic creatas: non ergo faciendum est fundamentum in verbis Auer. cum non sit sibi constās, vt diximus.

Rationes quoque suæ de facili soluuntur, & ad pri- Solutio rationū Auer.
mam negamus similitudinem, quia voluntas antiqua ē perfectior, & ita potest agere quicquid noua aget, sed non econtra.

Ad secundam dicimus, quod antecedens est scitum a nobis pro maiori, sed vtrum mundum semper esse sit melius, est dubitatum, & in mente Dei reconditum.

Ad tertiam dicimus, quod licet Deus sit maxime bonus, & de se maxime communicabilis, sed quod non ab æterno se communicauit ad extra, hoc prouenit ex sui voluntate, & ex parte rerum producibilium, quibus repugnat produci ab æterno, cum enim Deus se cōmunicet per intellectum & voluntatem, & diffundit se quandiu, & quantum vult, & intelligit secundum quod congruit fini rerum, quibus diffundit suam bonitatem.

Et sic dicimus quoque ad quartam, quod Deus agit De potentia
secundum suam potentiam moderatam suo intellectu, Dei q. lata
& voluntate.

Nec terreat te argumentum illud, quod dicunt esse Achilem, si Deus fuit ab æterno, & mundum non produxit, quæritur, quid fuerit in causa, quia aut potuit et voluit producere, aut nec potuit nec voluit producere, aut uoluit producere, sed non potuit, quia inerat sibi aliquod impedimentum, aut potuit, sed non voluit: si detur primum habetur iam intentum, quod mundus fuit ab æterno: si vero alterum, quod nec potuit nec voluit, sequitur quod nec postea vellet, nec posset, et esset imperfectus, et perfectior postea: si tertium, quod voluit sed non potuit, pariter esset imperfectionis, quæ repugnat primo principio: si quartum, quod potuit, sed non voluit: ergo fuit inuidus cum posset bonum communicare, et noluit agere, et inuidia omnis est releganda a Deo: cum ergo nullum horum sit dare sequitur quod mundus sit æternus.

Soluitur hoc dicendo, quod Deus ab æterno potuit, Solutio A-
et uoluit producere mundum, sed pro eo tempore quo chillis philo-
ipsum produxit, Deus habuit hanc voluntatem æter- sophorum.
nam, volo producere mundum in tali tempore, nec est inuidiæ adscribendum, sed diuinæ voluntati quæ est ipsamet diuina sapientia, quia non facere bonum quando aliquis potest, non est inuidiæ: debet enim bonum fieri cum oportet, & quomodo oportet: ita decuit diuinam uoluntatem mundum in tempore facere, quia non oportebat creaturam esse suo creatori coeternam, ut ait D. Lect.1.
Thom. in hoc 8. phys.

Et vlterius ita factum est, ut nobis ostenderet Deum non eguisse hoc mundo, sed potius mundum indigere Deo, et ut per hoc clarius agnosceretur ipsum esse causam omnium, quia omne nouum indiget innouante, quod non ita cognosceretur, si mundus esset æternus.

Et ex hoc etiam cognoscimus quod Deus est infini- q 25.
tæ virtutis, ut ostendit D. Thom. p. p. et etiam agnosci- Vide D.Th.
tur, quod agit per intellectum et uoluntatem producen- p. p. q. 19.
do mundum quando voluit: hinc etiam oritur, quod c. de relati-
creaturæ timent, et uenerantur ipsum, quia uident om- uis.
nia ab eius potestate pendere.

Et si dicis exemplum et exemplatum sunt relatiua, et natura relatiuorum est, ut ait Arist. in præd. quod posito uno ponitur reliquum, et uno remoto remouetur et reliquum; si igitur Deus, qui est exemplar ipsius mundi est æternus, unde dicitur mundus Archetypus, quare et exemplatum (quod est hic mundus)

non

non sit æternum.

Ad hoc dicitur, quod licet exemplar fuerit æternū, tamen relatio qua exemplar refertur ad exemplatum non est ęterna, quia sunt relatiua tertii ordinis, vnde relationes temporales non sunt reales in Deo, sed in ipsa creatura, & per easdem denominatur Deus Dominus, creator, & gubernator noster, quia nos sumus serui, & creaturæ ipsius, sicut columna dicitur dextera per mutationem illius, qui refertur ad ipsam, cum prius non referebatur, vt docet D. Thom. p. p. & vtitur exemplo
q. 13. arti. 5. Ar. 5. Metaphysic. de scibili scientia, namque scibile nō
ca. de relatiuis. refertur ad scientiam, nisi quia scientia refertur ad scibile.

Ex his ergo habes, nullam rationem posse cogere nos, vt dicamus Ar. demonstrasse ęternitatem mūdi demonstratione simpliciter, sed tantum ad hominem, cōtra quos disputabat, vt erat Anax. Democritus, Empe. Melissus, Plato, & cum cæteris.

Plato. Plato asseruit vna cum tempore fuisse productum mūdum, & duraturum perpetuo, sicut & nos ponimus, & dicunt nonnulli hoc accepisse a summo scriptore librorum genesis Moyse.

Anax. Anaxagoras quoque posuit mundum factum fuisse a diuina mente, & infinito ante tempore mentem antecessisse, & postea mundum fecisse, quam mentem Deū benedictum sine dubio intelligere voluit.

Democritus genuit mundum ex atomis indiuisibilibus casu, & fortuito concurrentibus.

Empedocles genuit mundum ex odio & amore.

Orpheus. Orpheus cuius meminit Ar. 1. Metaph. asserebat res nō vere posse dici factas ex nihilo: quoniam factę sunt ex Dei sapientia, in qua præerant omnia.

Propterea Ar. libro de mundo ad Alexand. dicebat, vetus fama est, & quidem hæreditaria mortalium omnium vniuersa à Deo, & per Deum nobis esse constituta.

Sed quia isti antiqui ponebant varios modos, quibus dicebant mundum fuisse genitum, & hos destruit Ar. per rationes suas, quòd si mundus incepit, ergo aliqua mutatione incepit, sed omnis mutatio supponit subiectum; ergo antequam mundus esset factus, fuit subiectum, & sic mundus erat antequam fuisset factus, quæ ratio concludit mundum non esse factum per motum, & mutationem; hæc est illa, quæ requirit subiectum, vt
Iuxta finē. ait Phil. 1. phsic. quòd si fieri debet, hoc animal puta vermis fit ex non hoc animali, sed non fit ex non animali simpliciter, sed si fieri debet animal simpliciter, fit ex non animali simpliciter; ista mutatio non requirit subiectum, si mutatio dici debet largo vocabulo, quia est productio à non esse simpliciter totius ad esse simpliciter totius, verius tamen dicitur simplex emanatio, siue creatio, & sic concludit alia ratio de tempore, quod si mundus incepit; ergo incepit & tempus, & sic esset tēpus ante tempus, cum tempus supponat ante.

Conceditur ratio hæc, si mundus incepisset, vt dixerunt antiqui præcipue Emped. per litem, & amicitiam, sed non concludit contra nos christianos, qui ponimus mundum incepisse per simplicem emanationem, & simul etiam incepit tempus, iuxta illud Genes. 1. in principio, scilicet temporis, vel in principio idest cum tempore, vel ante omnia creauit Deus cœlum & terram.

Vide D. Thom. p. p. vbi exponit istam propositionē
q. 46. art. 2. tripliciter contra tres errores Antiquorum scilicet, Manichæorum, Auicennæ, & Arist.

QVAESTIO VI.

Vtrum augmentatio sit motus continuus.

Neque enim augeri, neque minui &c.
Tex. XXIII.

QVÆRITVR Sexto, Vtrum augmentatio sit motus continuus, & videtur quod sic.

Primo. Idem est dicere motus, & vnus motus, sicut homo, & vnus homo. 1. Elenchorum; sed augmentatio est motus 5. Physi. ergo est vnus motus: Tex.8.
sed idem est dicere vnus motus & continuus: ergo &c.

Secundo. Continuum non potest per motum ac- Cap.4.
quiri nisi continue, vt patet de motu locali, sed per augmentationem acquiritur quantitas continue: ergo &c.

Tertio. De ratione motus est continuitas, vt patet per Comment. 3. Phy. sed augmentatio est motus: ergo &c.

Quarto. Philosophus 6. Physic. ostendit tam in motu augmentationis quam in motu locali non Comm.6.
dari primam partem, quod etiam est de mente S. D. ibidem, sed hæc est conditio motus continui: ergo &c.

Respondeo. Primo notanda sunt aliqua. Secun- Tex.49.
do dicetur ad quæstionem.

Quantum ad primum. Sciendum primo, quod non est idem dicere, proprie loquendo augmen- Non est idē
tum, & motus augmenti: quādo enim aliquod cor- augmētum
pus efficitur maius per additionem quantitatis so- & motus au-
lam, sicut cum lignum additur ligno vel linea li- gmenti.
neæ, est quidem augmentum, sed non est motus augmenti, talis enim additio fit sine motu eius qđ augetur: quando autem id quod augetur, à principio intrinseco per se ad quātitatem maiorem mouetur: ita quod totum, & quælibet pars augeatur: tunc est proprie motus augmenti, & in solis viuentibus reperitur.

Sciendum secundo, quod ad augmentationem
uiuentium multi motus concurrunt, motus scili- Ad augumē-
cet localis nutrimenti ad loca digestionis, altera- tationem vi-
tio nutrimenti, quod à principio dissimile est ei ꝙ uentiū mul-
augetur, generatio, & corruptio per quæ nutrimen- ti motus cō-
tum propriam formam amittit, & accipit formam currunt.
aucti, nutritio per quam restauratur deperditum; oportet enim prius restaurari deperditum, antequam maius aliquid accipiatur, vltimo est incrementum siue auctio ad maiorem quātitatem. Ali-
quando ergo accipitur augmentatio pro omnib. Augmenta-
istis motibus simul sumptis, aliquando pro cōuer- tio pluribus
sione nutrimenti in corpus animatum in maius modis pōt
quam sit deperditum, aliquando autem pro ipsa accipi.
sola mutatione corporis animati ad maiorē quantitatem ab anima. s. facta. Prima acceptio est impropria, augmētationem enim ponit Philosophus motum ab aliis distinctum, non autem quandam mutationum aggregationem. Secunda itidem acceptio impropria est: motus enim qui est conuersio in substantiam, licet maiorem, primo, & per se est ad substantiam, secuudario autem ad quanti

tatem, motus autem accipit speciem à primo & per se termino, non autem à secundario, vnde magis dicetur illa conuersio esse quædam partialis generatio, quam augmentatio. Tertio autem modo proprie dicitur augmentatio, quia primo, & per se est ad quantitatem maiorem. Loquimur ergo de augmento viuentium proprie, & per se accepto.

De continuitate augmenti viuentium contingit multipliciter loqui.

Sciendum tertio, ꝙ de continuitate augmenti viuentium contingit multipliciter loqui, cum enim ad continuitatem requiratur vnitas mobilis tēporis & formæ, primo loqui possumus de perfecta cōtinuitate, hæc tria quæ dicta sunt comprehendente, secundo de continuitate, vt solam vnitatem temporis dicit, seu etiam primi subiecti vnitatem, sed non formæ acquisitæ per motum, scilicet ꝙ aliquid moueatur quidem absque interruptione per tempus determinatum, sed tamen quantitas quam simul acquirit, non sit continuata, sed in plures partes diuisa.

Sciendum quarto, ꝙ de continuitate quantum ad tempus dupliciter loqui possumus. Vno modo quātum ad totum tempus, quo animal in vita sua augetur. Alio modo quantum ad aliquam partem temporis, verbi gratia quantum ad augmentum factum in mense, aut in die, aut in quacunque alia parte temporis, primum potest dici totale augmētum, secundum potest dici partiale.

Augmētum quo totum corpus augetur; non pōt esse perfecte continuum.

Quantum ad secundum, sit hæc prima conclusio. Augmentum, quo totum corpus augetur, non potest esse perfecte continuum, probatur. Ad perfectam continuitatem requiritur vnitas siue continuitas formæ secundum quam est motus 5. Physi. Sed quantitas, qua totum corpus augetur, non est continua, cum augmentum in poris fiat, qui non sunt adinuicem continui: ergo &c. (Tex. cō. 40.)

Aduertendum autem, ꝙ licet quantitas totalis non habeat perfecte continuitatem, sed colligationem quandam, vt etiam patet 5. Meta. tamen pars quantitatis, secundum quam in aliqua porositate fit augmentum, continua est. (Tex. 8.)

Augmentatio rei viuētis non est continua secundum tēpus.

Secunda conclusio est. Augmentatio totalis rei viuentis non est continua secundum tempus. Voco motum continuum secundum tempus, quando inter partes motus nulla intercidit quies media. Probatur, q̃a ad sensum videmus, quod animalia, & plantæ vno augētur anno: postquam vero ab auctione aliquo tempore quieuerint, iterum augentur, ꝙ contingere potest aut ex defectu alimenti, aut ex debilitate seu infirmitate virtutis. In hac conclusione fere omnes conueniunt.

Motus partialis augmēti non est continuus, sed ē ex pluribus motibus, & quietibus cōpositus.

Tertia conclusio est. Motus partialis augmenti non est continuus, sed est ex pluribus motibus, & quietibus compositus. Probatur. In nullo motu continuo datur prima pars motus, sed in augmentatione datur: ergo &c. Maior est Philosophi 6. Physi. minor vero est Comm. 8. Physi.

Ad istam rationem posset primo dici, ꝙ motus dupliciter accipi pōt. Vno modo pro forma fluente. Alio modo pro fluxu. Ad maiorē ergo dicitur, ꝙ licet in motu continuo nō detur prima pars motus, accipiendo motum pro fluxu, potest tamē dari prima pars motus, motum pro forma fluente accipiendo, potest enim aliqua pars quantitatis in instanti produci, deinde cōtinue illa quantitas augeri. (Tex 49. Comm. 23.)

Sed contra istam responsionem arguitur dupliciter.

Primo, quia secūdum Phil. in 6. Phy. tempus, mobile, & forma sibi inuicem proportionantur, scilicet vt medietati temporis correspondeat medietas mobilis, & medietas formæ, & sic in infinitum secundum partes proportionales diuidendo: sed in tempore mensurante motum non est accipere primam partem, vt ibidem probat Phil. ergo neque etiam formę. (Tex. 37.)

Secundo per rationem Comm. arguitur. Data hac responsione sequitur instantia adinuicem continuari, sed hoc 6. Phys. improbatur. ergo &c. Probatur consequentia: per te ista determinata quantitas in instanti acquiritur: ergo quantitas æqualis illi etiam in instanti acquiretur, cum nō sit maior ratio de vna quam de alia, & per te per motū continuum sit quantitatis augmentatio: ergo instātia erunt sibi immediata. (Tex. 47. Tex. 1. &c.)

Posset secundo ad rationem dici, ꝙ mens Commen. est dari primam partem quantitatis acquisitæ potentem. s. per se existere, non autem primam partem alteri inexistentem, vnde non sequitur, q̃d detur prima pars motus simpliciter. (Vide ista verborum Auerr.)

Sed contra hoc dupliciter arguitur, primo probando minorem: secundo ostendendo responsionem non esse ad intentionem Commen.

Primo igitur arguitur, ꝙ datur simpliciter prima pars quantitatis introductę, & per consequēs prima pars motus, cum motus secundum mentē Comm. & penes omnes philosophos nō distingua tur à termino motus. Si non datur prima pars quā titatis introductæ, sequitur, ꝙ nō dabitur eius primum esse, sed hoc est falsum: ergo &c. consequentia nota est, falsitas consequentis est de mente Philosophi inferius, vbi ostendit, cuiuslibet rei permanentis dari primum esse. (Vide q. sed dam 3. Phy.)

Secundo ad idem. Si datur primum potens per se existere, non autem primum inexistens, & illud primum per se existens, successiue acquiritur, sit tp̄s mensurans illam successionem, a, b, & diuidatur in c, tunc mobile quiescat in c: nō. n. repugnat id, ꝙ per aliquod vnū tempus moueri potest, posse per medietatem tantum illius temporis moueri, & in instanti medio quiescere. Tunc sic. Aut immediate temporis mobile acquisiuit aliquam quā titatem, aut nullam: non nullā, quia nō fuisset motus ad quantitatem: non aliquam, quia tūc minor minima potēte per se esse ꝑ se existeret: ergo &c. (Ratio pulchra.)

Quod non sit ad mentem Comment. arguitur primo. Tu dicis illam primam partem, quę per se existere potest, successiue acquiri, sed ipse eā partem quàm dicit esse primam, & minimam fieri, dicit in instanti, & esse indiuisibilem in factione: ergo absolute loquiť de prima parte ꝑ motū facta.

Secundo, quia ipsemet hanc responsionem destruit, dum inquit ibidem. Et etiam non possumus diuidere istas partes secūdum numerum partium temporis sensibilium, ita ꝙ generatio istarū partium continuetur per continuationem partium tē poris, in quo dicimus rē augeri digitaliter, scilicet vt sint non distinctæ abinuicem, non enim potest aliquis fingere hic esse partes, quæ sunt in actu nō distinctæ abinuicem &c. (Vide Ioan. Canonicū in li. de gener. q. 13. vbi latius pertractatur hæc disputatio.)

Si dicatur, quod Comme. in eodem commento dicit idē de motu locali, quod scilicet prima pars eius sit subito, vbi tamen constat, quod prima pars magnitudinis pertransire non datur simpliciter.

Dicitur quod instantia non est ad propositum. Ibi enim loquitur de parte improprie dicta, prout scilicet primū indiuisibile à quo incipit motus, dicitur improprie prima pars, quod patet ex solutione quam ipsemet ponit, dicens: Cum igitur considerauit illic de motu, secundum quod est continuus, dixit quod non habet primam partem, & cum considerauit hoc secundum quod est generatus, postq̃ non fuit, & generatum est determinatæ quantitatis, dixit quod habet primum. Inferius autem id quod adduximus, intelligit de prima & minima parte quantitatis, quæ acquiritur simul dum viuēs augetur; licet illa diuisibilis sit.

Secundo arguitur ad conclusionem auctoritate Philosophi dicentis, augmentum non esse continuum, (hic Tex. 23.)

Respōdetur quod Phil. ibi nihil aliud intendit, quam quod motus augmenti non est cōtinuus ad motum Heracliti, qui ponebat omnia semper moueri, licet aliqui motus laterent, non autem quin aliqua augmentatio partialis sit motus continuus.

Sed quod hæc expositio ad mentem Philosophi non sit, ostenditur. Licet enim principaliter intendat opinionem Heracliti destruere, tamen ad eius destructionem vtitur hoc medio, quod augmentum partiale non est continuum, ex quo sequitur quod augmentabilia in continuo motu augmēti non sunt.

Guttæ lapidē cōcauantes quid agunt.

Quod autem hęc sit eius intentio, apparet ꝑ exēpla quibus positionem suam declarat. Primum est de guttis lapidem concauantibus, vbi licet pars lapidis primo remota in plura diuidatur, nulla tamē pars seorsum per partem guttarum amota est, sed simul omnes. Secundum est de multis trahentibus nauem, quia non oportet, quod pars trahentium per partem spatij proportionabiliter trahant nauim, si omnes per tale spatium simul trahant, ex quorum similitudine relinquit, quod simul in augmentatione introducitur aliqua pars quantitatis, licet habeat partes, & non oportet secundum diuisionem temporis proportionabiliter partes quantitatis introducere, similiter in diminutione simul aliqua determinata quantitas abiicitur.

Trahentes quoque nauem, vide ad ꝙ ducunt.

Tertio probatur auctoritate Commen. 3. enim Phys. dat differentiam inter motum augmenti, & motum localem, quia motus augmenti de initio ad finem componitur pluribus motibus & plurib. quietibus. In vno autem motu translati qui est de principio ad finem non interponitur quies. (Comm. 6.)

Si dicatur quod loquitur de totali augmento.

Contra: tum quia sic non differret motus augmenti à motu locali: tum quia subiungit quod videmus aliqua augeri per annum vno digito, & remotum est, vt ille digitus diuidatur per omnes partes temporis illius, quoniam minus tempus sensibile non habet ex eo partem sensibilem.

Si dicatur, quod licet minimum tempus sensibile sensibilē partem non habeat: tamen insensibilē.

Contra hoc arguit ipsemet Comme. 8. Phys. q̃a terminus entis in actu est vt sit tangibile, cū sit impossibile inuenire corpus non tangibile, & omne tangibile comprehenditur per sensum tactus. Quę verba introducit ad probandum, quod in augmentatione non sunt partes, quæ non comprehendātur à sensu. Item ait quod non est hic motus cōtinuus in rei veritate, nisi motus localis. (Comm. 25. Ibidem.)

Si dicatur, ꝙ accipit continuum pro perpetuo.

Contra. Nam rationem huius assignat, quia q̃libet minima pars magnitudinis sit in instanti: & quia non possunt istæ partes adinuicem continuari, nisi continuentur instantia. Vbi patet quod non de perpetuitate, sed de vera continuitate loquitur, Item 8. Phys. ait, quod nullus motus est continuus in rei veritate, nisi motus localis, & cum ita sit, necesse est quod motus localis sit etiam primus in tē pore. (Comm. 56.)

Quarto arguitur auctoritate S. D. vbi ait, quod augmentum corporale in animalibus & plantis, non est motus continuus. (22. q. 24. articu. 6.)

Dicitur ergo, quod quando viuens augetur, nulla quantitas ibi continue fit: sed disposita materia ad minimam quantitatem, quæ in illa materia possibilis est, illa in instāti introducitur, tunc vlterius disponitur materia per alterationem, aut motum localem, qua disposita introducitur in instanti alia quantitas, ita quod inter primam & secundam cadit quies media: quia. s. inter introductionē primæ & secundæ quantitatis, nulla quantitas introducitur: ideo in illo tempore intermedio viuens non augetur. (2. q. 51. ar. 3. Et 12. q. 52. art. 3. Et 6. physic. exp. tex. 32. lect. 5. Et 8. physic. exp. tex. 23. lect. 5.)

Motus augmenti est secundū quid continuus.

Quarta conclusio est. Motus augmenti est secūdum quid continuus. Hanc conclusionem ponit S. D. 6. Physi. vbi supra; vbi ait, quod demonstrationes in 9. Physi. positæ, pertinent quidem ad motum localem perfecte: ad alios autem motus non totaliter: sed secundum quod aliquid continuitatis, & regularitatis participant. Eandem conclusionem videtur ponere Commen. 3. Phys. vbi inquit, q̃d ex ratione motus apparet continuatio motus: & inferius subiungit, quod continuatio in motu locali est manifestior, quam in augmento, ex quibus relinquit quod augmentatio aliquo modo est continua. (Comm. 6.)

De ratione continuitatis motus duo sunt.

Pro cuius declaratione aduertendum est, quod de ratione continuitatis motus simpliciter duo sunt, successio, scilicet partium eius: quia inquam vna pars alteri succedit, & vnio illarum partium ad vnum terminum communem, quorum vtrumque inuenitur in motu locali: mobile enim prius vnam partem magnitudinis transit, quam aliam, & partes motus sicut partes magnitudinis inuicem continuantur. Augmentum autem non habet vnionem & coniunctionem partium motus, cum quælibet eius pars sit instanti mensurata: sed bene habet successionem, non enim introducitur simul tota quātitas eius, quod augetur, sed vnum minimū post aliud minimum successiue, & hoc modo augmentum aliquid de cōtinuitate motus participat: quia successionē in suis partibus habet, per quod differt à generatione, quæ simul tota est.

Si autem instetur contra hoc, sic arguendo. In augmento in instanti introducitur minima quantitas:

titas:ſed in inſtanti non poteſt eſſe ſucceſſio: ergo in augmento non eſt ſucceſſio.

Dicitur quod illa inſtantanea mutatio, quæ eſt factio minimæ quantitatis, non vocatur apud Sa. Thom. & Comment. motus augmenti, cum per minimum quantitatis non appareat viuēs maius notabiliter; ſed aggregatum ex pluribus huiuſmodi inſtantaneis mutationibus, dicitur motus augmenti, & per hoc ab illuminatione, quæ inſtantanea eſt, motus augmenti differt, & ideo dixit Commen. 3. Phyſic. ꝙ motus augmenti componitur ex pluribus motibus & pluribus quietibus. Com. 6.

Si iterum inſtetur, ꝙ omnis vnus motus menſuratur, aut vno quodam tempore, aut vno inſtanti. iſtud negandum eſt de motu qui non eſt ꝑfecte vnus, nec perfecte continuus, ſed ſecundum quid, ſicut eſt de motu augmenti, qui nō eſt vnus, niſi quia quantitates in diuerſis inſtantibus factæ vniuntur, eas dico quæ in eadem corporis parte fiunt.

Si poſtremo inſtetur, ꝙ tunc motus augmenti non dicetur magis vnus quam duo motus locales duorum mobilium, quę ſuper duo ſpatia continua mouentur; licet etiam inter illos motus intercidat quies media.

Dicitur quod non eſt ſimilis ratio: præter continuitatem enim quantitatum in motu augmenti videtur eſſe quaſi quædam continuatio, dum alterato nutrimento, & in ſubſtantiam ſecūdum partem conuerſo, quædam minima pars quantitatis introducitur, deinde tranſmutatur alimentum ad hoc vt alia quantitas introducatur. Vnde trāſmutationes alimenti videntur quaſi cōtinuare vnam inſtātaneam factionem quantitatis cum alia.

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur. Ad primam dicitur primo, ꝙ aliquis motus augmentationis eſt vnus, ſed non ſimpliciter vnus. Dicitur ſecundo, quod ſicuti motus eſt vnus, ita eſt continuus, ſi eſt vnus ſimpliciter, debet eſſe continuus ſimpliciter, ſi eſt vnus ſecundum quid, debet eſſe continuus ſecundum quid, & ſic conceſſum eſt in quæſtione, ꝙ augmentatio ſm quid eſt continua. Solutio dubiorum.

Ad ſecundam dicitur, ꝙ dupliciter poteſt acquiri continuum. Vno modo per modum continui, quando. ſ. acquiritur per partem poſt partem, loquendo de partibus proportionalibus, quando. ſ. prius acquiritur medietas, quam totum, & prius medietas medietatis &c. Et in hoc ſenſu conceſſa maiore negatur minor. Alio modo per modum indiuiſibilis: quia. ſ. ſua factio indiuiſibilis eſt, & tunc negatur maior: poteſt. n. aliqua quantitas ſimul per partem augmentationis acquiri, licet per motum localem ſimul pertranſiri non poſſit. Continuum dupliciter poteſt acquiri.

Ad tertiam dico, quod de ratione motus eſt cōtinuitas vel ſimpliciter dicta, vel ſecundum quid, & iſta fuit mens Commentator. vnde etiam conceſſum eſt, quod augmentatio eſt ſecundum quid continua.

Ad quartum reſpondetur, vt eſt de mente S. D. 8. Phyſ. ꝙ dupliciter de motu augmenti loqui poſſumus. Vno modo inquantū abſolute motus eſt. Alio modo inquantum eſt talis motus huius mobilis. Primo modo omni motui conuenit eſſe continuum non repugnanter, & non habere primam partem. Secū do autem modo repugnat alicui motui, ſicut cuilibet quantitati conuenit eſſe in infinitum diuiſibilem, conſiderata communi ratione quantitatis, & non eſt dare minimam partē: repugnat autem quantitati naturali inquantum naturalis eſt: quia cuiuſlibet rei naturalis datur minimum, vt in primo eſt oſtenſum. In expo. tex. 23.

Dicitur ſecundo quia Philoſophus in ſexto determinauit de motu in communi, in octauo autem de motu applicādo ad determinata mobilia, ideo ibi dixit nō dari primum in motu, hic autem dicit dari primum in augmento: poſſet enim continuus eſſe motus augmenti, conſiderata communi rōne motus: conuenit autem ſibi non eſſe continuum in quantum eſt talis motus rei naturalis &c. Conatur Ar. in 6. Phyſic. intentio quoque eius in hoc habetur in hac q.

ADDITIO.

CIRCA continuitatem motus augmenti, nota ꝙ motus ſequitur dominium agentis ſupra reſiſtentiam, ſic ꝙ ſi actiui ſupra paſſiuum ſit æqualitas aut minoritas, non inde fiet motus; neque cum illa circunſtantia fieri poteſt.

Si autem ſit naturaliter actiuum, & denominans paſſiuo ſufficienter applicatum ſine impedimēto ſit actio, impedimentum quod remouetur, hic non intelligitur reſiſtentia mobilis ad motorem, neque reactio, ſed intelligitur illud, quod ſi adeſſet adiuuando mobile, non ſuperaret agens reſiſtentiam mobilis.

Cum enim omnis motus, de quo ſermo eſt, ſit temporalis, oportet mobile reſiſtere mouenti; eſt enim reſiſtentia cauſa ſucceſſionis operis; quemadmodum dominium agentis eſt cauſa operis ſucceſſiui, hæc dico ad excludendos motus intentionales, quales ſunt ſenſatio, intellectio, volitio, qui fiunt in inſtanti, vt ait Auerr. 2. de anima. Similiter ſi agens fuerit voluntarium determinatum per appetitum, etiam fit actio, ſuppoſito ꝙ aliunde non veniat defectus, puta ſi in agendo requiratur inſtrumentum non deficiat ex eo, vt nauta intendente regere nauem fracto temone, aut remo &c. tunc quantitati dominii correſpondeat quantitas velocitatis, ſic ꝙ ſi magnum eſt dominium, magna eſt velocitas, ſi paruum, parua, ſi mediocre, mediocris, & ſi nullum, nulla, & ſi infinitum, infinita, & ſi infinite paruum eſſet dominium, infinite parua eſſet velocitas, niſi forte natura rei prohiberet, etſi vnum dominium eſt duplum, vel triplum, vel in alia proportione ſe habens ad alterum dominium, etiam velocitas vna eſt dupla, tripla, vel in alia proportione ſe habens, proueniens ab altero agente, alterum dominium habente, & ſi æqualia ſunt dominia, æquales ſunt velocitates, intelligo quòd actus actui cōparetur, & potentia potentię ſic, quòd ſi agens agit, velocius eſt, ſi poteſt agens agere, poteſt velocius eſſe, hāc ſententiam ponit Auerr. cauſa diuerſitatis, & æqualitatis motuum eſt diuerſitas, & ęqualitas proportionis motoris ad rem motam, intelligo diuerſitatem in æqualitatem. 7. phyſic. dixit quoque Auerro. quòd velocitas, & tarditas motus, quam habebat totum motum ad totum motorem, eſt ſecundum proportionem exceſſus potentiæ motoris ad potentiam moti, intelligo proportionē exceſſus, potentiæ motoris proportionem potentię motoris excedentis rem motam, vnde dixit Auer. 8. phyſi. quanto maior fuerit motor, tanto motio eius erit velocior, intellige cæteris paribus. comm. 15. qui motus fiunt in inſtanti. 4. Phyſicor. comm. 71. comm. 36. comm. 11.

Et ſic ſequitur, quòd ſi æquales reſiſtētiæ æque velociter mouentur, illæ ab æqualibus potentiis mouentur, etſi æquales reſiſtentiæ inæqualiter mouentur, ab inæqualibus potentiis mouentur, & reſiſtentia duarum æqualium velocius mota à maiore potentia mouetur, & tardius mota reſiſtentia à minori potentia mouetur, Ariſt. autem & Auerro. dixerunt agentia æqualia in patientibus æqualibus agunt in omnibus partibus temporis, in tempore æquali, & in proportione æqua, maius autem agens in patientia æquali in eodem tempore magis agit, quam minus agens, patiens autem maius ab æqualibus agentibus minus patitur; & paſſum minus magis patitur, ab agentibus autem diuerſis in diuerſa paſſa, ſi proportio agentium ad agentia ſit, ſicut proportio patientium ad patientia æque velox actio peruenit, econuerſo autem eſt ſi actio ęqualis eſt, & inæqualia agentia, & paſſa illa proportionalia ſunt, ſcilicet magnum agens, & magnum paſſum, paruum agens, & paruum paſſum, vbi autem agentia ſunt diuerſa, & in idem paſſum agunt eadem actione; ergo in temporibus diuerſis, & vt ſit proportio agentis ad agens, ſicut proportio temporis ad tempus, & reperitur hæc propoſitio apud Auerr. 1. cœli text. comm. 64. 1. cœli comm. 66.

Sciendum quoque potentiam reſpectu reſiſtentiæ tripliciter ſe habere poſſe, ſcilicet ſuperando, ęquando, & deficiendo, tunc ſi potentia æquatur reſiſtentiæ, non curo æquationem in quantitate, aut gradibus, ſed in virtute actiua, & reſiſtitiua computans omnibus adiuuantibus cum potentia, & omnibus reſiſtentibus cum reſiſtentia, quantum adiuuant, & quantum reſiſtunt; tunc non ſequitur velocitas, neque motus; & à fortiori ſi potentia ſit debilior, quam reſiſtentia, & hoc eſt quia potentia eſt totaliter impedita, vt in ſtatera ſuperpoſitis hinc inde paribus pōderibus æqualiter eleuata, quòd ſi fieret motus, non eſſet potentia totaliter impedita, vt in ſtatera ſi inæqualiter eleuetur, hanc ſententiam voluit Auerro. 12. Metaphyſic. motor non mouet, niſi quia potentia eius eſt maior potentia moti, & quanto fuerit maior potentia, tanto erit maior motus, & cum potentia non ſuperabundauerit, mouebit tardius, intelligo vſque quo natura tolleret paruitatem, & 4. Phyſic. per hanc regulam motor non mouet, niſi quia potentia eius excedit potentiam rei motæ, & 1. cœli velocitas motus eſt ex augmento potentię motoris ſupra potētiam moti. & 4. Cœli, ſi virtus grauitatis excedit reſiſtentiam medii, tranſibit deorſum velocius, ſi autem debilior ſit ſupernatabit, & Auerro. 8. Phyſic. potentiam motoris eſt ſuperare potentiam mobilis in quam eſt, & Aue. 2. Cœli ſcribit de cæſa corda, aut filo æqualiter vndique diſtracta, & vniformi, quoniam cum virtus diſtrahentis erit fortior virtute continente continuitatem, fiet ſolutio, quando non, non. Comm. 41. Comm. 71. Comm. 32. Comm. vlt. Comm. 78. Comm. 93.

Neque ſequitur dum rumpitur, quòd ad indiuiſibilia rumpatur, ſed in medio; quia alibi à medio partes ſeſe conſequuntur, & in medio ſine conſequutione diſtrahuntur. Idem eſt argumentum de ſphæra adamantea trahente ferrum in medio ſui continente 2. Cœli & de igne poſito in centro eodem libro quo ſupra, quòd ſi dixeris ignem rareſieri, & deinde aſcendere vt Philoſo. ibi, tunc ponatur minimum ignis rariſſimum, & tunc ſequitur, quòd corrumpetur incontinens, ponere autem ipſi igni circunſtare vacuum, eſt impoſſibile naturale; eandem ſententiam habet Auerro. 2. Meteor. ſi potentiæ eſſent æquales, non operaretur vna in aliam ſibi cōparem, propter hoc Auerro. 2. de ortu & interitu loquens de ęquali elementorum concurſu, ad generationem, dixit, ſi æquales fuerint potentiæ, non fiet altera forma, hanc concluſionem ſupponit Ar. 2. de anima, loquēs de obiectiue & corruptiue agere in ſenſum, dicēs, ſi fortior ſenſitiuo eſt motus, ſoluitur ratio, id eſt proportio vel menſura, & 1. Cęli, ſi infinitum eſſet elementum, infinita vtique & velocitas, ſi autem velocitas ſupple eſſet infinita, & grauitas, & leuitas eſſet infinita, & Auerr. ibi monſtrauit ſecundum hunc ſermonem cauſam, propter quam ſi velocitas fuerit infinita, quòd grauitas ſit infinita, & eſt quia ſi cauſa rerum diuerſitatis in velocitate eorum inclinatione, id eſt in grauitate, & leuitate, ſequitur quod quanto magis fuerit graue, aut leue, tanto magis erit velox, & manifeſtum eſt, quod hoc conuertitur. ſ. ꝙ quanto magis fuerit velox, tanto magis erit graue, & leue, & cum ita ſit, ſi fuerit velocitas infinita, neceſſario erit grauitas infinita, ex his ergo apparet manifeſte vnde ſumenda eſt continuitas motus, de qua Auctor agit in præſenti quæſtione. Comm. 9. Comm. 94. Comm. 10. Comm. 48. Tex. 132. Tex. 88.

QVAESTIO VII.

Vtrum alteratio ſit motus continuus.

Similiter autem & alteratione qualibet, &c. Tex. XXIII.

QVÆRITVR ſeptimo, Vtrum alteratio ſit motus continuus, Et videtur quod ſic.

Primo. quia Philoſ. 5. Phyſi. ponit alterationem ſpeciem motus à mutatione diſtinctam. Motus autem à mutatione ſimplici non diſtinguitur, niſi quia non eſt continua, ſed inſtantanea, motus autem eſt cōtinuus, & tempore menſuratur: ergo &c. Tex. 6.

Secundo. Philoſoph. in 6. Phyſico. ait, quod omne quod mouetur, partim eſt in termino a quo, & partim in termino ad quem, & dat exemplum de albo & fuſco, ſed omne tale continue mouetur, q a ſi in aliquo inſtanti quieſceret, iam eſſet in termino ad quem ſecundum ſe totum, & non partim in termino à quo, & partim in termino ad quem: ergo &c. Tex. 32.

Tertio. arguitur ratione Gregorii Ariminenſis. Corpore luminoſo moto in aliquo tēpore verſus aliquam partem medii ſumme diſpoſiti ad ſuſceptionem luminis, illa pars ſignata in quolibet inſtanti illius temporis eſt magis lucida, quam fuerit in aliquo inſtanti præcedente: ergo intenſio luminis in illa parte eſt continua: patet conſequentia, quia ſi non eſſet continua, non in quolibet inſtanti eſſet magis lucida: antecedens probat. Quādocunque corpus lucidum eſt magis propinquum illi parti, illa eſt magis lucida, vt ad ſenſum patet, ſed in quolibet inſtanti illius temporis eſt magis propinquum: ergo &c. Primo ſententiarum, diſt. 9. q. 1.

Quarto. Si non eſt continua, ſequitur qđ agens naturale potens agere in aliquod paſſum per aliquod tempus, eſſet approximatum paſſo cōueniēti in omni diſpoſitione neceſſaria ad agendum, & tamen non ageret, ſed hoc eſt impoſſibile: ergo &c. probatur cōſequentia. Ponatur calefactiuum proxi-

approximatum calefactibili &c. aut hoc calefactiuum in qualibet parte tẽporis suæ præsentiæ aget in partem calefactibilis sibi propinquam, aut non. Si aget, ergo alteratio erit continua. Si non aget, sequitur consequens deductum.

1. de generatione te. 83. 9 Met. text. 10.

Pro declaratione huius dubii notandũ primo, ꝙ qualitas secundum quam attenditur alteratio, sicut ꝙ quælibet alia forma per se considerata, & per remotionem à subiecto intrinsece indiuisibilis est, diuisibilis autem fit & quanta per accidens, quando in quanto recipitur.

Qualitas habet duplicé quantitatẽ.

Sciendum secũdo, ꝙ qualitas eo modo quo per accidens diuisibilis est, duplicem habet quantitatẽ, extensiuam scilicet, & intensiuam. Extensiua est secundum quam ad diuisionem subiecti in quo est diuiditur. Cuilibet enim partisubiecti (verbi gratia albi) correspondet pars qualitatis. Quantitas intensiua est, qua qualitas diuiditur in diuersos gradus, quibus à subiecto participatur.

Sciendum tertio, ꝙ huiusmodi diuersi gradus formæ non sunt diuersę eius partes, quia vt arguit S. D. duo accidẽtia solo numero distincta (quomodo distinguerentur diuersæ partes eiusdem formę) non possunt simul esse in eodem subiecto secũdum eandem partem, sed cum forma accidentalis diuersimode suum subiectum actuet, dum videlicet prius ipsum subiectum minus subsistat formæ, posterius vero perfectius, & vna actuatio subiecti per formam sit alia perfectior, inquantum subiectum magis, & magis recedit à potentia, & magis ac magis actuatur, numquam autem simul esse in eodem subiecto secundum partem, sed cum forma accidentalis diuersimode suum subiectum actuet, dum videlicet prius ipsum subiectum minus subsistat formæ, posterius vero perfectius, & vna actuatio subiecti per formam sit alia perfectior, inquantum subiectum magis, & magis recedit à potentia, & magis actuatur, numquam autem simul in eodem subiecto duæ sint huiusmodi actuationes ipsa forma, vno modo actuans dicitur vnus gradus, alio vero modo actuans dicitur alius gradus.

1. dist. 17. q. 2. art. 1

Sit itaque prima conclusio. Alteratio non est motus continuus inquantum per ipsam introducitur qualitas secundum extensionem subiecti extẽsionem capiens.

Alteratio nõ est motus continuus in quantum ꝙ ipsam introducitur qualitas secundum extensionem capiens.

Probatur. Tunc motus hoc modo sumptus esset continuus, quando partes mobilis successiue formam acquirerent, ita quod neque esset prima pars alterata, neque plures simul alterarentur, sed in acceptione qualitatis corporalis est aliquod primum alteratum, & plures partes simul alteratæ: ergo alteratio non est motus continuus.

Tux. 23.

Consequentia nota cum maiori: minor est Philosophi 8. huius dicentis. Non enim si partibile in infinitum est, quod alterarur, propter hoc & alteratio, sed velox fit multotiens, sicut congelatio: vbi littera commẽti habet. Sed multotiens erit subito, sicut est congelatio.

Si dicatur, ꝙ mens Philosophi est dicere contra Heracli. ponentem omnia continue moueri, & sic non videtur velle aliud Philosophus, quam ꝙ alteratio non semper est, vnde idem dicit de motu locali, ꝙ de alteratione: cum tamen constet motum localem esse continuum.

Hoc non obstat. Primo, quia ex verbis Phil. apparet, ꝙ loquitur de continuitate qua idem mobile successiue, & continue eandem formam secundum diuisionem suarum partium recipit: vnde ait, Non enim partiale est in infinitum &c. Dicit etiã quod multotiens velox aut subito fit alteratio, quorum nullum videtur illum sensum habere: posset enim dicere Heracli. ꝙ nõ ponit omnia semper alterari, quia per partem post partem alterãtur, sed quia tantum simul semper alteratur. Vnde etiam Philosophus ait. Contingit enim simul & non dimidium alterari veluti aquam totam simul congelari.

Libr. de sensu & sensili. Lect. 16.

Secundo, ꝙ licet intendat arguere contra Heracli. tam de motu locali, quã de motu alterationis, tamen alio & alio medio procedit, arguit enim de alteratione ex hoc, quia cum alteratio non sit motus continuus, non potest dici omnia esse semper in motu, quia alterantur. De motu autem locali, quia corpus naturale, cum in proprium locum descenderit, ibi quiescit.

Arguitur secundo ad conclusionem.

Secundo arguitur ad conclusionem supponendo, ꝙ sicut cuiuslibet substantiæ datur minima quantitas, ita etiam qualitatis sensibilis datur minima quantitas, ita ꝙ sub minori non posset saluari, cum sit forma naturalis. Hoc est de mente Commen. Tunc sic. Illa pars quanti simul alteratur, sub cuius minori non potest forma sensibilis saluari: si enim non simul alteratur, tunc in medietate temporis esset medietas illius partis, & per accidens daretur minus minimo, in quo esse potest, sed datur in quolibet alterabili illa pars minima, vt supponitur: ergo &c.

6. Phys. Comm. 4.

Alteratio ẽ est introductio formæ siue introductio gradui eiusdem formæ in subiecto, non est motus cõtinuum, Dist. 8 q. 3. art. 3 ad tertium, & 2. con. cl. 89.

Secunda conclusio est. Alteratio (quæ est introductio quãtitatis intẽsiuæ formæ, siue introductio graduum eiusdem formæ in subiecto) non est motus continuus. Probatur, sicut probatum est superius de augmento. Confirmatur etiam auctoritate San. D. 1. sent. contradicentis, quod nullus alius motus est simpliciter continuus, nisi motus localis. Sunt etiam auctoritates in præsenti quæstione adductæ de mente Comm.

Præterea supponitur, quod quilibet gradus formæ sit indiuisibilis, nullus. n. hoc negare videtur. Tunc argitur sic. Si alteratio est motus continuus: sequitur, ꝙ instantia erunt sibi immediata, quod a Phil. reprobatur 6. Phy. probatur consequentia. Quilibet gradus formæ est indiuisibilis: ergo in instãti acquiritur, ergo si non interuenit quies media, instans erit immediatum instanti.

Tex. 1. &c.

Aduertendum autem secundum doctrinam S. D. ꝙ qualitates quæ suscipiunt magis, & minus nõ habent (vt quidam putant) latitudinem, & gradus infinitos, ita quod quacunque qualitate remissa data possit dari remissio in ea determinati gradus & datur minimum eius, puta caliditas ita remissa, quod remissior in natura esse non potest, & illa in instanti introducitur, sub qua per aliquod tempus mobili quiescente ad perfectionem disponitur, quæcunque dispositio sit illa & in vltimo instanti illius temporis eodem numero caliditas, quæ imperfecta in ordine ad suum subiectum erat, efficitur perfecta, vtpote ipsum perfectius actuans perfectiusque ad se trahens, & sic successiue fit alteratio,

teratio, licet ibi non fit simpliciter continuitas.

3. Physicor. Tex. 49.

Sed tunc duplex occurrit dubium. Primum est, quia S. D. inquit, quod subiectum potest infinitis modis variari secundum magis album, & minus albũ, & sic motus alterationis põt esse continuus.

Lect. 3.

Aliud est, quia in 5. Physi. dans S. Thom. differentiam inter formam substantialẽ, & formas de tertia specie qualitatis, inquit, quod ab vna forma substantiali ad aliam non peruenitur per motum continuum: sed à qualitate in qualitatem est motus continuus.

Vide in q. pcedenti.

Ad primum dicitur, sicut supra de augmẽto dictum est, secũdum mentem eiusdem S. D. quod hoc est intelligendum considerata communi ratione motus, nõ autem proprie ratione huius motus, qui est alteratio considerata; inquantum enim est talis motus, sibi repugnat, quod infinitis modis subiectum varietur, & quod ibi non fit primum. Vnde nõ dicit quod mobile infinitis modis varietur, aut quod motus continuus: sed quod potest mobile infinitis modis variari, idest sibi non repugnat inquantum mobile est. Similiter intelligitur, quod motus ille potest esse continuus, idest sibi non repugnat continuitas inquantum absolute motus licet repugnet sibi inquantum est hic motus.

Ad secundum dicitur, quod accipit continuitatem nomine continuitatis ad successionem extenso, forma enim substantialis simul tota introducitur secundum omnem eius perfectionem, forma autem accidẽtalis de imperfecto ad perfectum ꝓcedit vsque ad aliquem certum gradum.

Quæ acquisitio formæ secundum ꝓfectũ & imperfectũ dicatur intensio.

Aduertendum tamen quod non omnis successiua acquisitio formæ secundum imperfectum, & ꝓfectum apud S. D. dicitur intensio: sed solum quãdo aliqua sensibilis mutatio secũdum qualitatem fit a parua qualitate ad magnam, à principio enim caliditas in aliquo paruo tempore de non esse ꝓcedit ad aliquod esse, etiam vltra minimum eius: sed illa successio non percipitur, sicut is qui de nõ calido fit calidus, recipit successiue diuersos quosdam gradus caliditatis, sed illam successionem & reductionem de imperfecto ad aliquem gradum aliquo modo perfectiorem non percipit, vnde illa potest dici alteratio; quando autem ab aliquo gradu ad alium perceptibiliter aliquod calefactibile mouetur, tunc proprie intensio nuncupatur. Vnde S. Thom. sic ait. Quædam formæ sunt quæ recipiunt magis, & minus secundum elongationem a cõtrario & secundum accessum ad causam propriam, sicut albedo, & ideo talis forma successiue recipitur in subiecto, & postquam recepta est, intenditur & remittitur.

4. sent. disti. 17. q. 1. arti. 3. q. 3.

Alteratio cõsiderari põt, & per comparationem, ad mobile & ad tẽpus.

Sciendũ aũt ꝙ dupliciter alteratio considerari potest. Vno modo per comparationem ad mobile, secũdum. s. ꝙ ad diuisionem mobilis diuiditur. Alio modo per comparationem ad tempus, secundum. s. ꝙ ad diuisionem temporis diuidi posset. Cum dicimus alterationem non esse continuam, non intelligimus primo modo, licet. n. aliqua mutatio sit instantanea, si tamen mobile sit continuũ, ipsa etiã hoc modo est continua, & diuisibilis in infinitum, sed intelligimus secundo modo: quia. s. si in vna hora introducta est caliditas vt quatuor, non oportet calefactionem diuidi, & continuari proportionabiliter ad partes temporis, sed in quatuor instantibus illi quatuor gradus sunt introducti, in quorũ tempore medio formaliter aliquid calefactionis non erat.

Alteratio est motus continuus secundum quid.

Tertia conclusio est. Alteratio est motus continuus secundum quid, eo. s. modo, quo de augmentatione dictum est. Hanc conclusionem ponit S. D. præcipue 6. Phys. exponendo text. 33. vbi videtur velle, ꝙ alteratio aliquid continuitatis habeat: quia scilicet secundum quandam successionem mobile recipit passionem secundum ordinem partium, quòd intelligẽdum est de partibus eiusdem quantitatis.

Nomẽ alterationis dupliciter cõsiderari potest pro omni ꝓductione qualitatis in subiecto, & pro introductione qualitatis secundum diuersos gradus.

Aduertendum autem, quod nomen alterationis dupliciter accipi potest. Vno modo pro omni productione qualitatis in subiecto, & sic non omnis alteratio est secundum quid continua, aliqua. n. est qualitatis etiam de tertia specie subita introductio, vt dictum est. Alio modo pro introductione qualitatis secundum diuersos gradus, & hoc modo habet aliquid continuitatis, tum quia successiue introducitur, licet non sit continuatio vnius gradus ad alterum in factione, tum etiam propter vnitatem formæ, diuersi enim gradus non sunt nisi diuersi modi essendi eiusdem numero formæ in subiecto.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ instantaneam introductionem minimi gradus qualitatis non vocat Ph. motum, sed intruductionem qualitatis secundum plures eius gradus.

Dicitur secundo, quòd motus non differt à mutatione vniuersaliter loquendo: quia motus sit simpliciter continuus, mutatio autem simplex nõ, sed quia mutatio quæ est generatio, & corruptio in vno tantum instanti sit, cum forma substantialis diuersitatem nullam partium aut graduũ habeat, quos oporteat successiue fieri, motus autem non in vno tantum instanti fit, sed aut tempore mensuratur, sicut motus localis, aut diuersis instantibus sibi succedentibus, sicut in augmentatione, & alteratione: non enim tota quantitas aucti, neque omnes gradus albedinis simul introducuntur, sed secundum quandam successionem, id quod impropriè, & secundum quid continuitas dici potest.

Ad secundum dicitur, quod illa propositio Philosophi habet simpliciter veritatem in motu locali, vt ibidem inquit S. Thom. non autem habet veritatem in alteratione, nisi forte secundum quid, inquantum scilicet vna pars alterabilis prius alteratur quam aliæ, aut pars propinqua prius recipit formam secundum esse perfectum quam alia, & vna pars prius peruenit ad terminũ ad quẽ quã alia, in quo videtur esse quædam similitudo motus localis, & continuitatis.

Ad tertiũ negat antecedẽs, ad ꝓbationẽ negat maior, neq;. n. vera est, neque ad sensum apparet. Dr. n. ꝙ licet per aliq̃ approximationẽ illa pars sit lucidior: non tamen per omnẽ approximationem, antequam enim intendat lumen in instanti causatum, oportet vt per certum spatium approximetur, & in vltimo instanti illius approximationis intendat lumen, datur enim minimus gradus luminis cuiuscunque alterius qualitatis.

Ad

Quo modo detur minimus lumis.

Ad quartum potest primo dici, quod agens in qualibet parte temporis aget, sed negatur consequentia, ergo alteratio est continua, agit enim non aliquid de nouo producendo, sed gradum introductum per aliquod tempus conseruando.

Potest secundo dici, quod non aget in qualibet parte temporis, quia subiectum non erit dispositū ad susceptionem alterius gradus statim post primum gradum, & hoc est ex conditione formæ, cuius datur minima pars intensiua, & per consequēs inter vnum gradum introductum, & alium oportet tempus mediare.

ADDITIO.

CIRCA id, quòd notat Auctor de mente S. Th. quòd in formis, quę suscipiunt magis & minus, non datur latitudo graduum infinitorum, sed est dare maximus, & minimus gradus, ita quòd datur caliditas ita remissa, quod ea remissior in natura dici non potest.

Dubitaret aliquis, quia si daretur minimum in formis susciepientibus magis, & minus, tunc illud esset omnino indiuisibile intensiue, quod est falsum, tum quia si cut indiuisibile secundum extensionem additum alteri, non facit maius; sic nec indiuisibile secundum intensionem additum alteri, non facit intensius, & per consequens forma non intēderetur ex additione talium modorum, & cum tota forma sit resolubilis in talia minima, si ponantur sequeretur, ꝙ nulla forma esset intensior alia, tum quia quodlibet talium acquireretur subito, & in instanti, & per consequens, vel nulla intensio esset continua, quòd est falsum, vel aliquis motus continuus esset compositus ex mutationibus, vel mutatis esse præcise, quod est contra Arist. 6. Phys.

Tex. 5.

Pro solutione huius dubietatis est sciendum, vt notaui in additionibus super primum Physic. ꝙ dupliciter potest intelligi minimum, vno modo quod detur minimum non per se existens, sed necessario coniunctum alteri, sicut dicimus, ꝙ in quantitate continua non datur hoc modo minimum, quia quantitas est diuisibilis in infinitum; vnde quacunque quantitate pauca data, est dare minorem, & sic dicunt aliqui, ꝙ similiter forma intēsibilis in infinitum secundum latitudinem intensiuam est diuisibilis, & consequenter, quòd quacunque forma remissa data est dare aliam remissiorem eiusdem speciei.

Quomodo datur maximum & minimum,

Alio modo potest intelligi, quòd detur minimum potens per se existere, ita quòd licet ipsum non sit simpliciter minimum, tamen si fieret vlterior remissio, necesse est ipsum corrumpi, & sic etiam dicunt, quòd non datur minimum, quia quacunque forma remissa data, ipsa potest fieri remissior, & manere sic remissa in rerū natura.

Doctrina Thomistica vero sustinet, quod datur minimum intensiue sine remississima forma, ita quòd si fiat vlterior remissio, necesse est ipsam corrumpi, & huiusmodi minimum acquiritur in instanti; exempli gratia, ignis calefaciens aquam in primo instanti expulsionis frigiditatis, ideſt in primo instanti non esse frigiditatis, introducit in aquam remississimum calorem, & postea successiue ipsum intendit, ita quòd quilibet ignis hoc facit, licet quanto fuerit fortior, tanto citius abiiciat frigiditatem, & intendat calorem, semper tamen primum, quod causabitur in subiecto de calore, erit remississimus calor, & idem dico de forma, quæ abiicitur, est enim deuenire ad remississimum frigus aquæ, quod statim in instanti ignis corrumpet, licet successiue abiecerit frigiditatem præexistentem, donec deuentum sit successiue ad hanc minimam frigiditatē, & hoc est vniuersaliter verum in omnibus formis habentibus contrarium, in his vero quæ non habent contrarium, sicut est lux, causatur remississima forma secundum maximam, vel minimam distantiam ad diaphanum. Quod autem sit dare hoc modo minimum formæ, quæ intenditur, & remittitur, probatur primo sic.

Formę non habent oppositum.

Si non est dare minimum, sequitur, quòd non est dare primum esse rei permanentis, consequens est falsum, ergo antecedens; cōsequentia probatur, sit a, primus calor causatus in aquam, aut ille calor est remississimus, aut non; si primo habetur propositum, si non, ergo si abiicitur ab aqua, oportet quòd hoc fiat successiue, & per motum continuum, vt dicunt aduersarii, sed omnis forma, quę successiue deperditur, est etiam successiue acquisita, & continua; ergo ille calor est per continuum motum acquisitus, sed quicquid continuo motu acquiritur, prius acquirebatur, quia omne quod transmutatur, prius transmutabatur; ergo non datur primum instans esse caloris.

Præterea suppono, quòd in qualibet forma intensa sint infinitæ partes æquales, vt dicunt aduersarii; quo stante arguitur sic: si non est dare calorem remississimū, sequitur, quòd possibile est ipsum remitti in infinitum, consequens est contra Arist. 6. Physic. vbi habet solum motum circularem posse durare in infinitum; consequētia probatur. Agens remouens hunc calorem, qui non est remississimus, continue remouet ab eo partem post partē per ipsos aduersarios: aut ergo ista abiectio fit secundum partes proportionales, aut secundum partes eiusdem quantitatis; si primum habetur intentum, quia illæ sunt infinitæ, si secundum est idem iudicium, quia etiam ipsæ sunt infinitæ; vt patet ex suppposito.

Tex. 44

Intensio dupliciter fieri potest.

Sciendum quoque, quod intensio accipitur dupliciter, vno modo pro actione qua forma accidentalis, vel potius subiectum secundum eam alteratur, & sic calefactio, & dealbatio dicuntur esse quædam intensiones; alio modo accipitur intensio pro ipsa forma intensa, & sic dicimus albedinem perfectam esse intensiorem albedine imperfecta, vnde significatum istius vocabuli, intēdere, nihil aliud significat, nisi tendere in aliud, vnde formam intendere, est tendere ad gradum summum, & per oppositū remittere est retromittere, id ergo à quo recedit, est penes quod attenditur remissio, vnde formā remittere, est recedere à summo gradu.

Latitudo duplex est.

Sciendum tertio, quod latitudo est duplex; extensiua, & intensiua: latitudo extensiua est dimensio, siue quantitas continua permanens, quę est superficies, attēditur autem excessus in huiusmodi latitudine penes maiorem distantiam extremorum, quanto enim extrema vnius superficiei magis distāt, tanto ipsa est magis extēsa, & occupans maiorem situm; latitudo intensiua non attenditur penes maiorem, aut minorem situm, sed solum penes maiorem distantiā in perfectione, nam albedo, quæ est in pedali niuis est præcise tantæ extēsionis, quantæ est albedo in pedali parietis, & tamen est maioris intensionis, quia est ea perfectior, nix. n. est albior pariete, & ea sunt multi gradus in isto excessu pfectionali, exempli gratia, A, habet perfectiorem albedinem, quā B, & B. quam C, & C. quā D, ideo ab A, vsq; ad D. est

est quædam latitudo intensiua.

Quibus tactis dicitur ad argumentum, quod illud qđ ipsi arbitrantur fallum, nos habemus pro verissimo, un de negatur fallitas consequentis, & ad probationem primam respondetur, quia procedit ex falso fundamēto, scilicet quod intensio fiat per additionem. Ad secundam dicitur, quod intensio non est motus continuus; patet igitur quid sentiendum est de ipsis qualitatibus, quæ suscipiunt magis & minus, quomodo in eis datur minimus gradus & supremus, ut dari maior non possit. Vide de. D. Tho. p. 2. q. 52. per totam, & 2. 2. q. 24. ar. 4:

Vide S. Th. & Caie. quo que ibi.

QVAESTIO VIII.

Vtrum possit teneri oppositum de mente Commen. et S. Thom. s. quod alteratio sit motus continuus.

Quare dicere continua alterari &c.
Tex. XXIII.

QVAERITVR Octauo, Vtrum possit teneri oppositum de mente Comm. & S. Th. scilicet quod alteratio sit motus continuus. Et videtur, quod non. Primo per auctoritates eorum in superioribus adductas.

Secundo arguitur supponendo, quod cuiuslibet rei permanentis detur primum esse de mente Philosophi inferius. Si alteratio esset motus continuus, sequeretur quod daretur primum esse formæ introductæ per alterationem, sed hoc est contra suppositum; ergo &c. Probatur consequentia ex his, quæ probat Philosophus in 6. scilicet quod ante quodlibet mutatum esse est mutari.

Tex. 69.

Tex. 58.

Tertio sequeretur, quod in instanti terminante alterationem forma esset infinita, sed hoc est impossibile: ergo &c. Probatur consequentia. Primo, quia in quocumque instanti dato tantum introduceretur de forma sicut in alio instanti, sed quando motus est continuus in tempore mensurāte motum, sunt infinita instantia: ergo &c. Secūdo, In infinitum minor albedo aut gradus albedinis, quam est totalis albedo acquisita, est in tempore mensurante alterationem si est continua: ergo tota albedo acquisita erit infinita. patet consequentia, quia nulla quantitas finita est in infinitum minor quantitate finita.

Pulchrum argumentū.

Respondeo: quia diuersa, & varia sunt dicta Cōment. & S. Doct. propter quod difficile est videre ad quam partem determinate inclinentur, ideo posset vtraque pars defendi, & dicta eorum quæ videntur opponi, ita glossari, vt repugnantiam nullam habeant.

It hoc 8.

Ad saluandam alterationem esse motum continuum non oportet ponere formā habere partes infinitas.

Ad saluandam itaque alterationem esse motum continuum. Notandum primum, quod non oportet ponere formam habere partes infinitas, hoc. n. est omnino impossibile, non. n. effugere quis pōt, quin forma esset infinitæ perfectionis: quælibet enim pars addita aliquam diceret perfectionem.

Notandum secundo, quod sicut forma in actu non differt à forma in potentia secundum rem, sed vna & eadem numero primo potentialiter est in materia, deinde reducitur in actum, ita forma sub vno gradu in potentia ad perfectiorem gradū non differt realiter a perfecto gradu, sed eadem numero forma, quæ prius imperfecto modo actuans suum subiectum erat in potentia, ad hoc vt perfectius educeretur in actum, & suum subiectum perfectius actuaret, postea reducitur in actum, & suū subiectum perfectius actuat. Ex hoc apparet, qđ latitudo non est in forma, nisi secundum quod à subiecto participatur, & ideo ipsam in subiecto perfici, & magis subiectum actuare, subiectumque magis participare formam, idem sunt.

In alteratione semper idem esse.

Notandum tertio, quod sicut a principio alterationis vsque ad finem eadem est forma numero, ita est idem esse. Si enim essent successiue plura esse, aut omnia remanerēt, & sic idem numero simul haberet diuersa esse, quod est impossibile: aut adueniente secundo esse tolleretur primum, & sic in vna alteratione essent plures corruptiones, & generationes accidentales: generatio enim est ad esse, & corruptio ad non esse. Quemadmodum ergo forma vna numero prius est imperfecta, postmodum perfecta, ita idem esse prius est imperfectum, postmodum est perfectum, quia per ipsum subiectum imperfecte aut perfecte actuatur.

In expo. tex. 49.

Notandum quarto, quod sicut magnitudinis finitæ dantur duo termini in actu, inter quos sunt infinita puncta in potentia, ita formæ secundum quā fit alteratio si fit continua, oportebit dare duo indiuisibilia in actu extrema, inter quæ erunt infiniti modi participationis formæ, sed potentiales, id qđ intellexisse Sanc. Thom. dicimus dum dixit 6. Phy sic. quod subiectū pōt infinitis modis variari secundum magis album, & minus album: huic etiam fauere videtur dictum Sanc. Thom. sicut patet in pallore, cuius terminos per continuam alterationem aliquis transit vsque ad albedinem vel nigredinem perueniens.

12. q. 24. art. 7.

Quomodo saluabitur alteratiōē esse motum contiuuum.

Dicetur ergo ponendo alterationem esse motū continuum, quòd in primo instanti in quo incipit alteratio, introducitur forma, & postea successiue, & continue sine aliqua scilicet interpositione quietis mobile peruenit ad aliquem determinatū gradum in actu, & non est dare post primam introductionem formæ gradum potentialem illi immediatum, sed ante quemlibet præcedit alius in infinitū. Vnde non est dare primum ad quē terminari possit alteratio, sed ante quemlibet datum præcesserunt infiniti. Sicut non datur primum pūctum, qđ immediate sequatur principium lineæ, sed ante quodlibet aliud præcedit in infinitum.

Solutio rationum aduersariorū.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam potest primo dici, quod mens Comment. & Sanc. Doct. est alterationem non esse motum continuum scilicet primo, & per se, quantum est ex cōditione formæ secundum se consideratæ, sicut accidit in motu locali. Magnitudo enim secundum quam fit motus localis, est per se diuisibilis in infinitum, & continua, ex quo habet quod successiue, & per motum continuum transeatur, forma autem secundum quam fit alteratio secundum se indiuisibilis est, sed diuisibilitatē graduum habet

secundum quod in subiecto recipitur, ideo secundam se in instanti produci habet: quod autem per motum continuum fiat, hoc sibi per aliud conuenit, scilicet ratione subiecti, vnde dixit Phil. 6. Phy. Tex. 49. sic, ꝙ in sola mutatione, quæ est secundum qualitatem, contingit indiuisibile per se esse.

Interpretatio verborũ S. Thom.

Potest secundo dici, quod vbi Comment. dicit, aut etiam S. Th. si alicubi illud inueniatur motum alterationis esse compositum ex pluribus motibus & in ipso quietem incurrere, intelligendum est de alteratione, qua aliquid ad summum gradum formæ mouetur: non enim necesse est, ut illud fiat per motum continuum, sed potest terminari vna alteratio ad aliquem gradum remissum, & interposita quiete ab eodem gradu alterari ad summum, per hoc autem non tollitur, quin vna alteratio ad aliquem inferiorum graduum possit esse continua.

Si dicatur, quod idẽ quod de alteratione dixit, affirmauit etiam de augmentatione, quam constat secundum mentem eius non esse continuam.

Dicitur, quod hoc quidem illis commune est, quod totalis alteratio, & totalis siue notabilis augmentatio non est continua, sed aliqua ratio particularis est, vt supra dictum est de augmentatione, quod non possit esse continua etiam particulariter sumpta, quam Comment. de alteratione non affert. Quæst. 5.

Melior responsio.

Potest tertio dici, quod pro tanto dicunt alterationem non esse motum continuum, sed bene locale motum; quia non omnis alteratio est continua, sed aliqua est instantanea sicut aliqua congelatio, omnis autem motus localis de necessitate est continuus.

Comm. 23. Item potest dici, quod Comment. loquitur contra Heraclitum, qui volebat motum continuari, ita quod æqualibus partibus temporis introducerentur æquales partes magnitudinis. Et arguit, quia si diuidatur magnitudo in partes minimas, & in æquali mensura fiant illę partes, cum primum minimum introducatur in instanti, erunt instantia continuata.

Ad secundum dicitur primo, quod licet forma sit secundum se considerata res permanens, secundum tamen quod in subiecto secundum diuersos gradus recipitur, habet modum entis successiui, in quantum illi gradus nõ simul, sed successiue fiunt.

Dicitur secundo, quod ipsius datur primum esse eo modo, quo & tempori finito primum esse tribuitur, datur enim primum indiuisibile a quo incipit, sed non datur prima pars proportionalis illorum graduum, sicut nec prima pars proportionalis temporis, quomodo intellexit Philosophus non dari primã partem motus, nec primum mutatum esse, illud enim primum non habet proprie rationẽ mutati esse, cum ipsum aliquod mutari non præcedat.

Ad tertium negatur consequentia.

Ad probationem dicitur, quod supponit falsum s. ꝙ alteratio siue intensio fiat per additionem partis formæ ad partem, quod diximus esse falsum.

Si dicatur, mobile infinitis modis potest variari secundum illam formam, & licet maneat eadẽ forma, & idem esse, vnus tamẽ illorum modorum est perfectior alio, ergo in fine alterationis forma, & esse erunt infinitæ perfectionis, quamuis pars non addatur parti.

Dicitur, quod sicut non valet ista consequentia, hoc continuum habet infinitas partes in potentia, quarum quælibet est quanta, ergo hoc quantum est infinitum in actu, quia illæ partes sunt potentiales: ita non valet hæc forma, siue hoc esse infinitis modis variari potest &c. ergo erunt infinita in actu, illi enim infiniti modi sunt tantum in potẽtia.

Ad secundam probationem eiusdem consequẽtiæ dicitur primo, quod non est eadem veritas istarum duarum propositionum, In infinitum minor pars albedinis quam sit tota, est acquisita post a, instans, & aliqua pars albedinis in infinitum minor quam tota albedo acquisita est post a, prima enim vera est, & ly minor pars, supponit confuse tãtum, quia sequitur terminum confundentem, & est sensus, quod in duplo minor, & in triplo minor, & sic in infinitum est acquisita. Secunda autem falsa est, supponit enim ly pars albedinis determinatę, & est sensus, quod demonstrata aliqua parte, quæ minor est in infinitum quam tota albedo, illa fuit acquisita &c. in qua supponitur esse aliquam talem partem in infinitum minorem, quod est falsum.

Dicitur secundo, quod prima consequentia est falsa; ad probationẽ dicitur, quod ratio procedit, sumendo antecedens in secundo sensu in quo non conceditur, concessum est enim in primo tantum, vnde suppositio cõfusa in determinatam mutatur.

ADDITIO.

PRO maiori intelligentia huius quæsiti, nota ꝙ tripliciter potest intelligi aliquem motum esse continuum; primo dicitur aliquis motus continuus, quia ipse semper est in rerum natura, eo illo modo quo ponebat Eraclitus omnia semper moueri, & nunquã quiescere, licet aliquando lateat nos vtrum mouentur, vel non: quia motus eorum est imperceptibilis, sicut narrat Philosophus 8. Phys. vbi deridet prædictam opinionẽ. Tex. 35.

Alio modo dicitur motus continuus ex parte mobilis, & hoc est quando forma ad quam est motus successiue, acquiritur in partibus mobilis sine interruptione, sicut si successiue calefiat aliqua pars post partem, quod potest esse dupliciter, vno modo sine corruptione formæ, vel partis formæ in aliqua parte subiecti, sicut est in casu posito de calore, puta dum ignis successiue calefacit aliquem totum aerem, sed per prius partes sibi propinquas quam remotas: alio modo contingit hoc per continuam acquisitionem formæ in aliqua parte subiecti, & deperditionem eius in aliqua alia parte, sicut apparet in illuminatione aeris a sole, qui ex motu suo, sicut continue illuminat aliquam partem, quam antea nõ illuminabat, ita continue desinit aliquam partem illuminare, quam ante illuminabat.

Tertio dicitur motus esse continuus ex parte formæ, quæ acquiritur, & hoc est quando in eadem parte subiecti forma continue magis, & magis perficitur, ita quod non sit assignare aliquod tempus, in quo mobile eodẽ modo se habeat, & hoc est intensionem formæ esse simpliciter continuam.

Sciendum etiam est, quod formæ quæ intenduntur, sunt

sunt in triplici differentia, nam aliquæ sunt in subiecto simplici, & non quanto, cuiusmodi sunt omnes habitus, & operationes intellectus, quædã sunt in subiecto materiali, sed non habent contrarium, cuiusmodi est lumẽ in diaphano, & visio in organo visus, siue habeant esse extensum, sine non; quędam vero habent esse in subiecto materiali, & habent contrarium, vt calor & frigus, & reliquæ huiusmodi qualitates materiales, tam primæ quam secundæ speciei, in quibus omnibus diuersimode fit intensio.

Sciendum adhuc est, quòd qualitates primi ordinis hoc modo intenduntur, nam phantasma, & intellectus agens causant speciem intelligibilem in intellectu, & quanto phantasma est nobilius, tanto causat nobiliorẽ speciem, intellectus autem vtens specie prædicta, & ea mediante eliciens actum, intendit speciem, siue habitũ elicitiuum actus, & quia actus intellectus fit in instanti, ideo in primo instanti sui esse ipse actus intendit habitum tantum quãtum potest, quia agit ex necessitate naturæ, sed licet actus sit productus in instanti, potest tamen in intellectu conseruari per tempus, ita ꝙ sicut erat productus ab intellectu, & à specie, conseruatur etiã ab vtroque, potest autem esse, ꝙ in isto tempore in quo conseruatur, actus ipse quoque intendatur, si enim conseruetur per valde modicum tempus, potest manere vt prius, & non intensius, si autem conseruetur longo tempore, hoc non potest esse nisi quia voluntas imperat intellectui, vt per speciem iam factam intensiorem diligentius consideret obiectum, & sic actus intendatur, potest etiam intendi habitus ex multis actibus imperfectis, quorum nullus per se intendit, sed vltimus in virtute præcedentium: eodem modo dicendum est de actu voluntatis, quia ipsa voluntas continuando actum, intẽdit ipsum, quo mó est possibile dari regressum naturalem in demonstrationibus, quia intellectus per effectũ demonstrans aliquid de causa habet intensiorem notitiam effectus quam sit ista notitia causæ, quæ per notitiam effectus causatur, cum demonstratio sit ex notioribus: intellectus autem potest postea vti notitia causæ, & tunc per causam demonstrabitur effectus.

Quantum vero ad qualitates secundi ordinis, dico ꝙ corpus luminosum in vltimo instanti temporis mensurantis eius motum localem, per quẽ accedit ad diaphanum, illuminat ipsum, & sic postea cõtinue moueatur, sicut est de sole continue moto, tunc per aliquod tẽpus non causat maius lumen, nec extensiue, nec intensiue, & in vltimo instanti illius temporis causat minimum lumen extensiue, ideſt illuminat aliquam minimam partẽ diaphani, qua minorem non posset per se illuminare, si militer in eodem instanti intendit lumen in aliqua parte, quæ erat prius illuminata, & licet in quolibet instanti illius temporis fuerit magis approximatus illi parti diaphani; non tamen in quolibet instanti intendebat lumen, cuius ratio est, quia non est diuisibilis in infinitũ forma quæ intenditur, sed est dare minimam eius, & sic causa quare non intendebat, non est ex defectu virtutis corporis luminosi, sed est ex natura sui ipsius formæ, cui repugnat sic intendi.

Quãtum vero ad qualitates tertii ordinis dico, quod qualitates secundæ intenduntur ex intensione qualitatum primarum, sapor enim intenditur ex intensione caliditatis, & humiditatis, qualitates autem primæ intenduntur non præsupposita aliqua priori intensione necessario, & licet aliqui dicant, ꝙ oportet prius disponi subiectum per raritatem, & densitatem quòd, puta aqua non potest calefieri, nisi prius rarefiat secundũ partes suas propinquas superficiei, sed hoc non potest esse verum, quia sequeretur, ꝙ quanto aliquid magis rarefit, tanto magis calefieret, quia habet maiorem dispositionem ad calorem, & tamen multa minus rara magis calefiunt, vt patet de aqua & ferro.

Idcirco dicendum est, agens naturale manens idem numero, & non variatum, nec muratum in se, vel in sua virtute intendit formam, non tamen motu continuo, cuius ratio sumenda non est ex parte agentis, sed ex parte formæ, quia repugnat ipsi formę, vt continue intẽ datur, cum non sit diuisibilis in infinitum, stat ergo per aliquod tempus, & in fine ipsius intendit, & postea subiectum quiescit sub illo gradu adhuc per tempus, & in fine forma intenditur.

Et si quis diceret, quare potius fit intensio in hoc instanti quam in illo, respondeo quòd hoc est ex eadem causa, qua est, ꝙ ille radius potius nunc sit à sole, quam ille alius; oportet enim omnia ista reducere ad dispositiones præuias, vel ad actionem primi agentis, vt aliqui volũt, ex quibus omnibus elicere potes, quo modo nedum alteratio non est motus continuus, sed etiam nec ipsa formarum intensio, contra perfidiam multorum, & quia manifestissimum est apud Arist. & alios Doctores grauissimos, nec actionem, nec alterationem esse motum continuum, de qua re, vide D. Thom. p. 2. q. 52. per totam, & 22. vbi supra, vide adhuc Romanum Egidiũ, & Suessanum in loco correspondenti hic; vide Themistium, vbi assimilat augeri, & decrescere ascensui, & descensui, qui non possunt esse absque media quiete. Comm. 23.

QVAESTIO IX.

Vtrum grauia et leuia à seipsis moueantur.

Et namque dicere hęc à seipsis moueri &c.
Tex. XXIX.

QVÆRITVR Nono, Vtrum grauia, & leuia à seipsis moueantur. Et videtur quod sic.

Primo. Omne quod habet in seipso principium actiuum sui motus, mouetur à seipso vt de viuentib. patet, sed grauia, & leuia habent in seipsis grauitatẽ, & leuitatem, quæ sunt principia actiua motus, vt in plerisque locis inquit S. D. ergo &c. Confirmatur, quia Comm. 4. Cœli comm. 25. ait, quod motus ad superius est causatus à leuitate. Vide 2. phys. ad principium

Secundo. si non mouentur a seipsis non videtur a quo moueantur: nisi dicatur, quod mouentur a generante ea, sed hoc est falsum: ergo probatur falsitas ex Comment. ait enim, quod motus non existunt a generante nisi mediante generato: ex quibus patet, quod generans non est proximum mouens, de quo quærimus. Confirmatur per Comm. 8. Physic. dicentem, quod huiusmodi non indiget motore extrinseco essentialiter ad hoc vt exeant in actum. 12. q. 16. ar. 2. 3. contra gen. ca. 23. & alibi. 3. Cœli comment. 28. Comm. 32.

Tertio. Philosophus 8. Physico. comparat corpus habens actu leuitatem habenti actu scientiã, & non consideranti: sed habens scientiam non indiget aliquo extrinseco ad considerandum, sed p Tex. 32.

2.Phy. text. 47 & 5. me. Tex. 3. seipsum considerare potest:ergo &c.

Quarto.effectus in actu exigit causam in actu 2.Phys.Si ergo graue moueatur deorsum,aut à se moueatur,aut à remouente prohibens,aut à cētro attrahente,aut à generante. Non à remouente prohibens:quia illud mouet tantum per accidens, vt

Tex.32. inquit Phil.non a centro,quia supposito per impossibile in centro esse vacuum,ad illud moueret graue. Non à generante:quia contingit generans non esse,& graue moueri:ergo à seipso mouetur.

Comm. 22. Quinto. Comment.4. Cæli ait, ꝙ lapis mouet se, inquātum est grauis in actu,& mouetur inquā tum est in potentia inferius.

Motus versus finē quo modo iudicabitur. Sexto si mouerentur ab intrinseco, puta à generante,motus eorum esset remissior versus finē, sed ad hunc sensum apparet esse falsum. Videmus .n.ꝙ quanto graue magis appropinquat ad cētrū, tanto velocius mouetur.probatur consequentia : quia quanto magis distat mobile à mouente,tanto mouēs minus potest sup illud cēteris paribus, & per consequens tanto illud tardius mouetur : ergo &c.

Tex.89. Septimo. Philosophus 5. Physi. loquens de contrarietate grauis,& leuis,dicit,ꝙ secundum hanc contrarietatem erunt actiua motus:secundum autem durum & molle passiua.

Octauo.quando aliquid habet potentiam actiuam respectu alicuius formæ,potest eam causare in quocunque passo sibi proportionato, & approximato:sed graue habet potentiam actiuam respectu vbi deorsum,sicut respectu eius, quod secum deorsum trahit,& ipsummet quando est extra illū locum,est receptiuum illius formæ,& est ꝓportionatum & approximatum sibi : ergo istam formam potest causare in seipso.

Respōsio ad disputationē præpositam. Respondeo:quia Comment. videtur varie de hac materia locutus,ideoque sectatores eius in varias opiniones sunt diuisi. Primo recitabo eorum opiniones,qui à doctrina S. D. deuiant, & eas improbabo. Secundo opinionem S. D. cum opportunis declarationibus explicabo.

Prima opinio Auer. Prima opinio est quorundam dicentium, quod grauia,& leuia per se mouent medium, ipsa vero ad motum medii per accidens mouentur, quodq; nulla alia per se causa illius motus est quærenda . Hanc autem propositionem ipsi auctoritatibus quibusdam Auer. muniunt.

Comm.28. Primo,quia 3.Cœli videtur velle,ꝙ mediū motum sit necessarium ad motum grauium,& leuiū, & quemadmodum homo in naui per se mouet naui,per accidens autem mouetur ad motum naui, ita graue per se mouet medium, per accidens autem mouetur ad medii motum.

Comm. 22. Secundo:quia 4. Cœli idem dicit,& eodem cōfirmat exemplo.

Sed contra istam opinionem arguitur,supponē do motum grauium deorsum, & leuium sursum esse motum naturalem,vt patet per Philosophum

Tex.14.& 3. tex.21.& 4. tex.21. & 8. phy.tex. 31. 1.Cœli. Omnis motus naturalis requirit aliquem motorem per se:sed motus grauium,& leuium est naturalis:ergo requirit aliquem motorem per se: ergo non sufficit illis assignare motorem per accidens:consequentia nota cum minori, maior vero probatur. Omnis motus naturalis dicitur, aut qa mobile habet potentiam passiuam naturalem ad motum, aut quia in se habet principium actiuum motus. Si primo modo,non potest esse naturalis sine motore per se, dicitur enim naturalis,quia in mobili est potentia nata ab agente naturali,& proportionato in actum reduci,quod est ab agente, & motore per se fieri. Si secundo modo idem quoque apparet,quia principium intrinsecum motus naturalis est principium per se:ergo &c.

Corpus nō mouet nisi motum. Secundo. Nullum corpus mouet nisi motum, si ergo graue mouet medium,oportet quod moueatur:aut ergo est seipsum mouens , & sic habebit motorem per se,aut ab alio mouebitur , & sic etiā oportebit esse aliquid,à quo per se moueatur:ergo &c.

Mens Cōmentatoris. Ad rationes eorum dicitur, quod procedunt ex malo intellectu verborum Cōm. Non enim mens eius est,quod non oporteat in huiusmodi dari nisi motorem per accidens. Sed cum putet huiusmodi corpora non posse se mouere per seipsa de potētia accidētali,vt inferius probabitur, inquirit modū, quo seipsa per accidens mouere possint.

Graue ꝙ sum nōmouet, sed ab alio mouetur. Pro cuius declaratione sciendum est , quia licet graue non moueat seipsum deorsum,sed extrinseco moueatur,aliud tamē corpus à se distinctum potest per se mouere , quia tunc est ens in actu à mobili essentialiter, & secundum esse distinctum, sicut licet ignis se non calefaciat,aerem tamen calefacit.

Id ꝙ alteri per se mouet non in quantū ꝓ accidens ad motum eius mouet. Sciendum secundo, quod nullum inconueniens est,id quod alterum mouet per se moueri per accidēs ad eius motum,sicut in animalib.· principium mouens,siue sit anima,siue aliqua pars corporis , ad motum alterius partis per accidens mouetur, similiter nauta mouetur per accidens ad motum nauis à se motæ,vnde in tali motu idem est mouēs per se alterius,& per accidens suiipsius,inquātum est in eo,quod mouetur per se.

Corpus nō mouet nisi motum. Voluit ergo Comment. in supradictis locis,primo , quod talia corpora moueri non possunt sine medio : quia existimauit in vacuo non posse esse motū. Voluit secundo,quod licet ista corpora non sint per se causa sui motus,sunt tamē causa per accidens illius motus,quo per accidens mouētur ad motum medii ab illis moti,inquantum scilicet ad motum medii mouetur , vnde ibidem 3. Cœli ait, Comm. 1. Lapis igitur non mouet essentialiter,nisi aerem in quo est,& mouet se:quia hoc quod mouet se, sequitur motum aeris. Cum his autem stat,quod indigeant motore per se,quo moueantur suo motu naturali,inquantum naturalis est.

Opinio 2 cunda. Secunda opinio est quorundam dicentium grauia,& leuia mouere seipsa de potentia accidentali nulloque motore extrinseco indigere ad motum huiusmodi, ita quod inquantum sunt in actu mouent,inquantum autem sunt in potentia ad sua loca mouentur. Item quod motus horum non est naturalis inquantum habent principium actiuum in se:sed inquantum habent principium passiuum naturaliter inclinant ad motum . Pro qua opinione videtur esse Comm.3. Cœli vbi ait, Lapis autē Comm.4 mouet se inquantum est grauis in actu , & mouetur inquantum est in potentia inferius:& causa in hoc est,ꝙ inuenitur vno modo in actu,& alio modo in

do in potentia est,quia componitur ex materia, & forma,forma igitur eius mouetur secundū quod est forma,& mouetur secūdum ꝙ est materia, nō enim est in potentia ad inferius,nisi secundum ꝙ

Commē.22. est materia. Item 4. Cœli,Grauitas,inquit in lapide est motor, secundum quod est forma tantum, & ipsa est mota,inquantum est in materia prima. Huic opinioni addunt quidam, ꝙ huiusmodi corpora per se mouent se, sed per accidens mouētur.

Contra primum,quod dicit ista opinio. s. quòd inquantum sunt in actu mouent , inquantum autē sunt in potentia mouentur,arguitur. Mouens primo,& primo motū oportet esse realiter distinctū, sed actu graue existens extra proprium locum inquantum est actu graue,& actu graue inquantum est in potentia ad locum,nō sunt realiter distincta: ergo idem inquātum est in actu graue non mouet seipsum,inquantum est in potentia deorsum. Ma

Commē.40. ior probatur ratione Philosoph. 8.huius,quia si sic esset,idem respectu eiusdem esset in actu, & in potentia. Quantumcunque enim diuersimode graue considerari possit;per hoc tamen non tollitur,quin graue in actu , & graue in potentia deorsum sint idem realiter:consequens autem habet Philos. pro impossibile:ergo &c.

Si dicatur,quod idem non potest esse in actu formali,& in potentia formali, sed nō est incōueniēs, ut idem simul sit in actu virtuali,& in potentia formali,& quod graue in actu quando non mouetur est in actu virtuali,quia potest causare motū sicut sol potest calefacere,& est in potētia formali: quia non habet actualiter motum , quæ est responsio

1.dist.3.q.7. ad argu. pro secunda opinione. Scoti ad argumenta pro secunda opinione.

Contra arguitur,quia Philosophus assumit illā propositionem ad probandum,quod idem non po

Tex.40. test seipsum penitus mouere,ita. s. totum moueat totum,sed oportet ut diuidatur in duas partes,quarum vna sit mouens,& altera sit mota,unde in fine illius concludit,Hoc igitur mouet,illud autem mouetur eius,quod seipsum mouet. Si autem illa propositio haberet veritatem solum de actu & potentia formali,non autem de actu virtuali, & potentia formali,per eam non probaretur propositum. Diceretur enim quod mouens seipsum localiter non est in actu formali,sed in actu virtuali,& potē tia formali:ergo &c. Illa expositio non est ad mentem Philosophi.

Si autem dicatur,quod Phil.deducit,quod idem esset calidum,& non calidum : similiter autem & aliorum vnumquodque quorumcunque mouens, necesse est habere vniuocum,in quibus verbis videtur loqui de agente vniuoco , & per consequens in actu formali existente.

Idem respectu eiusdem non pōt esse in actu, & in potētia,quo modo intelligendum sit Hoc non obstat,quia cum Philoso. velit ostendere,quod idem non potest simul esse in actu , & potentia respectu eiusdem,deducit ad inconueniens nobis manifestius,quod scilicet idem esset calidū, & non calidum,& sic in aliis vniuocis , relinquens etiam manifestum ex his,quod in causis æquiuocis in quibus nobiliori modo agēs est in actu,multo magis idem non potest simul esse in actu, & in potentia,& per consequens non potest idem seipsum primo mouere.

Si secundo, respondetur,quod mens Philosophi est,idem secundum eandem rationem non posse esse in actu,& in potentia respectu eiusdem, sed bene secundum diuersas rationes.

Contra,quia Philosophus per illam propositionem non probaret , quod omne mouens seipsum diuiditur in duas partes secundum rem, quarum vna sit mouens,& altera sit mota , ex hoc enim ꝙ aliquid diuiditur in diuersas rationes,non sequitur illud realiter diuidi . Si dicatur, quod pars mouens est grauitas, pars vero mota est materia, hoc est expresse contra Commē. 8.physi.arguens, Comm. 50. quod materia prima non potest esse pars mota in corporibus simplicibus:quia non est existens in actu,& illud quod mouetur ex se,dēt diuidi in mouentem,& motum in actu.

Contra secundum dictum huius opinionis,scilicet quod graue mouet se per se,mouetur autem ꝓ accidens:arguitur primo,quia implicatur contra dictio. Cum enim dico aliquid mouet alterum per Quid est per se mouēri. se,sequitur quod illud alterum moueatur per se. Nihil enim aliud est moueri per se,quam habere causam per se sui motus : ergo cum dicitur ꝙ aliquid mouet se per se,dicitur implicite ꝙ mouetur per se: dicere ergo ꝙ graue mouet se per se , & tamen ꝙ mouetur per accidens, est dicere contradictoria.

Secundo, motum esse per accidens, aut intelligitur ex parte agentis,sicut dicimus ædificationem esse ab albo per accidens,aut ex parte motus,quia scilicet cōiungitur motui per se. Neutro autem horum modorum graue mouetur per accidens , non quidem primo modo , quia dicis ꝙ graue in actu per se mouet se:non etiam secundo modo , quia oportet ipsi graui assignare aliquod aliud mobile 3.Cœli comment.28. per se. Vt enim inquit Comm. Omne quod mouet se accidentaliter necesse est vt moueat se, quia essentialiter mouet aliud motum a se:hoc autem ista opinio non assignat,immo negat quod moueatur graue solum per motum medii:ergo &c.

Tertio. Omne quod naturaliter mouetur,per se mouetur,quia a principio intrinseco:sed graue extra proprium existens locum,naturaliter mouetur Vbi supra. deorsum,ut patet ex Philosopho vbi supra : ergo mouetur per se & non per accidens.

Declaratur mens Cōm. Ad auctoritates Commē. dicitur, quod accipit mouere se extenso vocabulo: prout idem est quod habere aliquod principium in se sui motus actiuū, quomodocūque sit actiuum,non autem prout mouere se,est esse principium quod & principale sui motus,illud autē nō negamus, vt inferius patebit.

Potest etiam dici quod Commen. loquitur de illo motu,scilicet quo graue per accidens mouetur moto aere a graui,& hoc magis conforme est literæ commenti.

Quantum ad secundum scilicet de opinione S. D. Primo notanda sunt quædā ad propositum necessaria. Secundo per conclusiones respondēdum.

Mouens est duplex. Sciendum itaque primo,ꝙ duplex est mouens, quoddam quod in mobile nullam imprimit formam,quæ motus principium sit , sicut accidit in mouente per violentiam,& tunc motus vt ab agēte procedit,dicitur esse totaliter ab extrinseco. Aliud est mouēs,quod imprimit in mobile formam aliquam inclinantem ad motum,sicut magnes imprimit qualitatem in ferro,per quam ad ipsam in-

clinatur,& tunc motus non dicitur totaliter ab extrinseco tanquam ab agente, quia etiam a forma intrinseca procedit.

Forma impressa immobilis mouẽte,dupliciter potest considerari.

Sciendum secundo,quod talis forma dupliciter potest considerari. Cum enim sit quoddam mediũ inter mouens & mobile,tanquam ab agente in mobili causata,potest cõsiderari per comparationem ad mouens,tanquam ad id quod per ipsam formã mouet,& sic habet rationem principii actiui motus. Potest etiam considerari per comparationem ad mobile,tanquam.s.mobilis forma, & sic habet rationem principii passiui. Non est enim principium quo mobile se mouet,sed quo mouetur.

In prologo Metaph.

Sciendum tertio, quod aliquid concurrit ad actionem & motũ dupliciter. Vno modo sicut principium quod actionem & motum producit, & hoc oportet esse aliquod subsistens,aut habens modum subsistentis,quia actiones,& motus sunt suppositorum agentium. Alio modo sicut quo agens agit,& mouens mouet,& hoc potest esse forma tam intrinseca,quam extrinseca. Intrinseca, sicut ignis calefacit & calorem in igne calefaciente existentem: extrinseca autem sicut magnes mouet ad se ferrum per qualitatem in ferro impressam.

Graue põt dupliciter dici in potentia ad motũ deorsum. Tex.& commen.32.

Sciendum quarto,quod aliqua accidẽtia ita cõsequuntur formam necessario,quod a nullo impediri possunt,quin posita forma eueniant, sicut risibilitas consequitur naturam humanam. Quædam vero consequuntur formam in aliqua dispositione existentem & non impeditam, sicut motus deorsum consequitur formam grauis existentem extra proprium locum,& a nullo prohibente extrinseco impeditam. Prima accidentia non est dubium produci a producente formam,de secũdis autem quãdo propter aliquod impedimentum non ponuntur in eodem instanti in quo ponitur forma,potest esse dubium:sed ostendetur quod etiam huiusmodi oportet esse a producente forma,quandocũque ponatur in actu.

Sciendum quinto,quod dupliciter potest aliqd graue esse in potentia ad motum deorsum secundum Phil.& Comm. Vno modo secundum potentiam essentialem,quando scilicet non habet formã grauitatis:sed est in potentia ad illam. Alio modo secundum potentiam accidentalem, quando scilicet formam habet,quæ est principium motus: sed non mouetur propter aliquod impediens, per remotionem tamẽ prohibentis moueri potest: idem de leui est dicendum. Addit autem Commẽ. quod prima potentia est naturalis,secũda autem est violenta. Hoc autem non est intelligendum de potentia secundum se considerata,quia si potẽtia ad motum esset violenta,tunc motus non esset naturalis: sed intelligendum est de potentia,secundum quod subiicitur priuationi motus & loci naturalis,illa.n. priuatio motus & loci est sibi præter naturam, & totaliter ab extrinseco scilicet a prohibente motũ. Istis notatis sit hæc.

Grauia & leuia non mouent seipsa de potentia essentiali ad actum.

Prima conclusio. Grauia & leuia non mouent se ipsa de potentia essentiali ad actum. Probatur, quamuis sit satis manifesta. Idem non potest esse simul in actu & in potentia respectu eiusdem: sed educens aliquid de non graui ad graue, quod est educere ad motum de potentia essentiali, est in actu,aut formaliter,aut virtualiter tale, quod autẽ educitur ad actum vt sic est in potentia: ergo idem non potest se educere de non grauí ad graue.

Confirmatur,quia eadem ratione quælibet res seipsam de potentia ad actum produceret. Ad hoc etiam sunt auctoritates Philosop.& Comment.ut patet.

8. Physicor. Comm. 21. Grauia & leuia non mouent seipsa per se de potentia accidentali. Tex.19. Tex.31.

Secunda conclusio est. Grauia & leuia non mouent seipsa per se de potentia accidentali. Dico per se,quia per acidens non inconuenit vt moueant se, mouendo scilicet aliud corpus:quemadmodum dictum est superius esse de mente Commen. Primo, probatur auctoritate Phil. 8. Phys.qui ex proposito hanc quæstionem determinãs ait, Et nanque ipsa a se ipsis dicere scilicet moueri impossibile est, quod postea quatuor rationibus probat, vnde concludit,Quod quidẽ igitur nihil horum ipsum mouet seipsum,manifestum est.

Respondetur,quod nihil aliud intendit Philosophus,nisi q̃ non mouent se de potentia essentiali: quia iam habent formam ad q̃ sequuntur motus.

Tex.19.

Sed contra hoc arguitur. Primo quia Philo. immediate superius quærens quomodo huiusmodi grauia mouentur,inquit, quod quando mouentur per violentiam,manifestum est a quo mouentur, quando autem secundum naturam mouentur,non est adhuc manifestum. Ex quibus constat quod nõ quæritur quomodo de potentia essentiali mouean tur,quia quando per violentiam mouentur, iam acta sunt,& non essentialiter, sed accidentaliter mouentur,vt satis patet.

Secundo quia Phil.ibidem ait,quod mouere seipsum vitale est,& proprium animatorum:sed hæc non mouent seipsa de potentia essentiali,cum suas formas non a seipsis, sed a generantibus habeant; ergo &c.

Si dicatur,quod immo animata mouent, sed de potentia essentiali, quia animali in actu existenti potest deficere species appetibilis, quæ est principium talis motus,ideo indiget,vt de potentia essentiali in actum reducatur.

Contra. Quamuis species appetibilis sit principium motus; tamen non causat illam solum animal in seipso:sed etiam causatur ab appetibili, ut patet ex lib.3.de anima:propter quod inquit Phil. 2.quod sentire est quoddam pati: ergo non potest dici,quod eorum est proprium mouere se de potẽtia essentiali,sed tantum de potentia accidentali.

Tex.49 Tex.51.

Tertio Phil.probat grauia & leuia non mouere se,quia sunt continua; corpus autem continuum non mouet se: sed manifestum est, quod quando acta continua sunt, sunt actu grauia: ergo loquitur Phil.de motu ipsorum quo de potentia accidentali mouentur: non de motu quo mouentur de potentia essentiali. Vnde concludit Phil. quod necesse est diuidi mouens in unoquoque ad id quod mouetur, sicut in animatis videmus,cum moueat aliquod animatorum ipsa.

Tex.30. Ibidem.

Confirmatur,quia Phil.non vteretur tanta diligentia ad probandum illa non moueri a se, in qõ videtur agere,vt excludat opinionem Platonis & Galeni,ut inquit Alber. Si mens eius esset ista non mouere se de potentia essentiali. Satis enim per totum librum primum Physic.ostensum est idem a seipso

seipso generari non posse,quod est de potentia essentiali educi.

Text.34. & infra.

Secundo principaliter arguitur vt superius arguebatur. Si graue moueret seipsum per se: tunc tolleretur ratio Philos. 8. Phys. ad probandum esse aliquem motorem immobilem per hoc,quòd omne quod mouetur;ab alio mouetur,diceretur enim quòd oportet deuenire ad aliquem primum motorem non immobilem,sed mobilem à seipso, licet non ab alio:& sic destruerentur omnia quę probat Philosophus,tam in 8. Phys.quam in 12. Meth. de primo motore:quoniam omnia supponunt esse vnum primum motorem omnino immobilem.

Respondeti fortassis posset,quod ratio Philosophi per hoc non tollitur:quia sic intendit arguere: Si non proceditur in infinitum in motoribus & motis, oportet deuenire ad aliquem motum, qui aut omnino non mouetur,aut mouetur à sepiso. Si primum detur,iam habetur propositum. Si secundum,aut motor ille mouet se de potentia essentiali,aut de potentia accidentali. Si de potentia essentiali, tunc oportebit ipsum diudi in motorem & motum:& tunc idem quæretur de illo. Cum ergo non sit processus in infinitum,oportebit deuenire ad vnum primum qui non moueatur de potentia essentiali:si de potẽtia accidentali :tunc eo erit motor prior mouens de potentia essentiali. Mouens enim de potentia accidentali posterius est mouente de potentia essentiali: & tunc similiter quærere tur de illo motore, vnde cum non sit processus in infinitum,oportebit deuenire ad aliquem motorẽ qui neque accidentaliter mouebitur, neque essentialiter.

Sed quòd ista responsio nõ sit ad mentem Phil. facile ostenditur.

Text. 34. & 40.

Primo,quia Phil.concludit,quod oporteret deuenire ad aliquod mouens seipsum, & ostendit quod tale oportet diuidi in partem mouentem, & partem motam,cum nihil moueat seipsum primo: & ex hoc concludit,quod oportet illam partẽ mouentem non moueri:ergo non intendit concludere immediate ex hoc fundamento,quod præter mouens seipsum oportet esse aliquod mouens extrinsecum,educẽs ipsum mobile in actum primũ, sed quod oportet mouentis seipsum,esse immobilem,vnam partem scilicet mouentem: hoc autem concluderet nisi pars mouens & pars mota distinguerentur realiter:ergo responsio illa nulla est.

Comm.4.

Confirmatur auctoritate Comment. Cum declarauit,inquit,quod moti ex se quædam pars est motor, qui non mouetur & est forma,& quædam pars mouetur: vult declarare quod omne motum ex se primum essentialiter componitur ex parte,q̃ mouet tantum,& ex parte quæ mouetur.

Tex.1.& sequenti 8. Text.34.

Secundo, quia totum fundamentum rationis Philosoph.ad probandum esse vnum primum mouens immobile est, quod nihil mouet seipsum, & quod mouentis seipsum vna pars est mouens,& altera pars est mota,idque nititur probare tam in septimo,quam in octauo,hoc autem nihil ad propositum suum faceret,si illæ partes essent idem realiter distincte solum ratione. Ita enim sequitur,si aliquod mouetur ab alio,quod oportet esse vnum a quo reducatur in actum primum: sicut si a se mouetur,immo multo magis:ergo &c.

Comm.30.

Tertio arguitur auctoritate Com. 8. Phys. Ait enim motor debet esse distinctus a moto,aut secũdum diffinitionem & esse simul,sicut illa quæ mouentur ab extrinseco,aut secundum diffinitionem tantum,sicut est dispositio in habẽtibus animam. Anima enim quæ est motor in eis, distinguitur a corpore,quod est motum secũdum diffinitionem, licet non distinguatur secundum esse,scilicet quod impossibile est animam esse sine corpore: & quia corpora simplicia sunt vna secundum diffinitionẽ, & nullum eorum potest diuidi in motorem & motum,necesse est vt non sint mota ex se.

Respondebitur forte quod mens Commen.est, quod mouens & motum debent esse distincta,non quidem realiter,sed secundum diuersam considerationem,vt superius allegatũ est ex 3.& 4. Cœli.

Sed contra, quia cum distingui illa oportere dicit secundum diffinitionem,accipit realiter distingui:cum det exemplum de anima &corpore, quæ realiter distinguuntur, multo quoque magis intelligitur distinctio realis per distinctionem secundũ diffinitionem & secundum esse. Nec illa etiam responsio quæ dicit Comment.loqui de eo,quod mouetur de potentia essentiali,nõ autem de eo quod mouetur de potentia accidentali valet. Tum quia Comm. 30. inferius Commen.remouens responsionem illam, quod forma corporis simplicis est motor, & materia motum, per hoc quod materia non potest esse mota cum non dicat ens actu, subiungit:Si igitur lapis ver.gra.mouet ex se, contingeret vt esset mouens & motum eodem modo secundum formam, quoniam non est existens in actu,nisi secundũ formam quod est impossibile. Constat autem quod lapis existens in actu secundum formam,non dicit aliquid in potentia accidentali ad motum lapidis. Tum etiam quia Comme. in ratione falsum assumeret,cum inquit quod materia non mouetur, quia non est actu: assumitur, enim in ista ratione,quod omne quod mouetur,est actu, hoc autẽ falsum est de eo quod de potentia essentiali mouetur. Materia enim prima est subiectum mutationis,qua aliquid ad formam mutatur,vt patet 1. Physic.& secundum Com.potentia essentialis horum est materia,ex qua generata sunt. Text 68. Comm. 32.

Tertia conclusio est. Grauia & leuia mouentur per se a generante,tamquam a mouente principali & mouente. Quod probatur primo. Omne quod dat formam,dat omnia quæ formam consequuntur:sed motus grauis deorsum & motus leuis sursum consequuntur de necessitate formam grauitatis,& leuitatis,ipsis existẽtibus extra propria loca & impeditis:ergo &c. cõsequentia nota, maior & minor est Comm. 8. Phys. Grauia & leuia mouentur per se a generãte, tãquam à mouente principali & mouente.

Comm. 32. & 3. cœli cõmen. 28.

Dicitur forte quod generans dat motum, quando educitur mobile de potentia essentiali, non autem quando educitur de potentia accidentali.

Sed contra: remoto impedimento à corpore actu graui,aut de necessitate sequitur motus deorsum ad grauitatẽ,aut non. Si non ergo ad hoc vt moueatur deorsum,indiget aliquo extrinseco motore,vt patet ex Comme.sed hoc est falsum secundum

clinatur,& tunc motus non dicitur totaliter ab extrinseco tanquam ab agente, quia etiam a forma intrinseca procedit.

Formæ impressi immobilis mouẽte, dupliciter potest considerari.

Sciendum secundo,quod talis forma dupliciter potest considerari. Cum enim sit quoddam mediũ inter mouens & mobile,tanquam ab agente in mobili causata,potest cõsiderari per comparationem ad mouens,tanquam ad id quod per ipsam formã mouet,& sic habet rationem principii actiui motus. Potest etiam considerari per comparationem ad mobile,tanquam.s.mobilis forma, & sic habet rationem principii passiui. Non est enim principium quo mobile se mouet,sed quo mouetur.

In prologo Metaph.

Sciendum tertio, quod aliquid concurrit ad actionem & motũ dupliciter. Vno modo sicut principium quod actionem & motum producit, & hoc oportet esse aliquod subsistens,aut habens modum subsistentis,quia actiones,& motus sunt suppositorum agentium. Alio modo sicut quo agens agit,& mouens mouet,& hoc potest esse forma tam intrinseca,quam extrinseca. Intrinseca, sicut ignis calefacit & calorem in igne calefaciente existentem: extrinseca autem sicut magnes mouet ad se ferrum per qualitatem in ferro impressam.

Graue põt dupliciter dici in potentia ad motũ deorsum. Tex.& commen.32.

Sciendum quarto,quod aliqua accidẽtia ita cõsequuntur formam necessario,quod a nullo impediri possunt,quin posita forma eueniant, sicut risibilitas consequitur naturam humanam. Quædam vero consequuntur formam in aliqua dispositione existentem & non impeditam, sicut motus deorsum consequitur formam grauis existentem extra proprium locum,& a nullo prohibente extrinseco impeditam. Prima accidentia non est dubium produci a producente formam,de secũdis autem quãdo propter aliquod impedimentum non ponuntur in eodem instanti in quo ponitur forma,potest esse dubium:sed ostendetur quod etiam huiusmodi oportet esse a producente forma,quandocũque ponatur in actu.

Sciendum quinto,quod dupliciter potest aliqd graue esse in potentia ad motum deorsum secundum Phil.& Comm. Vno modo secundum potentiam essentialem,quando scilicet non habet formã grauitatis:sed est in potentia ad illam. Alio modo secundum potentiam accidentalem, quando scilicet formam habet,quæ est principium motus: sed non mouetur propter aliquod impediens, per remotionem tamẽ prohibentis moueri potest: idem de leui est dicendum. Addit autem Commẽ. quod prima potentia est naturalis,secũda autem est violenta. Hoc autem non est intelligendum de potentia secundum se considerata,quia si potẽtia ad motum esset violenta,tunc motus non esset naturalis: sed intelligendum est de potentia,secundum quod subiicitur priuationi motus & loci naturalis,illa.n. priuatio motus & loci est sibi præter naturam, & totaliter ab extrinseco scilicet a prohibente motũ. Istis notatis sit hæc.

Grauia & leuia non mouent seipsa de potentia essentiali ad actum.

Prima conclusio. Grauia & leuia non mouent se ipsa de potentia essentiali ad actum. Probatur, quamuis sit satis manifesta. Idem non potest esse simul in actu & in potentia respectu eiusdem: sed educens aliquid de non graui ad graue, quod est educere ad motum de potentia essentiali, est in actu,aut formaliter,aut virtualiter tale,quod autẽ educitur ad actum vt sic est in potentia: ergo idem non potest se educere de non grauiad graue.

Confirmatur,quia eadem ratione quælibet res seipsam de potentia ad actum produceret. Ad hoc etiam sunt auctoritates Philosop.& Comment.ut patet.

Secunda conclusio est. Grauia & leuia non mouent seipsa per se de potentia accidentali. Dico per se,quia per acidens non inconuenit vt moueant se, mouendo scilicet aliud corpus:quemadmodum dictum est superius esse de mente Commen. Primo, probatur auctoritate Phil. 8. Phys.qui ex proposito hanc quæstionem determinãs ait, Et nanque ipsa a se ipsis dicere scilicet moueri impossibile est, quod postea quatuor rationibus probat, vnde concludit,Quod quidẽ igitur nihil horum ipsum mouet seipsum,manifestum est. 8. Physicor. Comm. 21. Grauia & leuia non mouent seipsa per se de potentia accidentali. Tex.19. Tex.31.

Respondetur,quod nihil aliud intendit Philosophus,nisi q̃ non mouent se de potentia essentiali: quia iam habent formam ad q̃ sequuntur motus.

Sed contra hoc arguitur. Primo quia Philo. immediate superius quærens quomodo huiusmodi grauia mouentur,inquit, quod quando mouentur per violentiam,manifestum est a quo mouentur, quando autem secundum naturam mouentur,non est adhuc manifestum. Ex quibus constat quod nõ quæritur quomodo de potentia essentiali mouean tur,quia quando per violentiam mouentur, iam acta sunt,& non essentialiter, sed accidentaliter mouentur,vt satis patet. Tex.19.

Secundo quia Phil.ibidem ait,quod mouere seipsum vitale est,& proprium animatorum:sed hæc non mouent seipsa de potentia essentiali,cum suas formas non a seipsis, sed a generantibus habeant: ergo &c.

Si dicatur,quod immo animata mouent, sed de potentia essentiali, quia animali in actu existenti potest deficere species appetibilis, quæ est principium talis motus,ideo indiget,vt de potentia essentiali in actum reducatur.

Contra. Quamuis species appetibilis sit principium motus; tamen non causat illam solum animal in seipso:sed etiam causatur ab appetibili, ut patet ex lib.3.de anima:propter quod inquit Phil. 2.quod sentire est quoddam pati: ergo non potest dici,quod eorum est proprium mouere se de potẽtia essentiali,sed tantum de potentia accidentali. Tex.49 Tex.51.

Tertio Phil.probat grauia & leuia non mouere se,quia sunt continua; corpus autem continuum non mouet se: sed manifestum est, quod quando acta continua sunt,sunt actu grauia: ergo loquitur Phil.de motu ipsorum quo de potentia accidentali mouentur: non de motu quo mouentur de potentia essentiali. Vnde concludit Phil. quod necesse est diuidi mouens in unoquoque ad id quod mouetur, sicut in animatis videmus,cum moueat aliquod animatorum ipsa. Tex.30. Ibidem.

Confirmatur,quia Phil.non vteretur tanta diligentia ad probandum illa non moueri a se, in qõ videtur agere,vt excludat opinionem Platonis & Galeni,ut inquit Alber. Si mens eius esset ista non mouere se de potentia essentiali. Satis enim per totum librum primum Physic.ostensum est idem a seipso

seipso generari non posse,quod est de potentia essentiali educi.

Text.34. & infra.

Secundo principaliter arguitur vt superius arguebatur. Si graue moueret seipsum per se: tunc tolleretur ratio Philos. 8. Phys. ad probandum esse aliquem motorem immobilem per hoc,quòd omne quod mouetur;ab alio mouetur,diceretur enim quòd oportet deuenire ad aliquem primum motorem non immobilem,sed mobilem à seipso, licet non ab alio:& sic destruerentur omnia quę probat Philosophus,tam in 8. Phys.quam in 12. Meth. de primo motore:quoniam omnia supponunt esse vnum primum motorem omnino immobilem.

Respondeti fortassis posset,quod ratio Philosophi per hoc non tollitur:quia sic intendit arguere: Si non proceditur in infinitum in motoribus & motis, oportet deuenire ad aliquem motum, qui aut omnino non mouetur,aut mouetur à seipso. Si primum detur,iam habetur propositum. Si secundum,aut motor ille mouet se de potentia essentiali, aut de potentia accidentali. Si de potentia essentiali, tunc oportebit ipsum diuidi in motorem & motum:& tunc idem quæretur de illo. Cum ergo non sit processus in infinitum,oportebit deuenire ad vnum primum qui non moueatur de potentia essentiali:si de potẽtia accidentali :tunc eo erit motor prior mouens de potentia essentiali. Mouens enim de potentia accidentali posterius est mouente de potentia essentiali: & tunc similiter quærere tur de illo motore, vnde cum non sit processus in infinitum,oportebit deuenire ad aliquem motorẽ qui neque accidentaliter mouebitur, neque essentialiter.

Sed quod ista responsio nõ sit ad mentem Phil. facile ostenditur.

Text. 34. & 40.

Primo,quia Phil.concludit,quod oporteret deuenire ad aliquod mouens seipsum, & ostendit quod tale oportet diuidi in partem mouentem, & partem motam,cum nihil moueat seipsum primo: & ex hoc concludit,quod oportet illam partẽ mouentem non moueri:ergo non intendit conclu dere immediate ex hoc fundamento,quod præter mouens seipsum oportet esse aliquod mouens extrinsecum,educẽs ipsum mobile in actum primũ, sed quod oportet mouentis seipsum,esse immobilem,vnam partem scilicet mouentem: hoc autem concluderet nisi pars mouens & pars mota distinguerentur realiter:ergo responsio illa nulla est.

Comm.4.

Confirmatur auctoritate Comment. Cum declarauit,inquit,quod moti ex se quædam pars est motor, qui non mouetur & est forma,& quædam pars mouetur: vult declarare quod omne motum ex se primum essentialiter componitur ex parte,q̃ mouet tantum,& ex parte quæ mouetur.

Tex.1.& sequenti 8. Text.34.

Secundo, quia totum fundamentum rationis Philosoph.ad probandum esse vnum primum mouens immobile est, quod nihil mouet seipsum, & quod mouentis seipsum vna pars est mouens,& altera pars est mota,idque nititur probare tam in septimo,quam in octauo,hoc autem nihil ad propositum suum faceret,si illæ partes essent idem reali ter distincte solum ratione. Ita enim sequitur,si aliquod mouetur ab alio,quod oportet esse vnum a quo reducatur in actum primum: sicut si a se moueturimmo multo magis:ergo &c.

Comm.30.

Tertio arguitur auctoritate Com.8. Physi. Ait enim motor debet esse distinctus a moto,aut secũdum diffinitionem & esse simul,sicut illa quæ mouentur ab extrinseco,aut secundum diffinitionem tantum,sicut est dispositio in habẽtibus animam. Anima enim quæ est motor in eis, distinguitur a corpore,quod est motum secũdum diffinitionem, licet non distinguatur secundum esse,scilicet quod impossibile est animam esse sine corpore: & quia corpora simplicia sunt vna secundum diffinitionẽ, & nullum eorum potest diuidi in motorem & motum,necesse est vt non sint mota ex se.

Respondebitur forte quod mens Commen.est, quod mouens & motum debent esse distincta,non quidem realiter,sed secundum diuersam considerationem,vt superius allegatũ est ex 3.& 4. Cœli.

Comm.30.

Sed contra, quia cum distingui illa oportere dicit secundum diffinitionem,accipit realiter distinguiicum det exemplum de anima &corpore, quæ realiter distinguuntur, multo quoque magis intelligitur distinctio realis per distinctionem secundũ diffinitionem & secundum esse. Nec illa etiam responsio quæ dicit Comment.loqui de eo,quod mouetur de potentia essentiali,nõ autem de eo quod mouetur de potentia accidentali valet. Tum quia inferius Commen.remouens responsionem illam, quod forma corporis simplicis est motor, & materia motum, per hoc quod materia non potest esse mota cum non dicat ens actu, subiungit:Si igitur lapis ver.gra.mouet ex se, contingeret vt esset mouens & motum eodem modo secundum formam, quoniam non est existens in actu,nisi secundũ formam quod est impossibile. Constat autem quod lapis existens in actu secundum formam,non dicit aliquid in potentia accidentali ad motum lapidis. Tum etiam quia Comme. in ratione falsum assumeret,cum inquit quod materia non mouetur, quia non est actu: assumitur, enim in ista ratione,quod omne quod mouetur,est actu, hoc autẽ falsum est de eo quod de potentia essentiali mouetur. Materia enim prima est subiectum mutationis,qua aliquid ad formam mutatur,vt patet 1. Physic.& secundum Com.potentia essentialis horum est materia,ex qua generata sunt. Text.68. Comm.32.

Tertia conclusio est. Grauia & leuia mouentur per se a generante,tamquam a mouente principali & mouente. Quod probatur primo. Omne quod dat formam,dat omnia quæ formam consequuntur:sed motus grauis deorsum & motus leuis sursum consequuntur de necessitate formam grauitatis,& leuitatis,ipsis existẽtibus extra propria loca & impeditis:ergo &c.cõsequentia nota,maior & minor est Comm.8.Phys. Grauia & leuia mouentur per se a generãte, tãquam à mouente principali & mouente.

Dicitur forte quod generans dat motum, quando educitur mobile de potentia essentiali, non autem quando educitur de potentia accidentali.

Comm.32. & 3.cœli cõmen.28.

Sed contra: remoto impedimento à corpore actu graui,aut de necessitate sequitur motus deorsum ad grauitatẽ,aut non. Si non ergo ad hoc vt moueatur deorsum,indiget aliquo extrinseco motore,vt patet ex Comme.sed hoc est falsum secun-

cundum

cundum Commen.ergo &c.Si de neceſſitate ad
2.phyſic. Comm. 48. Comm. 32. grauitatem ſequitur motus:ergo qui dedit formã grauitatis,dedit & motum.Quando enim aliqua ſe de neceſſitate ſecundum eſſe conſequuntur,ita quod vno poſito aliud per quandam reſultantiam ponitur,quicunque dat primum,dat & ſecundum vt patet in ſubiecto, & propria paſſione.

8. Metaphy in prob. 7. Tex.28. Secundo,aut mouentur & per ſe à forma tãquã à mouente quod,aut à generante,vt patet ex opinionibus magis communibus,tum etiam quia ex cluſimus ſuperius,ꝙ non monentur a medio: ſed non mouentur hoc modo à forma grauitatis: ergo &c. Probatur minor.Primo. Omne quod agit eſt ſuppoſitum in actu,vt patet,ſed neque grauitas,neque leuitas ſunt ſuppoſita,vt ex ſe ſatis patet,ergo &c.

Dicetur forte , quod non oportet ad mentem Philoſophi omne mouens eſſe per ſe ſubſiſtens , ſed ſufficit,qđ ſit ens actu vt diſtinguitur à pura potentia,& hoc modo forma eſt ens actu,licet non ſit ſuppoſitum.

Sed contra.Eodem modo conuenit formæ eſſe principium actionis & motus,quomodo ſibi cõ
9. Metaphy; Comm. 32. uenit eſſe actionis terminum:ſed probat Philoſophus,quod forma non poteſt eſſe primo,& per ſe terminus actionis:ſed tantum compoſitum: ergo non poteſt eſſe primo,& per ſe principium actionis,& motus:non ergo per ens actu intelligit Philoſoph.omne quod non eſt pura potentia,ſed compoſitum in rebus materialibus.Illi.n.primo & per ſe conuenit eſſe,& conſequenter operari & agere.

3.Cœli. Comm.28. Secundo:quia Commen.ait,quod lapis nõ mouet ſe eſſentialiter.

Nec valet,quod dicitur,quod intelligit non mouere ipſum graue de potentia eſſentiali,quia ſubiungit,qđ mouet aeré eſſentialiter, licet non p ſe, conſtat autem quod ibi accipit mouere eſſentialiter .ideſt per ſe,non autem de potentia eſſentiali, quomodo etiam vtitur hoc nomine comment. 38.

8.tex.33. Tertio arguitur auctoritate Philoſo. Ait enim concludendo,quòd aut à generante,& faciẽte graue,& leue,aut ab impediẽtia ſoluente, mouetur, Superius autem oſtendit,ꝙ à remouente prohibens non mouentur,niſi per accidens,relinquitur ergo,ꝙ à generante per ſe mouentur.

Si dicatur,ꝙ intelligit ea moueri à generante de potentia eſſentiali,non autem accidentali.

Contra,quia oſtendens quomodo remouens ꝓhibens non mouet per ſe,ſed per accidens,dat exẽplum de pila,quæ repercuſſa non mouetur a parie te per ſe,ſed à proiiciẽte.Vbi ait Commen. quod quẽadmodum paries non mouet per ſe pilam illo motu reflexo,ſed proiiciens,ita illud quod aufert impedimentum,mouet lapidem per accidens , & generans mouet ipſum eſſentialiter.

Vide quid ſentiendum de motu reflexo. Vbi accipit mouens eſſentialiter pro mouente per ſe,alioquin ſimilitudo ad propoſitum non eſſet.Sed Philoſophus loquitur ibi de motu,qui cõuenit mobili poſt remotionem impedimenti , ſi cut & de motu qui conuenit pilæ poſt impedimẽtum parietis,quo motu conſtat,quòd mobile non mouetur de potentia eſſentiali,ſed tantum accidẽtali:ergo intelligit Philoſo.generans per ſe mouere huiuſmodi corpora etiam de potentia accidentali.

Aduertendum autem quod cum dicimus generans mouere per ſe grauia quæ prius impediebantur à motu,non ſic intelligendum eſt , quaſi nouũ aliquem impulſum agat remoto prohibente:contingit.n.generans tunc non eſſe,ſi aliquid aliud præter eẽ eam generet:ſed ille motus attribuitur generanti,quia grauitas à qua de neceſſitate ille motus procedit,eſt à generante.Sicut.n.in proiectis dicitur proiiciens tamdiu mouere principaliter quamdiu durat virtus eius & impulſus in mobili,ita quamdiu durat grauitas incorpore grãui per quam mouetur , dicitur generans ea mouere tamquam principale agens,cum in grauitate eius virtus ſaluetur,ſicut virtus principalis agẽtis ſaluatur in inſtrumento.

Quarta concluſio eſt.Grauitas & leuitas mo- Grauitas, & leuitas mouent corpora, quorum ſunt formæ tanquam agentia quibus generantia ea mouent;& tanquã agentia inſtrumentalia.Probatur primo. Certum eſt grauitatem concurrere ad motum naturalem deorſum.Aut ergo concurrit omnino paſſiue , aut actiue principaliter,aut actiue inſtrumentaliter,& ſicut principium actiuum quo generans mouet . Non primum,quia formæ eſt agere ex.2.de generatione,pati vero materiæ,non ſecundum vt probatum eſt:ergo tertium.

Secundo.Sicut ſe habent alia accidentia conſequentia formam ad ipſam formam , ita & motus, quia motus naturalis eſt de conſequentibus formã,vt patet per Commen.ſed alia accidentia non Tex.50. ſequuntur formam mere,& omnino paſſiue,figura enim non conſequitur formam ſubſtantialẽ mere paſſiue,non enim forma eſt ſubiectum figuræ ; ergo & motus non conſequitur formã mere paſſiue,ſed aliquo modo actiue,non principaliter.ergo Comm.34. 8 phyſi. inſtrumentaliter,& ſecundario.

Ad hunc ſenſum intelligẽdæ ſunt omnes auctoritates Comm.& S.Th. dicentes grauitatem & le Auctoritates S.Tho.& Auerr. uitatẽ eſſe principia actiua motus, eſt.n.grauitas principium actiuum quo,& inſtrumentale,non autem quod.Ad hunc etiam ſenſum fortaſſis loquũtur,qui dicunt ꝙ huiuſmodi corpora mouent ſe. 8.phyſic. Exp.tex.4. Itẽ quia aliquando inquit S.D.ꝙ grauitas eſt principium paſſiuum motus,intelligẽdum eſt,ꝙ eſt inſtrumentale agens.Inſtrumentum.n. quod producitur a principali agente,habet rõnem paſſiui, maxime ſi conſideretur ſecũdum ꝙ eſt aliquid in mobili productum,vt ſuperius annotauimus. Hũc.n. ſenſum explicat ipſe S.D.in trac.de natura materiæ c.1.

Quinta concluſio eſt . Grauia & leuia mouẽtur Grauia leuia mouentur per accidens a remouente prohibens per accidens à remouente prohibens. Hanc cõcluſionem ponit Phil.& Comment.Pro cuius declaratione notandum primo,quòd cauſa per accidẽs alicuius effectus poteſt dupliciter intelligi,ex parte ſcilicet cauſæ,& ex parte effectus: ex parte cauſæ,quando aliquid coniungitur cauſæ per ſe,ſicut dicimus,quod album ædificat : ex parte effectus quando aliquis effectus coniungitur effectui per ſe,ſicut in 2.q.6.diximus fortunam eſſe cauſam ꝙ accidens inuentionis theſauri. bens: 8.phyſic. Tex.32. Comm.31. Cauſa per accidens duplex.

Sciendum ſecundo, ꝙ duplex ex parte effectus dicitur

dicitur cauſa per accidens. Vno modo,quia effectus eſt præter intentionem agentis , quemadmodum fortuna cauſa per accidens eſt . Alio modo, quia licet effectus ſit à cauſa intẽtus, & etiam principaliter , tamen ex actione eius non eſt natus ille effectus ſequi,ſi talis actio ſecundum ſe conſideretur:ſed ſolũ natus eſt ſequi ex ſuppoſitione , quod accidentaliter coniungitur actioni : ſicut ſoluens pedes animalis,dicitur eſſe cauſa motus progreſſiui illius. Non enim ex illa ſolutione natus eſt ſequi ille motus, niſi enim animal eſſet viuum,non moueretur motu progreſſiuo,ſed per accidens cauſa eſt illius effectus; quia illi pedum ſolutioni per accidens coniungitur animal eſſe viuum.

Remouẽs ī pedimẽtum, eſt cauſa motus per accidens ex parte effectus. Remouens igitur impedimentum motus,ſicut remouens columnam cui ſuperpoſitus eſt lapis, dicitur mouere per accidens lapidem : non ſecundum ꝙ per accidens ſe tenet ex parte cauſæ, quia huiuſmodi cauſa per accidens nihil ad effectum operatur:cum enim dicimus album ædificat , albedo nihil ad ædificationem operatur. Neque etiam eſt per accidens ex parte effectus , quaſi ille effectus non intendatur , poſſibile eſt enim,quod aliquis diuellat columnam,vt lapis cadat. Sed dicitur mouere per accidens,quia motui columnę per accidens coniungitur eſſe aliquod corpus graue ſuperpoſitum , quod natum eſt illo motu moueri à generante,& ſua grauitate , quodque impediebatur à columna ne moueretur. Vnde remouens columnam, operatur quidem aliquo modo ad motum lapidis,non quia illi aliquid imprimat,ſed qa remouet id , quod impediebat ne graue deorſum moueretur. Ad argumenta in oppoſitum reſpon-
Reſponſio ad argumenta aduerſariorum. detur.Ad primum negatur maior de eo, quod habet in ſe ſolum principium actiuum quo & inſtrumentale,quomodo diximus grauitatem,& leuitatem eſſe principia motus actiua ,requiritur enim ad hoc,vt aliquid moueat ſe , ꝙ in ſeipſo habeat principium quod,& principale motus.

Ad confirmationem dicitur , ꝙ motus ad ſuperius eſt cauſatus à leuitate , ſicut à principio quo & inſtrumentali,ſicut riſibilitas ab eſſentia hominis cauſatur , non autem ſicut à mouente principali .

Ad ſecundum dicitur , quòd mouentur principaliter à generante. Ad primam improbationem huius dicitur,quòd auctoritas Commen. nihil aliud ſignificat , niſi quod generatum eſt mouens, quod & principale, forma autem generata eſt mouens quo & inſtrumentale . Ad ſecundam dicitur,
Aliquid curat auctoritas Auerr. ꝙ mens Commen.eſt,ꝙ quando graue in actu eſt, non indiget motore extrinſeco educente in actum graue de potentia eſſentiali, neque indiget motore extrinſeco de nouo aliquid imprimente,ad hoc vt moueatur,huic autem non repugnat,quod moueatur a generante formam grauitatis antea ab eo acceptam.

Mens Ariſt. Ad tertium dicitur ſecundum mentem Philoſophi,quod graue in actu aſſimilatur habenti habitum ſcientiæ, in hoc , quod ſicut habens habitum ſtatim conſiderat,niſi aliquid impediat,ita habẽs grauitatem ſtatim mouetur à ſua grauitate tanquam à principio quo,niſi ſit aliquid impediens : non autem eſt ſimilitudo , quod ſicut intelligens per ſeipſum intelligit , ita graue per ſeipſum moueatur.

Ad quartum dicitur primo , quod mobile non requirit mouens principale eſſe ſimul cum eo,niſi in principio motus , quando mouens nihil in mobili præter motum imprimit,multo minus hoc requiritur,vbi mouens imprimit mobili formam,ꝓ quam inclinatur ad motum. Dicitur ſecundo, qđ effectus in actu exigit cauſam in actu, vel in ſe vel in inſtrumento,in quo eius virtus ſaluatur :modo licet generans non ſit in actu in ſe,remanet tamen virtualiter , quamdiu remanet grauitas per quam mouetur graue. Mouens, & motũ oportet eẽ ſimul, quomodo accipiẽdum.

Sed contra iſtam reſponſionem arguitur. Nam Optima. tunc virtus illa quæ remanet in grauitate à generante,erit efficiens motus principale , non autem ipſum generans.

Reſpondetur negando conſequentiam. Illa.n. virtus non erit niſi efficiens quo ; mouens autẽ ꝙ mouet per illam virtutem,eſt generans.

Ad quintum dictum eſt in quæſtione , qđ lapis Quomodo lapis dicitur mouere ſe. dicitur mouere ſe improprie,quia habet in ſe principium quo,& inſtrumentale ſui motus , & quia mouet ſe per accidens.

Ad ſextum negatur conſequentia. Ad probationem negatur aſſumptum de mouente,quod imprimit mobili formam,per quam mouetur ad locum naturalem,tale enim mouens magis mouet,quanto mobile magis recedit ab eo,accedens ad locum naturalem,per talem enim appropinquationẽ ad locum naturalem forma,qua inſtrumentaliter mouet,intenditur per acceſſum inquam ad id , quod eſt quaſi finis eius, & complementum ſuæ perfectionis.

Ad ſeptimum dicitur , quod mens Philoſophi Mens Phil. eſt illa eſſe actiua motus inſtrumentaliter, & ſicut principium formale quo , non autem ſicut principium quod.

Ad vltimum dicitur primo,quod maior non habet veritatem,niſi de habente potentiam actiuam principalem,qualis non eſt in huiuſmodi corporibus,vt ſæpe dictum eſt.

Dicitur ſecundo , quod etiam minor eſt falſa, graue enim non eſt paſſum proportionatum, quia oportet illud eſſe diſtinctum aut ſecundum eſſe , aut ſaltem ſecundum diffinitionem , ſiue ſecundũ eſſentiam,& ſubſtantiam.

ADDITIO.

CIRCA hoc quæſitum,quia eſt arduum , & difficile,vltra concluſiones , quas ponit Auctor , ſunt & quædam aliæ propoſitiones aduertendæ,quæ vberiorem efficiunt hanc doctrinam,& prima Duplex eſt efficiens. eſt,quòd elementa mouentur à cœlo effectiue & localiter,verum quia efficiens eſt duplex,vniuerſale, & particulare,cœlum eſt agens vniuerſale , non autem particulare,& proprium , non tamen agit cœlum attrahendo elementa,aut expellendo , aut alia ſpecie violenti motus mouendo , quia tunc elementi leuis facilius attraheret

traheret cœlum medietatem,quam totum, quia medietati magis dominaretur cœlum quam toti,consequens est contra experientiam,similiter velocius depelleret cœlum medietatem elementi grauis,quam totum,similiter cum attractio, & expulsio sint motus violenti 7. Physic.non reperirentur motus natutales, sed eis coniuncta esset violentia,& eisdem rationibus probatur,locum non attrahere,aut expellere corpora in ipsum mota ab ipso.

Secunda propositio,locus mouet elementa finaliter, Tex.25. & formaliter aliquo modo,& effectiue, sed non proprie effectiue,quæ propositio est de intentione Auerr. 4.cœli,vbi vult,ꝙ causa finalis in motibus istorum ele- Comm. 14. mentorum sunt loca conuenientia,& sunt aliquo modo formæ,cum sint perfectiua,dicitur finis de loco,& forma æquiuoce,vt scribit commen. 4.Physi.quia locus se- Comm. 43. paratur à locato,& in hoc differt à materia, & à forma, & in eodem lib.ait,causa motus eius, quod mouetur in cõtinente,est extra naturam,& est rem motam esse extra suum vbi naturale,distinguit autem moueri in continens mobilia cœlestia incorruptibilia, quia non violẽte locabilia sunt superiora,sicut multa inferiora, & sic patet, ꝙ quemadmodum esse in suo loco naturali elementi aut elementali,est causa finalis quietis naturalis, ita esse extra suum locum naturalem est finalis causa motus naturalis.

Comm. 31. Tertia propositio, generans elementum mouet ipsum mediate,sed non immediate, vt habetur in hoc 8. Physic. motor corporum naturalium in loco est in rei veritate ab eo,quod generat ipsa, sicut alia accidentia, quæ inueniuntur generari in re per generationem ipsius,potentia enim ad motum dicitur duobus modis, vt tangitur in hoc quæsito,essentialis,& accidentalis,cũ igitur elementum mobile non existit,tunc elementum est in potentia essentiali,quia materia ex qua generabile est elementum,est in potentia ad formam principiatiuam operis,& sic indiget elementum aliquo generantẽ ipsum de potentia ad actum essendi,& tunc de potẽtia essentiali reducitur elementum ad actum motus: secunda pars illius propositionis patet, quia generans nõ est localiter mouens per se,neque immediatum, & per Comm. 28. accidens,vnde Auerr. 3.cœli aiebat,quemadmodum cętera accidentia existentia in re generata non existunt in ea nisi à generante,tamen mediante forma generati; quę fit à genetante,ita est de hoc motu,verbi gratia genita prima parte ignis,insunt omnia accidentia ignis in quantum ignis,quorum vnus est motus ad superius, & Comm. 38. 8.Physi.docet,generans est illud,quod dat corpori generato formam suam,& omnia accidentia contingentia formæ,quorum vnus est motus in loco,& ideo cum forma fuerit completa,in eo complebitur suum esse, & alia accidentia,nisi aliquid impediat.

Quarta propositio,remouens prohibens mouet elementum per accidens,& non est necesse, ꝙ aliquid faciat in effectu,quia si contingat elementum esse in potentia accidentali ad moueri,hoc est dupliciter, aut est in loco suo naturali, & tunc non mouetur naturaliter, neque indiget motu ducente ipsum in suum locum, si autem ipsum est extra locum suum,tunc non mouetur, quia supponitur,quòd sit in potentia accidentali ad naturaliter moueri;ergo quiescit,& cum ista quies sit violenta sibi, ipso indiget remouente, prohibens ipsum moueri. Quidam per prohibens intelligunt medium ꝑ quod fit motus,quia volunt elementum per se mouere medium,amoto vero medio impediente, elementum mouet se per accidens,& reducitur per accidens in causam per se,scilicet in elementum mouens medium, & medium per se mouens elementum.

Opinio aliquorum interpretantiũ prohibens.

Sed contra istam opinionem est Auerr.8.Physi.vbi habet,quòd graue, & leue remoto prohibẽte mouetur ex se,& subdit Arist.posuisse illa nõ moueri ex se,quia non mouentur ex se,donec moueantur ex aliis, mediũ autem nunquam est remotum,sed semper resistit, & si ne illo non fieret motus;ergo per prohibens non intelligitur ipsum medium,quod si intelligant medium remoueri sic,ꝙ cedat,ad hoc vt motus fieri possit, & tamen adhuc resistat, contra,quia hoc aduersatur dicto Ar.8.Phys.vbi exemplificat de euellente columnam. Tex.31.

Et ideo per prohibens intelligendum venit illud,qđ prohibet,vt motus inchoetur, vt graue descendere columna supposita,& remouetur prohibens, si columna remoueatur,& si lapis trahitur extra columnam, similiter sagitta sursum proiecta,cum desinit aer ipsam sursum portare remouetur,aut remoueri incipit prohibẽs, similiter lapide sui grauitate rumpente chordam, qua sustinebatur,lapismet remouet impediens, sic etiam si aqua,aut argentum viuum super calefacta ascenderet per calorem,tunc remouens calorem remoueret impedimentum &c.

Quinta propositio,medium mouet adiuuando, non autem solitarie,si enim solus ventus aliquid moueret, tunc motus ille non esset naturalis.

Sed sciendum est,quòd Aristot.3.cœli vult aerem esse causam motus naturalis,& violenti facti in eo, & Auerr.ibi dicit,aer sui grauitate iuuat grauia in descendẽdo,& sui leuitate iuuat leuia in ascendẽdo;est igitur aer adiuuans,& deferens,non autem est principale efficiẽs, quia medium mouetur à re mobili,& in hoc libr.8. ait, ꝙ aer & aqua talem habent naturam,cum accipiãt principium mouendi ab alio,per se mouentur, ex quo patet in motu naturali,& violento medium moueri, & sic in naturali motu medium adiuuat,sed in violento portatur mobile à medio. Tex.[illegible] Comm.[illegible]

Sed aduerte ꝙ in proiectionibus, in quibus impellens ab impulso separatur,sunt tres opiniones . prima est Plat.volentis medium succedens impellere mobile. secunda est Parisiensium asserẽtium impetum esse qualitatem infixam impulso mouentem ipsum, quæ tamẽ quia violenta est,continue remittitur.tertia est quæ attribuitur Aue.ꝙ medium impulsum mouetur à sua forma,quia 3.cœli ait,motus lapidis sursum assimilatur naturali, quia lapis mouetur, dum extrinsecum mouens quiescit,motor igitur est cum moto, & si hoc non esset caderet lapis,sed quid sentiendum est secundum D. T. vide Auct.in resp.ad quartum arg.huius quæsiti, & Sã. Thom.2.sen.dist.6.q.1.vide quoque Ianu.q.12.huius, Alber.de Saxo.3.cœli q.8.Greg.Arim.2.sent.dist. 6.q. 1.artic.3.

Opinio Platonis. Opinio Parisiensium. Opin.Auer. Comm.[illegible]

QVAESTIO X.

Vtrum in animalibus pars intrinseca mouens sit aliquid compositum ex materia & forma.

Quod enim ipsum à seipso mouetur natura,&c. Tex. XXVII.

QVÆRITVR decimo.Vtrum in animalibus pars intrinseca mouens sit aliqd compositum ex materia & forma. Et videtur,quod non.

Primo

Primo.Illud conuenit alicui primo, quod illi conuenit non per aliquid aliud,& cuicumque cõ- 1.poste.c. 5. uenit,per ipsum conuenit, vt habetur ex Philosopho:sed animæ animalis conuenit virtus motiua, non per aliud cui per prius conueniat,& cuicumq; inest hoc est per animam:ergo animæ primo conuenit virtus motiua:ergo non primo conuenit alicui composito mouere.

Secundo.sequeretur materiam esse per se motiuam, sed hoc est impossibile; ergo &c. Probatur consequentia. Quodcumque accidens conuenit primo,& per se composito, conuenit cuilibet eius parti per se,licet non primo: ergo si compositũ ex materia,& forma mouet primo,& per se, materia per se mouebit.

8.Ph.cõ. 30. Tertio. Comm. ponit animam esse principium mouens in animalibus:ergo non compositum.

1.de anima comm. 37. Quarto. Commen.super illo capite, quare primum de alimento,inquit. Cum declarauit animã esse causam secundum formam, & secundum finem,declarauit etiam eam esse causam mouẽtem secundum omnes motus siue veros,siue existimatos:ergo compositum non est pars mouens.Suppositis his quę in priori quęstione determinata sunt. Sciendum primo secundum doctrinam S. D.quod quamuis vnica forma substantialis sit in vno composito,vna tamen,& eadem existens facit quicqd facerẽt plures formæ si ibi essent. In homine enim anima intellectiua dat esse corporeum, quod in a- 1.p.q.6.ar.2. liis facit forma corporea:dat esse viuens, quod in plãtis facit anima vegetatiua:dat esse sensitiuum, qđ in brutis anima sensitiua facit: & vlterius dat esse intellectiuum:vnde secundum quod formam imperfectiorem virtualiter cõtinent, sibi quoque conditiones illius formæ cõueniunt, nisi formam, secundum quod ab alia perfectioris gradus est distincta,& separata,consequantur.

Forma superior dat cõposito vnica existens, quicqd dãt inferiores formæ.

Sciendum secundo, quod non inconuenit aliquid esse causam per accidens sui motus, alterius autem a quo distinguitur aut secũdum essentiam, aut etiam secundum esse per se causam motus esse. Nauta enim per se mouet nauem, sed per accidens mouet se, secundum quod ad nauis motum mouetur.

Aliquid põt esse per accidens causa sui motus, & alterius a quo distinguitur causa est motus ꝑ se.

Sciendum tertio, quod in animali duplex motus naturalis inuenitur . Vnus est qui sequitur apprehensionem,& appetitum,& hic est motus progressiuus eius . Non enim mouetur animal de loco ad locum,nisi propter apprehẽsionem alicuius cõuenientiæ in illo loco,& per illius appetitum, & desiderium. Alius motus est qui nullam apprehensionem sequitur, sicut motus partis nutritiuæ, & motus cordis,qui etiam dormienti animali,& omni ligato prorsus sensuum iudicio fit. Dicitur itaq; primo secundum mentem S. D.quod in motu animalis quo mouetur motu progressiuo, de quo maxime loquuntur Philosophi,dum dicunt animal mouere seipsum,pars mouens non est anima solũ, sed illa pars animati corporis,in qua est virtus sensitiua apprehensiua,puta cerebrum, & illa in qua est appetitus sensitiuus siue sit cor, siue quæcumque alia pars. Vnde pars mouens in eis est compositum ex materia,& ex anima, secundum quod

Quę pars sit mouens in motu animalis progressiuo. 5. de anima lect. 5.

in illa parte per virtutem apprehẽsiuã,aut appetitiuam inuenitur. Posset hoc probari:quia in motu ab apprehensione,& appetitu procedente, illud est mouens,cuius operatio est apprehẽdere, & appetere,sed vt patet ex Philosopho operationes sensitiuæ non sunt solius aĩæ,sed compositi:ergo pars mouens est compositum,& non anima tantum. 1.de anima. Tex.64.& 66.

Dicitur secundo,ꝙ in motu naturali cordis mouens principale vt quod,est generans:mouens vero vt quo generans mouet,est anima . Potest probari ex præcedentibus sic. Sicut est in aliis rebus quæ mouentur naturaliter tantum,& non per apprehensionem,puta in elemẽtis ita in animalibus quantum ad motum localem,qui conuenit animalibus non per apprehẽsionem, sed per animam,in quantum est forma naturalis,sed ꝓbatum est motus naturales aliarum rerum esse a generãte,sicut a principali mouente,a forma autem sicut à principio quo:ergo sic erit in animalibus.

Sed circa hoc duo occurrunt dubia.

Primum est. Animata quælibet ab inanimatis differunt,quia animata seipsa mouent aliquo motu,non autem inanimata:ergo licet in rebus inanimatis principium quod,& principale non sit intrinsecum,in rebus tamen animatis oportet esse intrinsecũ,& non sufficit in eis esse principiũ quo: ergo motus cordis in aĩalibus non erit a generante immediate,sed ab aliquo intrinseco principio.

Quomodo differũt animata ab inanimatis.

Respondetur,quod antecedens verum est de toto animato,nõ autem de qualibet parte rei animatæ. Sufficit.n.quod vna pars moueat aliam, & sic totum moueat se. Vnde Phil.inquit, ꝙ insunt alii motus natura animalibus,secundum quos nõ mouentur per seipsa,ut augmentum, & decrementũ, & respiratio. 8.Ph. cõ.51.

Secundum dubium est.Quia si est vnica forma substantialis in animali,& pars mouens est composita ex materia,& anima,cum similiter sit ex eadem anima,& materia & composita pars mota,sequitur quòd eadem anima erit mouens quo , & mota.

Respondetur non esse inconueniens animam esse principium quo motus,& per se , secundum ꝙ vni parti vnitur secũdum potentiam motiuam, & ipsam esse partem rei motæ inquantum est eius forma secundum esse. Idem enim potest esse per se principium actiuum formale alicuius motus , & tamen per accidens moueri:quia etiam agens, & mouens principale potest seipsum aliud mouendo per accidens mouere.

Anima est principium quo motus.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ propositio Philosophi intelligitur de eo,quod conuenit alicui tamquam ei quod est tale,non autem tamquam ei,quod est principiũ formale,quo aliquid est tale, licet enim esse album non conueniat corpori nisi per albedinem,non tamen dicitur albedo primo alba.

Dicitur secundo ,quod mouere non conuenit animæ tanquam ei quod mouet, sed tanquam ei quo aliquid mouet. Vnde non oportet,quod moueꝛe ei primo conueniat,nisi forte in genere eorum, quæ tanquam principia formalia mouent.

Ad secundum negatur consequentia . Ad probationem

bationem negatur assumptum de parte integrali essentiæ: totum enim dicit entitatem distinctam ab omnibus partibus, includens tamen partes, vt declaratum est.

1.Phy.q. 9. Dicitur secundo, posito quod assumptum haberet veritatem de hoc actu qui est mouere, loquendo quantum ad partes formales, non tamen habet veritatem de ea parte, quę est materia, quia cũ sit pura potentia, eius nullo modo est agere.

Mens commentatoris. Ad tertium, & quartum dicitur, quod mens Cõmentatoris est animam esse principium actiuum motus animalis non principale, & quod, sed formale, & instrumentale, quod verum esse diximus.

ADDITIO.

Lect. 55 CIRCA illa verba, quæ dicit Auctor de mente S. Thom. 3. de anima, quòd in motu animalis, quo mouetur motu progressiuo ipsum animal dicitur mouere seipsum, pars mouens non est anima solum, sed illa pars animati corporis, in qua est virtus sensitiua apprehensiua.

Dubitare posset aliquis, quia motor debet esse realiter distinctus à moto, sed ista pars virtus sensitiua apprehensiua, non est realiter distincta à toto animali moto, cum in eo claudatur; igitur falsa videntur verba illa adducta ab Auctore.

Pro solutione huius notanda est hæc propositio, quam constat esse verissimam, videlicet omne mouens seipsum necessario est diuisibile in partem per se mouentem immobilem per se, & partem per se motam, si quidem in mouẽte se, vel totum primo, & per se mouet totum, vel vtraque per se mouet alteram reciproce, vel quælibet pars mouet seipsam, vel vna pars mouet, & non mouetur, & alia mouetur, & non mouet, nec oportet in ista diuisione hęc duo membra addi, scilicet qđ vel totum moueat partem vel econtra, quia reprobatis primo, & tertio membris, satis reprobantur ista duo membra, quòd pars non potest mouere totum, nec eõtra, quin vna pars seipsam moueret, aut totum moueret totum, sic ergo in illa diuisione sufficiunt illa membra, sed nullum trium membrorum priorum potest dici, relinquitur ergo quartum, quòd est conclusio intenta, quod autem non potest dici primum patet, quia cũ idem sit actus numero mouentis, & mobilis, si totum mouet totum per se, idem numero mouet, & mouetur, quod est inconueniens; ideo si aliquid mouet, & mouetur, oportet quod alius sit motus numero quo mouet, & alius quo mouetur, sicut alius est motus, quo baculus mouet lapidem, & quo mouetur à manu.

Præterea. omne quod mouetur, mouetur secundum quod est in potentia; cum ergo nihil reducat se de potentia in actum, sed reducitur per aliquid quod est in actu tale, quale est in potentia, id quod reducitur, sequitur, quod oportet mouens esse in actu quodammodo, secundum id ad quod mobile est in potentia, nihil autem idem secundum idem est in actu, & in potentia: ergo nihil potest esse per se, & primo secundum idem tale mouens, & totale motum secundum eundem modum, sic ergo non potest dici primum membrum.

Et notanter dicebatur, quòd oportet mouens quodammodo esse in actu secundum id, ad quod mobile est in potentia, quia aliter est in actu mouens vniuocũ, & mouens æquiuocum, quia in vniuoco est actu forma secundum eandem potentiam, & rationem secundum quam recipitur in mobili, sed in æquiuoco est actu non secundum eandem rationem, sed secundum virtutem superioris.

Non potest dici etiam secundum membrum, quia si vtraque pars moueat aliam reciproce, vna pars non magis mouebit quam alia, & cum primum mouens magis moueat, quam secundum, & si non datur primũ mouens, ergo nec secundum, & per consequens mouens se ipsum, non erit propinquius primo principio motus, quam id quod mouetur ab alio, quod est falsum.

Nec potest etiam dari tertium membrum, quia si aliquod totum moueat seipsum per hoc, quod mouere sibi attribuitur rõne partis alicuius, quæ primo moueat, tunc totum non erit primum mouens seipsum, immo pars; vel attribuitur sibi ratione totius, & tunc nulli parti conueniet mouere se, nisi per accidens, quare sequitur, quòd in mouente se, pars illa, quæ mouet, nõ mouetur nisi à mouente per accidens, & sic per se est immobilis, quod est intentum.

Rursus, si mouenti seipsum quælibet pars moueret, sequeretur, quod totum non esset primum mouens seipsum, immo quælibet pars, & sic isto modo non potest dari aliquod mouens seipsum primo, relinquitur ergo quòd in quolibet mouente se, oportet dare partem per se mouentem, quod est quartum membrum diuisionis prædictæ, & sic propositio præposita est vera.

Attendendum etiam est, quod triplex est potentia motiua, scilicet directiua, vel impulsiua, secunda est imperatiua motus, tertia est executiua motus, potentia directiua est potentia cognoscitiua, vt intellectus vel phãtasia, vnde aduerte quòd intellectus dicitur potentia cognoscitiua, vt apprehendit obiectum puta bonum, & dicitur potentia motiua directiua, quia offert & proponit appetitui bonum cognitum, vel malum sub ratione prosequendi, vel fugiendi, item intellige de potentia phantasię, vt sub se comprehendit imaginatiuam, & cogitatiuam, vel extimatiuam.

Potẽtia imperatiua motus est appetitus intellectiuus vel sensitiuus.

Potentia executiua motus est virtus diffusa in membris, & musculis complantata in corde, vt in primo principio, vel in aliquo proportionali.

Vlterius sciẽdum est, quod aliqui voluerunt motum progressiuum animalis non esse motum naturalem, qa motus sequens apprehensionem est volũtarius non naturalis, sed motus animalis est hmõi, igitur &c. maior patet, quia motus naturalis est ab appetitu naturali, voluntarius autem ab appetitu animali, isti autem appetitus ex opposito distinguuntur, minor etiam apparet, quia motus animalis est per cognitionem, & desideriũ, vt patet 3. de anima.

Non attendentes, cp motus naturalis cõsideratur dupliciter, vno modo prout distinguitur contra violentũ, scilicet vt dicatur motus naturalis omnis ille motus, qui non est violentus. c. de potentia motiua

Alio modo accipitur motus naturalis, prout distinguitur contra voluntarium, seu appetitiuum; motus progressiuus dicitur naturalis, secundum quòd naturale distinguitur contra violentum, quia cum animal moueatur ex se, siue ex principio quod est in eo, propterea motus eius est naturalis.

Verum quia corpus animalis habet duplicem dispositionem, est primo graue ex natura elementi prædominantis in ipso, scilicet terræ, quæ debetur proprię mixto, vt patet secũdo de ortu, & interitu, habet etiam Tex. 11.

& dispositionem propriam, quæ appropriatur animæ motiuæ secundum locum, scilicet talem figuram, & talem coniunctionem partium, & molliciem, & inflexibilitatem, & omnia quæ requiruntur ad motum localem, vt potest videri in partibus continuis ad motum animalium, patet ergo quomodo motus progressiuus potest dici naturalis, & quomodo voluntarius.

Ad dubium principale dicimus cp motor est duplex, vt quod, & illud est ens actu per se subsistens, & hoc tale debet esse realiter, & subsistenter separatum ab ipso moto: alius motor est qui se habet, vt quo & hic non oportet vt distinguatur à moto subsistenter; concludit ergo argumentum de primo motore, non autem de secundo, quemadmodum dicit Auctor non inconuenit animam esse principium quo motus, & per se, secũdum cp vnitur vni parti secundum potentiam motiuam, & ipsam esse partem rei motæ inquantum est eius forma secundum esse, vide D. Tho. p.p.q. 76. art. 3. & 4.

QVAESTIO XI.

Vtrum necesse sit esse vnum primum ens immobile.

Manifestum igitur ex his, &c.
Tex. XLIX.

Suess. 12. Metaphysicæ. q. 15. VÆRITVR Vndecimo, Vtrum necesse sit esse vnũ primũ ens immobile. Et videtur quod non.

Primo. Nihil pertinens ad genus quantitatis ponendum est in primo principio, cum in eo nullum accidẽs sit, sed vnum pertinet ad quãtitatem, cum sit principium numeri, ergo non est dicendum primum principium esse vnum.

Secundo. Ab vno eodem modo semper se habente, & immobili non põt procedere immediate multitudo, sed à primo principio immediate ꝓcedit multitudo entium, ergo non potest esse vnũ principium omnino immobile: consequẽtia nota cum minori. Maior vero est Philosophi vbi ait.

8. huius. Tex. 53. Immobile quidem. n. eundem semper mouebit eodem modo, & vnum motum velut nihil ipsum mutans, ad id quod mouetur.

Necesse est esse vnũ primum ens in vniuerso. Respondeo tribus conclusionibus, quarum prima est. Necesse est esse vnum primum ens in vniuerso, quem vocamus Deus. Licet autem hæc conclusio sit non tantum secundum philosophiam, sed etiam secundum fidem, tamen probatur solum rationibus Philosophi, cum nonnisi Physice hoc inquiramus.

8. huius. Tex. 34. Prima ratio est philosophi. Constat aliquid in entibus moueri, & qui hoc negat indiget sensu. Tex. 1. & 2. physi. a tex. 27. vsque ad 42. Tunc sic. Omne quod mouetur, ab alio mouetur vt in Septimo, & in præcedentibus est ostensum, aut ergo illud mouens mouetur, aut nõ. Si nõ mouetur: ergo habemus vnum mouens omnino immobile, hunc autem vocamus Deum: ergo &c. Si mouetur: ergo ab aliquo mouetur, aut ergo est procedere in infinitum in mouentibus, & motis, aut est deuenire ad aliquod mouens immobile, sed non est procedere in infinitum, ergo est deuenire ad vnum mouens immobile. Quod aũt non procedatur in infinitum in mouentibus & motis probatur. In mouentibus ordinatis remoto primo, aut cessante à motu, posteriora non mouentur, neque mouentur, cum primum sit causa mouendi omnibus aliis, sed si proceditur in infinitum non est aliquod primum mouens, ergo neque secundaria mouentia mouebunt: ergo nihil mouebitur in vniuerso, quod est contra suppositum, & contra sensum. Sed contra istam rationem instari potest: quia videtur supponere id quod probare nititur. Si. n. procedatur in infinitum in mouẽtibus & motis, non est verum quod primum sit causa vltimi aut medii, & media non moueant non mouente primo. Hoc enim solum verum est vbi primum. Si autem proceditur in infinitum, ibi non est primum, ideo ratio non sequitur. Quomodo rõ Arist non supponit ꝓbandum.

Sed contra, quod ista responsio non tollat vim rationis arguitur. Si proceditur in infinitũ in mouentibus & motis: & non sit inuenire primum mouens non motum: ergo tota multitudo mouentiũ se habebit tanquam vnum mouens motum, cum ibi nullum sit mouens immobile: sed hoc est impossibile: ergo si non sit primum: nullo modo erit motus. Probatur. Mouens motum non mouet, nisi moueatur: sed si non est aliquod primũ mouens, illa tota multitudo à nullo mouetur: ergo impossibile est vt sit mouens mota.

Si dicatur quòd tota multitudo mouens mota mouetur a seipsa, et non ab aliquo alio.

Contra: aut mouet seipsam primo: aut quia vna pars est mouens, & alia est mota. Non primum: quia ostensum in Septimo nihil mouere seipsum primo. Si secundum, aut hoc est quia pars mouet non mota, & alia mouetur: aut quia pars mouens etiam mouetur. Sed non potest dari primum: quia dicis nihil in illis esse immobile: nec etiam secundum, quia sic agregatum ex mouente & moto habebit rationem moti, & indigebit ab alio moueri: nisi dicatur, cp accidens mouetur ad motum aliarum partiũ, eo modo quo anima mouetur ad motum corporis, quod quidem à proposito alienum est, cum quæramus hic de mouentib. essentialiter ordinatis, quorum vnum ab alio per se mouetur.

Si dicatur, quod vna pars mouet, & alia mouetur, & pars mouẽs mouetur ab alia in infinitũ, & quod non oportet vt tota multitudo mota moueatur ab aliquo alio, sicut non oporteret quòd tota multitudo excedens, & excessa ab aliquo excedatur.

Contra. accepta multitudine mouente & mota, ipsa inquantum mouens est in actu & inquantum mota etiam aliquo modo est in actu. Item non mouet nisi quia mouetur: ergo vt sic habet rationem vnius mouentis moti & per se: ergo & indiget aliquo mouente, sicut & quodlibet aliud mouens motum.

Nec est instantia de multitudine: quia multitudo infinita non est in actu sed in potentia, vnde potest vt vnum accipi, multitudinem autem mouentium & motorum necesse est in actu esse, ideo

vt vnum potest accipi. Vnde tota multitudo non est excessa: sed bene tota multitudo mouentium est mota.

Confirmatur: Nihil reducitur in actum, nisi aliquo existente in actu: sed tota multitudo istorum mouentium inquantum est mota, est aliquod potentiale: ergo oportet vt ab aliquo mouente reducatur in actum.

Tex. 36. Secunda ratio Philos. est talis. Si non est vnum mouens immobile, sed omne mouens mouetur, aut per accidens est, ꝙ aliquid moueat, eo ꝙ moueatur, aut est per se. Quod non per accidens. Probatur primo, quia possibile esset aliquando nihil moueri, sed hoc est falsum, immo probatum est superius, quod necesse est motum semper esse: ergo &c. Probatur consequentia. Si mouentia per accidens mouentur: ergo possibile est, quod aliquando non moueantur: ponatur ergo in esse, quia ex posito in esse nullum sequitur impossibile. Tunc arguitur. Mouentia non mouentur: ergo non mouent, cum per te non moueant nisi moueatur: ergo contingit nihil mouere.

Non omne mouens mouetur per accidens.

Nota illam maximam, possibili posito in esse nullum sequitur impossibile. Circa istam propositionem possibili posito in esse nullum sequitur impossibile. Sciendum, ꝙ dupliciter exponi potest. Vno modo ꝙ veritatem habet in propositione possibili de sensu composito, non autem in ea quæ est de sensu diuiso. Ista enim est possibilis de sensu diuiso. album potest esse nigrum, & tamen si ponatur in actu, dicendo album est nigrum, sequitur quod album non est album, ꝙ est impossibile. Secundo modo exponi potest, ꝙ veritatem habet in vtroque possibili, sed non eodem modo conuenit poni in actu composite, & diuise, quia enim propositio de possibili composita officiabiliter exponitur sicut hæc, possibile est Sortem currere, exponitur ista propositio est possibilis, Sortes currit, sed diuisa exponitur secundum exigentiam termini in subiecto positi, vt album possibile est esse nigrum, & hoc est album: ergo album potest esse nigrum, & ideo non ponitur in actu sub proprijs terminis formalibus, dicendo album est nigrum, sed dicendo hoc est nigrum, demonstrando solum subiectum albedinis, & sic nullum sequitur impossibile.

Secunda interpretatio.

Comm. 37. Secundo arguitur ratione probabili. Si aliqua duo per accidens coniunguntur, probabile est, ꝙ si vnum inuenitur sine alio, ꝙ aliud inueniatur sine eo, sicut album, & dulce per accidēs in zucharo coniunguntur. Inuenitur aut album sine dulci sicut in niue. Inuenitur etiam dulce sine albo, sicut in cassia: sed mouere, & moueri per te accidens coniunguntur, & inuenitur moueri sine mouere, vt patet in vltimo, quod mouetur: ergo probabile est, vt inueniatur mouere sine moueri, & per consequens, quod fit aliquod mouens immobile.

Vnum eorū quæ per accidens coniunguntur, probabile est inueniri sine altero, posse aūt inueniri est necessarium.

Notat aūt S. Th. in exposi. tex. 37. ꝙ vnū eorū quæ coniunguntur ꝑ accidēs, inueniri sine altero si alterum inuenitur sine eo, est probabile, posse tamen inueniri sine altero, est necessarium, quia quæ per accidens iunguntur, possunt separari, quando scilicet vnum alteri in nullo modo perfeitatis conuenit,

Pro cuius declaratione aduertendum est, quod hic a Philos. dicitur verum est de possibilitate logica, quæ dicit non repugnantiam terminorum: non autem de potestate Philosophica, & naturali, subiectum enim accidentis inseparabilis, quod tamē accidens conuenit in multis, forte nullam naturalem potentiam à tali accidenti separari potest, sicut cycnus ab albedine, non repugnat tamen sibi esse sine albedine. Intelligendum quoque istud est de subiecto, respectu cuius illud accidens dicitur per accidens cōuenire: quod dico quia accidēs inseparabile, licet per accidens se habeat respectu speciei, cum non sequatur speciei principia, per se tamen conuenit indiuiduis, quia principia indiuidui consequitur. Vnde naturæ specificæ cycni nō repugnat esse sine albedine, repugnat aūt cuilibet cycno in particulari, si .s. verū sit, ꝙ nullus cycnus quacunque causa naturali potest fieri non albus.

Tex. 1. & 2. Non omne mouens mouetur ꝑ se. Te. 38. & 39.

Quod autem neque per se omne mouens moueatur, probat Philosophus tali ratione. Si necesse est omne mouens moueri, aut hoc est secundum eandem speciem motus qua mouet, aut secundum aliā. Si fm eādem spēm, cū oporteat sumere spēm specialissimam, sequetur, ꝙ omne docens geometriam addiscat geometriam, & omne sanans ex aliqua infirmitate, ab eadem ægritudine sanetur. Itē ꝙ ædificans ædificetur, & similia quæ manifeste in conuenientia sunt. Si fm aliam speciem motus.

Contra. Genera, & species motus non sunt infinitæ, imo sunt ad aliquem numerum determinatæ, cum genera, & species rerum à quibus motus accipiunt genus, & speciem, sint finita, ergo isto modo non poterit in infinitum procedi in mouentibus & motis.

Si dicatur, quod terminatis omnibus speciebus motus, fit reditus ad primam, & per talem reiterationem in infinitum proceditur.

Quod mouetur à superiori mouente magis mouetur, quam ab inferiori, & multo magis à primo: si ergo aliquid localiter motum moueatur à mouente, quod augetur & illud ab eo, quod alteratur, & illud ab eo, quod localiter mouetur, magis mouebitur à primo, quod mouetur secundum locum, quam ab eo quod augetur. ergo idem inconueniens sequitur, vt prius, scilicet quod idem mouebitur eadem specie motus qua mouet, & per consequens, quod ædificans ædificetur &c.

Quod mouetur à superiori mouente quid.

Pro declaratione illius propositionis. Omne quod mouetur à superiori mouente, magis mouetur quam ab inferiori, sciēdum primo, quòd sicut in suppositis agentibus est ordo, ita, & in virtutib. agentibus. Sicut. n. suppositum mouens proximū ei quod mouetur, ita ꝙ inter illa non mediat aliud mouens, dr immediate mouere secūdū suppositū, mouens vero inter quod & motum mediat aliud mouens, dr mediate mouere, sicut si man⁹ moueat baculū, baculus est immediatum mouens, manus autem mediatum, ita & in virtutibus illa dicitur immediata effectui inter quam & effectum nulla alia virtus mediat, & illa mediata, inter quam & effectū alia mediat virtus. Sciēdum secundo, quòd omnis secunda causa operatur in virtute causæ primæ, habet enim ab ipsa virtutem operandi, & ab ipsa

Omne quod mouetur à superiori mouente, magis mouetur quam ab inferiori.

Causa secunda operatur in virtute causæ primæ.

Tex. 33. ipsa ad operationem applicatur: propter quod dixit superius, ꝙ remota prima causa omnes aliæ à mouendo cessant, remotis autem posteriorib. non est necesse remoueri primam. Ex quo deducitur virtutem prioris causæ esse immediationem effectui virtute posterioris, cum remota posteriore ad huc prima moueat, & virtutem primæ causæ esse immediatam effectui, cum inter ipsam, & effectū nulla virtus mediet. Non enim agit per alterius virtutem, omnis autem virtus inferior est mediata effectui: quia mediat virtus causæ primæ, per q̄ operatur. Quod cum causa prior sit efficacior, & virtuosior causa posteriore, & virtus eius sit effectui immediatior, sequitur, quod profundus effectum ingrediatur, & magis moueat.

Quid est virtus inferior operari per superiorem.

Sciendum tertio, quod cum dicimus virtutem inferiorem agere per virtutem superiorem, non intelligitur, sicut cum dicimus causam primam operari per secundas causas. Prima enim importat, non quod virtus causæ primæ sit instrumentum causæ secundæ, sed magis quod virtus causæ secundæ dependet a prima, sicut à principali virtute, quomodo dicimus prætorem vrbis administrare rempublicam per principem, non tanquam per instrumētum, sed tanquam habentem ab eo auctoritatem administrandi: cum autem dicimus causam primam operari per secundas, denotatur secūdas esse instrumentum primæ, & ab ea habere virtutem operandi, sicut dicimus principem punire per prætorem, quia vtitur eo sicut instrumento. Vnde ista propositio, per, quandoque importat habitudinem causæ principalis in casuali cui adiungitur, quandoque habitudinē causæ instrumentalis.

Per, aliquando habitudinem causę principalis, aliquando causæ instrumentalis.

Ad hanc rationem posset dici, quod omne mouens mouetur, & ꝙ hoc sibi conuenit per se. Neque inconueniens est idem simul mouere, & moueri secundum motum localem, licet in aliquibus aliis speciebus mutationis sit inconueniens.

Sed ista responsio non tollit efficaciā rationis.

Non enim apparet ratio, quare non sit inconueniens mouens localiter eadem specie motus localis moueri per se, sit autem inconueniens mouentia aliis motibus moueri per se motu quo mouent. Videmus enim in motu circulari, quod mouens rotam, aut quodcumque sphæricum corpus, non de necessitate circulariter mouetur; neque proiiciens proiicitur, & sic de aliis, quare sicut in aliis motibus non est necesse mouens eodem motu quo mouet moueri, ita neque in motu locali.

Tex 40. & sequen. Tertio ratio Philos. & sequentium est suppositio ex præcedentibus rationib. quod saltem oporteat deuenire ad aliquod primum mouens, quod moueat seipsum. Si est vnum primum mouens seipsum, aut totum mouet totum, aut vtraque pars mouetur ab altera, aut pars mouens a seipsa mouetur, aut ipsa pars mouens est omnino immobilis. Non primum, nec secundum, nec tertium: ergo quartum, & sic prēter mouens seipsum oportet dare aliquod mouens omnino immobile.

Totum non mouet totū.

Quod totum non moueat totum, primo probatur. Oppositā non possunt conuenire eidem secundum idem, sed mouens, & motum sunt opposita: ergo idem secundum se totum non potest esse mouens, & motum.

Aduertendum circa hanc rationem, quod quidam dicunt mentem Philosophi esse, quod mouēs de potentia essentiali, & motum sunt opposita, vnde non possunt eidem rei conuenire; non autem intelligit de mouente de potentia accidentali: quia tale non opponitur moto, unde idem illo modo seipsum mouet.

Sed quod hoc non sit ad mentem Philoso. satis patet consideranti processum Aristote. Cum enim concluisset, quod oportet deuenire ad mouens seipsum, consequenter vult demonstrare, quod oportet deuenire ad vnum primum mouēs immobile, quod est pars mouentis seipsum, per hoc quod nō potest intelligi aliquid mouere seipsum, ita quod totum moueat totum. Constat autem, quod illud quod ponit mouere seipsum, non intelligit mouere se de potentia essentiali, sed tantum accidentali: ergo cum inducit ad illud probandum, quod mouens, & motum sunt opposita, loquitur de mouente de potentia accidentali.

Secundo, quia idem secundum idem simul esset in actu, & in potentia, vt superius extitit declaratum. Vnumquodque enim mouet secundum quod est in actu, mouetur autem secundum ꝙ est in potentia ad terminum motus, impossibile autem est idem simul esse in actu, & in potētia respectu eiusdem. ergo &c.

q. 9. in reprobatione secundæ opinio.

Quod vtraque pars ab altera non moueatur reciproce.

Probatur primo. Tunc nullum esset primum mouens, sed hoc est impossibile. Si enim non esset primum mouens, sicut arguebatur superius in hac quæstione, nihil omnino moueret. Probatur autē consequentia. Si vtraque pars ab altera reciproce mouetur, vna non magis mouebit quam altera, sed primum magis mouens mouet, quam secundum: ergo &c.

Vtraq; pars reciproce ab altera non mouetur.

Secundo oportet mouens moueri secundum eandem speciem motus qua mouet, mouentis. n. seipsum est vnus motus, hoc autem est inconueniens: ergo &c.

Quod pars mouens non moueat seipsam, probatur dupliciter.

Primo. Si totū mouet seipsum primo: aut hoc est ratione alicuius partis mouentis seipsam, aut ratione totius. Si primū, ergo illa pars erit primū mouens seipsum, quia illa separata a toto mouebit seipsum: ergo totum non erit mouens seipsam primo, vt ponebatur. Si totum mouet seipsum ratione totius: ergo quod aliquæ partes moueant seipsas, hoc non erit nisi per accidens, sed per accidens potest non esse: ergo poterit esse, quod tales partes non moueant se, & per consequens non necessario mouebuntur. In mouente ergo seipsum, non potest esse quod pars mouens a seipsa moueatur.

Pars mouēs non mouet seipsam.

Secundo. Si pars mouet ipsam: ergo diuiditur in duas partes, quarum vna est mouens, & altera mota, probatum est enim supra, quod totum non mouet seipsum primo: ergo idem mouebitur a duob. motoribus, scilicet pars quam ponit seipsam mouere, à toto mouebitur, & a parte sua, cum ponatur, quod ipsa mouetur à se ratione totius, & quod vna pars eius mouetur ab altera.

Paulo superius:

Sed videtur, ꝙ ista ratio non concludat. Primo

quia diceretur, quod pars mouens est substantia indiuisibilis, vnde non oporter, vt diuidatur in partem mouentem, & partem motam.

Secundo quia posito etiam, quod sit diuisibilis, non videtur inconueniens idem pluribus motoribus moueri. Homo enim & sol generant hominem, & plures vnam nauem trahunt.

Solutio dubiorum. Ad primum dicitur, quod ratio procedit, supposito quod pars mouens ponatur moueri per se; quia si per accidens tantum moueretur, posset non moueri: & per consequens non esset motus omnino, omne autem, quod per se mouetur, probatum est in sexto esse diuisibile, vnde illa responsio non tollit rationem.

Tex 32. Ad secundum dicitur, quod licet vnius rei possint esse plures motores aliquo modo, non tamen ad sensum rationis. Vult enim concludere Philosophus, quod eiusdem erunt plures motores perfecti, & primo mouentes, quod est impossibile. Quod autem sequatur apparet, quia si tota illa pars mouet se ratione totius: ergo totum est primo mouēs & primo motum, si cum hoc vna eius pars est mouens, & altera mota, sequitur quod pars eius erit primo mouens, & sic primo mouebit pars, & primo mouebit totum.

Vnius non sunt plures motores perfecti & primo mouentes.

Soluūtur argumenta principalia. Ad argumenta principalia in oppositum respondetur. Ad primum dicitur, quod vnum dupliciter accipitur. Vno modo vt est principium numeri, & sic est de genere quantitatis, & non prædicatur de Deo, nec de quacumque alia re immateriali. Alio modo, vt conuertitur cum ente, & sic non determinatur ad aliquod genus, sed est trāscendens, & tale prædicatur de Deo: quia nihil importat nisi essentiam rei, de qua dicitur cum indiuisione.

Ad secundum negatur maior de agente per intellectum, licet fortassis de agente naturali habeat veritatem. Ad eius probationem dicitur, quod auctoritas Aristot. non est ad propositum. Non enim intendit Aristot. in illo loco, quod multitudo non possit ab vno immobili immediate prouenire, sed quod ab vno immobili motore, & habente semper eandem habitudinem ad mobile, motus semper eodem modo procedit: quia vnum numquam cessat, neque est aliquando velox, aliquando vero tardus.

ADDITIO.

CIRCA conclusionem principalem, in qua dicitur, quod necesse est esse vnum primum ens in vniuerso, quem vocamus Deum.

Aduerte, quod opinio fuit pythagoricorum ponentium plura principia, quorum alterum non dependebat ab altero: posuerunt primo ordinem numerorum, & hi omnes habebant suum principium.

Secundo posuerunt ordinem magnitudinum, & hæ omnes etiam habebant suum principium, quod non conueniebat cum principio numerorum.

Tertio ponebant ordinem animarum, quibus aliud præferebant princpium.

Quarto ponebant sensibilia, quibus aliud quoq; præbebant principium, & vnum istorum principiorum nō dependebat ab alio, immo quodlibet principiorum vocabant Deum, & sic ponebant multitudinem primorū entium siue Deorum, quod etiam sensit Emped. qui simul cum Pythagora ponebat multitudinem Deorum, & similiter Gentiles ponunt multitudinem Deorum.

Contra quam positionem arguit Arist. quia si daretur pluralitas primorum principiorum, sequeretur vniuersum esse inconnexum ideſt sine ordine: quia cum hæc principia ita se habeant, quod vnum non dependet ex altero, sequitur, quod vnum non confert alteri, & sic daretur confusio, nam vbi est multitudo principiorum primorum, tunc & male gubernarentur, & praue administrarentur, sicuti si in vna domo essent diuersi rectores, quorum alter alteri non communicaret, familia illius domus male & pessime administraretur, sed non est bonum res praue administrari, ergo datur tantum rector, & princeps, quia si verbi gratia motus cęli poterit ab ambobus produci æqualiter, vel non, si primo; ergo ambo simul mouerent sic, quod vnus vellet mouere versus Orientem, alter versus Occidentem: si non posset produci, tunc non essent æqualiter perfecti, vtrumque est inconueniens, igitur est vnum primum principium. 1. Metaph. Circa fine.

Præterea potest adduci alia ratio, quæ fundatur super dictis Arist. 3. Phys. ubi ostenditur, quod si daretur corpus infinitum non esset nisi vnum, quia contineret eminenter omnem perfectionem corporum: sic quoque potest argui: illud quod est tota entitas infinite existens, est vnum numero tantum, sed primum ens totius vniuersi est tota entitas infinite existens, & eminenter continens perfectionem omnium, igitur vnum tantum est. minorem ostendit Arist. in hoc 8. Phys. versus finem & in 12. Metap. Tex. 61.

Tertio poterit probari ex fundamento, quod adducit Philosophus 2. Metaph. quod in nullo genere causæ itur ad infinitum, sed est deuenire ad vnum primum agens ad vnam primam formam, ad vnum primum finem, si ergo non esset vnum primum ens vniuersi, sed plura primae entia, & agentia, & plures primæ formæ, & plures vltimi fines, sequeretur quod essent prima formata, & plura prima ordinata in finem. Tex. 39. Tex. 6.

Quarto probatur ex 3. Metaph. vbi ostendit Philosophus non dari nisi vnum primum necessarium, quod est causa omnium necessariorum & contingentium, si ergo essent plura prima entia, & prima principia: tunc essent plura prima principia necessaria, quod est falsum. Tex. 6.

Quinto probatur quoque ex eodem libro, vbi ostenditur dari tantum unum perfectum per hyperbolem, id est excedentiam, quia omnia alia excedit, si ergo darentur plura prima principia ipsius vniuersi, tunc non esset unum perfectum per hiperbolem quod est falsum, & contra Arist. ibi. Cap. de perfecto. Tex. 41.

Sexto potest probari ex 10. Metaph. ubi habetur, ꝙ in vnoquoque genere est vnum, quod est metrum, & mensura omnium, sicut in genere colorum est unus color, & in genere saporum unus sapor primus perfectior; ergo pari ratione in genere omnium entium uniuersi debet esse unum primum ens, quod est metrum & mensura omnium entium, & hoc est primus motor, ut dicit Auer. ibi, qui est absolutus ab omni materia. Tex. 7. Tex. 18.

Septimo ex dicto quod habetur 12. Metap. quod si essent plures primi motores, tunc haberet materiam, quia omnis distinctio est per materiam: sed primus motor est simplicissimus, & immaterialis, ut etiam ostendit Philosophus 12. Metaph. ergo sequitur, quod est unus, & sic etiam est unum primum principium. Tex. 31.

Octauo

Octauo probatur quoque ex comparatione, quam facit Philosophus 12. Metaph. ipsius vniuersi ad multitudinem domesticam non est nisi unus primus œconomus, & in exercitu vnus capitaneus generalis: igitur & in ipso vniuerso est tantum vnum primum principium. Tex. 15.

Ex primo quoque Ethic. hoc idem probari potest, siquidem non datur nisi vnum optimum, namque si essent duo optima, neutrum esset optimum, vel alterum esset sufficiens, & alterum superflueret, quia vnum haberet omnes perfectiones, alterum vero minime, & sic esset insufficiens. Ex infinitate intellectus hoc idem ꝓbari potest, quia infinitus intellectus cognoscit quodcūque intelligibile, si ergo essent duo prima principia, tūc vnum illorum non posset cognitione intuitiua cognoscere suum socium, quia non possunt esse duo obiecta adæquata respectu vnius intellectionis. Ga. 2.

Ex parte quoque infinitæ voluntatis hoc idem probatur, quia si darentur duo prima principia, tunc vna voluntas haberet duo obiecta infinite diligibilia, quod esse non potest, quia vnum illorum naturaliter magis diligeret se, quam suum socium, & sic haberet voluntatem inordinatam.

Ex parte infiniti boni sic quoque probari potest, si enim darentur duo prima principia, tunc vnum bonum infinitum non posset quietare voluntatem nostram, quoniam duo infinita bona plus includunt de bonitate, quam vnum, & ideo vnum illorum infinitum non esset quietatiuum nostræ voluntatis. Ex parte potentiæ causantis infinite sic, quandoquidem si essent duo prima principia, tunc vnus, & idem effectus causaretur à duabus causis totalibus eiusdem ordinis, & eiusdem rationis.

Adde adhuc, quia illud vnde aliquod est singulare, nullo modo est communicabile pluribus, id vnde Sortes est homo multis communicari potest, sed id vnde est hic homo non potest communicari nisi vni tantū, si ergo Sortes ꝓ id esset homo, per quod est hic homo, sicut non possunt esse plures Sortes, ita non possunt esse plures homines, & hoc conuenit primo principio, quod est Deus, nam Deus per idem est Deus, & hic Deus, propterea est impossibile esse plura principia, & plures Dij.

Videmus adhuc omnia quæ sunt, esse ad inuicem ordinata, dum quędam quibusdam deseruiūt, quę autem diuersa sunt, in vnum ordinem non conuenirent, nisi ab aliquo vno ordinarentur, melius enim multa reduci in vnum ordinem per vnum, quam per multa, quia per se vnius vnum est causa, & multa non sunt causa vnius, nisi per accidens, in quantum scilicet sunt aliquo modo vnum; cum igitur illud quod est primum sit perfectissimum, & per se non per accidens, oportet quod primum reducens omnia in vnum ordinem sit vnum tantum, & hoc est illud primum quod dicimus Deum.

Sed si quis diceret, articuli fidei demonstrari nō possunt, cum fides sit de non apparentibus vt scribitur hebræorum 2. sed Deum esse est articulus fidei, iuxta sym bolum Apost. Credo vnum Deum, igitur male adductæ sunt istæ rationes ad probandum vnitatem primi principii, quod dicimus Deum.

Præterea videtur, quòd necessarium quoque est ponere pluralitatem primorum principiorum, siquidem plura bona meliora sunt, quam vnum, sed principium est bonum, immo optimum in natura, igitur melius est esse plura principia, quam vnum tantum.

Adde etiam, quoniam sicuti est in minori mundo, ita in maiori per conuenientem similitudinem, quòd autē homo dicatur minor mundus, & assimiletur maiori, est sententia Arist. in hoc 8. Phys. at in minori mundo sunt plures principes æque primi, qui dominantur, vt est rex, & summus Pontifex, quia neuter vult alteri subiici, & sic non dabitur vnum primum principium in ipso vniuerso. Tex. 17.

Item si esset vnum principium in vniuerso, aut domi naretur in eo dominio dispotico, aut politico, sed neutro modo dominari potest, non primo, quia hoc est seruorum, & tunc sequeretur homines non esse liberos, nō secundo, quia in hoc dominio subiecti possunt contraire, & contradicere principi, & sic hoc primum principium vniuersi non imperaret omnibus, quod est falsum.

Ad hæc omnia respondendo dicimus, ꝙ primū argumentum fundatur super falso fundamēto, quia Deū esse, & aliæ ꝓpositiones notæ lumine naturali de Deo, non sunt articuli fidei, sed quædam præambula ad articulos, sic enim fides præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam, & perfectio præsupponit perfectibile, adde & tu quia istæ rationes non sunt demonstratiuæ, sed probabiles, & rethoricæ, vt longum esset ostendere, & prima quæ est Arist. 12. Metaphy. est desumpta ab Homero. Circa finē.

Ad secundum dicitur, ꝙ valet, quando illa plura bona sunt possibilia, sed esse plura prima principia est impossibile, vt dictum est.

Ad tertium dicitur, ꝙ nō est simile in omnibus, quoniam homines non sunt essentialiter ordinati, sicuti entia ipsius vniuersi ad vnum finem.

Ad vltimum dicitur, ꝙ dominatur principatui, & dominio dispotico, quo non est licitum resistere, sicuti corpus non potest resistere animæ, quando enim anima vult mouere manum, nō licet manui resistere, & seruus non liceret resistere domino suo, sic & omne ens debet seruire primo principio, & hæc seruitus est nobilissima libertas, iuxta illud, seruire Deo regnare est. An autem sit idem primum principium inuestigatum ab Ar. & in uentum in hoc 8. Phys. & in 12. Meta. vide D. Tho. 3. contra gentiles vbi vult, ꝙ sit omnino aliud, & verba eius sunt hæc, postquam posuit rationes Aris. in hoc 8. Phys. sed quia Deus non est pars mouentis seipsum vlterius Ar. in sua Meta. inuestigat ex hoc motore, qui est pars mouentis seipsum, alium motorem separatum omnino, qui est Deus. Vide etiam p. p. q. 2. ar. 3. & nota quo modo D. Thom. adducit quinque vias ad probandum quinque prædicata de Deo, ꝙ sit primum mouens, primum efficiens, primum necessarium, primum optimum, & primum gubernans. Vide quoque 1. sent. dist. 8. q. 1. ar. 1. & de ver. q. 14. & de potentia Dei q. 4. art. 7. Vide Scotum primo sent. dist. 2. q. 2. in omnibus locis fusius inuenies materiam istam. Cap. 13.

QVAESTIO XII.

Vtrum motores corporum cœlestium moueantur per accidens.

Non est autem idem moueri &c. Tex. LII.

QVÆRITVR duodecimo. Vtrum motores corporum cœlestium moueantur per accidens, & videtur ꝙ sic. Oē ꝙ est in eo ꝙ mouetur ꝓ se, ad motum illius mouetur per accidēs. Sed motores corporum cęlestium

ter, qualiter intelligentiæ non sunt in orbibus. Et nota diligenter vt tactum est, quia hic non est quæstio de prima intelligentia, quia de hac est manifestum ex se, qđ sit immobilis per se, & per accidens, quod ostendit Ar. Tex. 34. in hoc 8. per hoc quod omne quod mouetur, ab alio Tex. 35 & 36. & 37. mouetur; igitur si prima intelligentia mouetur, ab alia mouetur, & sic quæritur vtrum illa alia moueatur, si nõ, ergo ipsa est primum mouens immobile per se, & per accidens, si sic; ergo ab alia, & sic in infinitum, & inferius adducit alias rationes ad hoc idem probandum.

Tex. 58. Comm. 36 Vlterius probat ad hoc, quòd deueniendum est ad vnum primum mouens seipsum, oportet dari aliud mouens immobile, de quo loquens Auerr. 12. Metaphysic. quod mouet, & non mouetur neque per accidens, neque secundum seipsum, sed cum de secundis intelligentiis sit quæstio, de quibus nonnulli de secta Platonica voluerunt, quòd tales substantiæ sint animæ cœlorum, & perficientes, & constituentes illos in esse, de corporibus quoque cœlestibus docebant, moueri omnibus speciebus motus, vt alteratione quatenus nutriuntur ab elementis, & quatenus patiuntur eclypses, auctione, & diminutione, quatenus omne quod nutritur augetur, & Opinio Platonicorum de intelligẽtiis, ꝙ essent animæ cœlorum. Tex. 11. Tex. 26. diminuitur, & latione, quia circa medium mouẽtur, sed quoniam anima afficitur corporis affectione, vt scribitur primo de anima, hac ratione fit, vt saltem per accidens patiantur omnem speciem motus, contra quam opinionem pluribus in locis arguit Aristot. & principaliter 2. cœli, quia omne alterabile est calidum, vel frigidum, humidum, vel siccum, sed cœlica corpora non possunt has qualitates habere, vt supponitur, sequitur ergo hanc opinionem esse falsam. Auerr. quoque in libro de substantia orbis asserit, primum alterans non alterari, licet moueatur localiter, sed cœlum est primum alterans, Disput. 2. in solutione 4. dubij. Cap. 7. vt omnibus notum est, igitur nõ alteratur, in libro quo que destructio dest. ait, si sol vel quælibet stella decreuisset, iam in tanto tempore aliquid fuisset diminutum, & cum diminutio sit quædam corruptio, & ex omni corruptione aliquid generetur, tunc aliquid in tanto tempore fuisset genitum, sed hoc non apparet, igitur vana est talis opinio: cum ergo corpora cœlestia non moueantur hac motus specie, nec etiam eorum motores, de motu locali dictum est, ꝙ mouentur per accidens motu, quo mouentur eorum subiecta, & hoc dico sequendo opinionem philosophorum.

Quia Theologi ponunt plures ordines harum intelligentiarum, iuxta illud Danielis, milia milium ministrabant ei & decies centena milium assistebant, & possunt omnes localiter moueri, tum quia sunt limitatæ virtutis, & ita sunt hic quod non alibi, & per consequens mobiles de loco ad locum, tum etiam quia sicut sunt in loco, ita mouentur, sed sunt in loco diffinitiue, igitur mouentur motu continuo per loca diffinitiue, adde etiam quia licet repugnet ex 6. Physic. indiuisibile quantitatis posse moueri, non tamen repugnat indiuisibile secũdum substantiam, & quia Angeli sunt indiuisibiles secundum substantiam, propterea moueri possunt & motu continuo, & discreto. Vide D. Thom. primo senten. distin. 17. q. 4. art. 1. & p. p. q. 53. per totam. vbi ex professo tractat de motu locali Angelorum, & in quolibetis quolib. q. 4. art. 3. vide etiam Auctorem 3. contra gẽtes, in expositione cap. 102.

QVAESTIO XIII.

Vtrum motus localis sit prior alijs motibus et mutationibus.

Tribus autem existentibus motibus, &c.
Tex. LV.

QVÆRITVR Tertiodecimo, Vtrum motus localis sit prior alijs motibus, & mutationibus. Et videtur, quòd non. Primo. Generatio est prior motu locali: ergo &c. probatur antecedens. Motus, & mutatio accipit speciem à termino ad quem, sed generatio terminatur ad substantiam, q̃ est nobilior termino motus localis: ergo &c. Vide Antonium Patauinum in theoremati 6. huius theorema. 6.

Secundo. Cui perfectiori modo conuenit ratio motus, est perfectior motus, sed omnibus aliis motibus perfectius conuenit ratio motus quam motui locali: ergo &c. Probatur minor. Ratio motus est, ꝙ sit actus existentis in potentia inquantũ huiusmodi, hoc autem magis cõuenit aliis motibus: quia quod mouetur aliis motibus est magis in potentia, cum sit in potentia ad aliquòd intrinsecũ, qđ autem mouetur localiter sit in potentia ad aliquod extrinsecum scilicet ad locum: ergo &c.

Respondeo secundum mentem Philosophi tribus conclusionibus. Prima est. Motus localis est prior cæteris motibus prioritate naturæ, secũdum quam. s. non conuertitur subsistendi consequẽtia. Probatur à Philosopho tali ratione. Illud hoc modo est prius, quod sine aliis esse potest, alia autem esse non possunt sine eo: sed motus localis potest esse sine alijs, alij autem motus non possunt esse sine ipso: ergo &c. consequentia nota cum maiori, minor vero probatur. Augmentum præcedit alteratio, cum id quo aliquid augmentatur, sit in principio dissimile, & in fine per alterationem sit factum simile: alterationem autem præcedit motus localis, quia non potest incipere alterare, quod prius non alterabat, deductis. s. omnibus impedimẽtis, nisi quia alterans sit propinquum alterabili: hoc autem non potest esse sine motu locali: non sunt autem alii motus præter augmentum, alterationem, & motum localem: ergo &c. Motus localis est prior cæteris motibus prioritate naturæ. Text. 55. & 56.

Confirmatur ista ratio supponendo, ꝙ sit vnus motus perpetuus, & quod iste sit motus localis, ꝙ inferius probatur. Tunc sic. Manifestum est motũ localem posse esse sine augmẽto, & alteratione: augmentum enim, & alteratio inueniuntur solum in his quæ generantur, & corrumpuntur, non est autẽ necesse corpus localiter motum generari aut corrumpi, vt patet de cœlo: augmentum autem, & alteratio nõ possunt esse sine illo motu perpetuo, cũ sit primus, ille autem vt supponimus est motus localis: ergo &c. Nota istam confirmationem.

Pro declaratione rationis sciẽdum primo, quod ratio Philosophi procedit, supposito quod alteratio vna continua, & perpetua esse non possit, quia si quis diceret eam esse perpetuam, negaret quod alterans aliquando alteret, & aliquando non, & diceret aliquam esse alterationem, quã motus localis non præcedit.

Scien-

Sciendum secundo cum inquit Philos. Mouens non posse fieri propinquius sine loci mutatione, intelligendum est, vt etiam Simplicio placet, sine sui mobilis mutatione. Nõ enim oportet alterans semper fieri propinquius mobili per motum localem sui. Igne enim in eodem loco manente, potest fieri maior propinquitas ad conbustibile propter motum localem cõbustibilis. Sufficit autem Philosopho vnum illorum localiter moueri, quia per hoc habet, quod motus localis de necessitate alterationem præcedat. Optima cõsideratio. Tex. 55.

Quotuplex alteratio. Sciendum tertio, ꝙ duplex est alteratio. Vna subiectiua alicuius formæ in subiecto præcedentis, qũo calefactio alteratio dicitur, abiicit enim frigiditatem. Alia vero perfectiua, qua. s. inducitur aliqua forma, nulla alia præexistente in subiecto abiecta, sicut est illuminatio. Quod ergo accipit implicite Philosophus in sua ratione, Omne quod alteratur corrumpi, & generari, intelligendum est de alteratione abiectiua formæ, non autem de alteratione perfectiua. Luna enim alteratur a sole, recipiendo lumen ab ipso, & tamen non corrumpitur.

Motus localis est prior tempore cæteris motibus. Tex. 57. Secunda conclusio est. Motus localis est prior tempore cæteris motibus. Probat Phil. Motus perpetuus est prior duratione motu nõ perpetuo, sed solus motus localis est perpetuus, vt infra probabitur: ergo &c.

Sciendum, quod prioritas temporis non sic distinguitur a prioritate naturæ quasi ipsa nullo modo sit prioritas naturæ. Si enim sic esset, prioritas temporis esset prioritas secundum rationem. Ille enim ordo, qui non conuenit rebus ex natura rei, siue qui nõ est in natura, est ordo tantummodo rationis. Sed sic accipiendum est, quod omnis ordo extra animam est ordo naturæ: Hic autem diuiditur, quia aliquis est cum successione, & iste vocatur ordo temporis, alius autẽ est sine successione, & hic retinuit sibi nomen commune, & dicitur ordo naturæ. Vnde ordo naturæ potest dupliciter accipi. Vno modo pro nt est nomen cuiuscumque ordinis in natura, siue extra intellectum existentis. Alio modo vt nominat ordinem sine successione: primo modo ordo temporis est ordo naturæ, non autem secundo modo.

Scias quomõ motus localis est prior aliis motibus. Sciendum secundo ad mentem Phil. quod cum dicimus motum localem esse priorem aliis, nõ est intelligendum in vno eodemq; indiuiduo, sed simpliciter, & in diuersis indiuiduis, prius enim vnũquodque generatur, & alteratur, quam moueatur localiter, sed tamen in alio oportet præcedere motum localem, qui generationis sit causa.

Tex. 56. Sed in verbis Philosophi dubium occurrit. Generatio enim, vt in Sexto dicitur, est terminus alterationis, & per consequens alteratio præcedit tempore generationem: ergo non præcedit generatio alterationem, vt dicit hic Phil.

Tex. 57. Comm. 57. Ad hoc respondit Comme. quod cum Philosophus dicit hic, generationem esse priorem alijs motibus, loquitur secundum considerationem prædicamentorum in quibus est motus. Et quia substãtia ad quam est generatio, est prior cæteris prædicamentis, ideo dicit ipsam esse priorem. Alteration em autem esse priorem generatione intelligẽdũ est per accidens, secundum quod formæ elementorũ sunt qualitates, aut qualitates sequuntur eas.

Quomodo tollitur contradictio. Sed contra istam responsionem dupliciter arguitur. Primo quia non videtur solui dubitatio Loquitur. n. hic Philosophus de prioritate temporis, cum inquit, generationem in eodem esse priorem motu locali, vt expresse apparet in tex. cũ autem tempore alteratio præcedat generationem, eo quod generatio sit eius terminus, videtur esse contradictio, ista autem responsio non tollit hanc contradictionem, nisi forte velit dicere, ꝙ generatio per se est prior tempore aliis mutationibus, sicut in substantia est prior tempore accidente, alteratio vero est per accidens prior generatione. Sed si sic dicatur, apparet responsionẽ esse falsam, per se enim conuenit generationi esse terminum alterationis, & hoc ab ipsa separari non potest: ergo non per accidens tempore præcedit. Item quia licet aliqua substantia sit prior quolibet accidente transmutabili, non tamen quælibet substantia, quæ generatur, est prior tẽpore quolibet accidẽte.

Argumentũ conta resp. Secundo principaliter contra responsionem arguitur: quia si quantitates sequuntur formas elementorum, non sequitur alterationem esse per accidens priorem generatione, immo sequitur ipsã esse posteriorem aut duratione, aut natura, & nullo modo priorem.

Opinio Arabum. Secundo respondent ad hanc quæstionem, quidam Arabum dicentes, ꝙ generatio dupliciter accipi potest. Vno modo pro omni productione formę, siue sit substantialis siue accidentalis. Alio mõ pro productione formæ substantialis. Primo modo generatio est prior alteratione, secundo modo est posterior.

Sed contra istam responsionem arguitur: quia Philosophus dum dicit generationem esse priorẽ alteratione, alterationem ad generationem substãtialem comparat, vt apparet ex textu, non autem generationem accidentalem ad alterationem: Illa. n. non differt ab alteratione.

Quomodo alteratio sit prior generatione, & ẽ conclusio. Ideo aliter secundum mentem Alberti respondetur. Nam dupliciter loqui possumus de ordine alterationis, & generationis. s. aut respectu eiusdẽ omnino, quod generatur & alteratur, aut respectu diuersorum. Si loquamur respectu vnius & eiusdem, sic generatio est prior alteratione. Cum. n. subiectum alterationis sit ens in actu, oportet id quod alteratur esse prius generatum. Si respectu diuersorum, sic alteratio præcedit generationem: Oportet enim materiam primo alterari, antequã aliquid generetur, vnde aliud est quod alteratur in generatione Sortis, & aliud quod generatur, alteratur. n. materia ex qua fit Sortes, non autẽ ipse Sor. cum nondum sit, sed Sortes ipse est qui generatur.

Motus localis est prior perfectione omnibus alijs motibus. Tex. 58. Tertia conclusio est. Motus localis est prior perfectione omnibus aliis motibus. Probatur à Philosopho. Primo, id quod est posterius in generatione, est prius secundum naturam & perfectionem. Omne enim quod generatur, dum generatur imperfectum est, & tendit ad suum principium, sed motus localis est posterior aliis generatione, apparet. n. ꝙ vnumquodque prius in suo esse completur & perfectum est, quam se moueat. Videmus etiam in toto processu naturæ generabilium, quòd plantæ

ſtium ſunt in ipſis corporibus cœleſtibus,alioquin non diceretur cœlũ mouere ſeipſum:ergo ad motum per ſe ipſorum corporum & ipſi motores mouentur per accidens. Reſpondeo.

Motor cœleſtis corporis ſi ponatur motus ſecũdum eſſe,nõ mouetur p accidẽs,ſi vt motor tantum ſic per accidẽs moueri dicitur.

Ad euidentiam huius quæſtionis ſciendum ꝙ aliter dicendum eſt,ſi ponamus motorem corporis cœleſtis illi vniri ſecundum eſſe per modũ formæ dantis eſſe,& aliter ſi ponamus ipſum vniri illi non ſecundum eſſe,ſed vt motor tantum. Nam ſi ponamus ipſum ſecundum eſſe vniri corpori , vt ponũt dicentes corpora cœleſtia eſſe animata, videtur dicendum,ꝙ ad motum corporis cęleſtis eius motor non mouetur per accidens. Nam cum cœleſte corpus ſecundum ſe totum non mutet locum,ſed tantum ſecundum partes , & ipſe motor totum corpus informet vt indiuiſibilis forma quæ tota eſt & in toto & in qualibet parte , neque ipſe mutare locum dicetur,& per conſequens neque per accidens ad motum corporis moueri. Quantumcunq; enim partes mutent locum,nõ dicetur tamen motor,qui eſt etiam partium forma,per accidens moueri. Non enim mouetur forma talis ꝑ accidens,niſi ad motum ſui adæquati ſubiecti,qđ eſt totum. Sicut anima intellectiua non mouetur per accidens ad motum manus,ſed tantum ad motum totius,vt in pluribus locis tenet S. Tho. Nam ſi ad motum partis moueretur , cum contingat vnam partem moueri,& aliam quieſcere,oporteret dicere quod ſimul moueretur,& quieſceret.

1.diſt. 37.q. 4.artic.1.ad quartum.

In tex.52.

Sed in hoc videtur difficultatem facere, quod inquit S.Th.Aſſignans.n.rationem differentiæ inter motores orbium & animas animalium, dicit idcirco motores orbium non moueri per accidẽs ad motum ipſorum,quia non conſtituuntur in ſuo eſſe ex ſua vnione ad corpora:animas vero animalium per accidens moueri ,quia conſtituuntur in ſuo eſſe ſecundum vnionem ad corpora.Ex his.n. videtur relinquere,ꝙ ſi ponerentur motores orbium vniri ipſis ſecundum eſſe , mouerentur per accidens.

q.2.& 4.

Reſpondetur,ꝙ loquitur S.Tho. non de motu per accidens realiter,ſed ſecundum rationẽ. Vult .n.ꝙ ſicut orbis licet ſecundum ſe totum non mutet locum ſecundum rem,mutat tamen locum ſecundum rationem,vt in ſuperioribus eſt declaratum,ita ſi motor vniretur orbi ſecũdum eſſe,oporteret dicere,ꝙ & ipſe per accidens mutaret locum ſecundum rationem,licet non ſecundum rem, ꝙ dicere non oporteret,ſi non ſit vnitus , vt forma dans eſſe.

1.p.q.52.

Si vero ponamus motorem vniri orbi ſecundũ virtutem tantum,non autem ſecundum eſſe. Dicitur primo,ꝙ ſi ponatur applicatus vni determinatæ parti orbis inuariabiliter,neceſſe eſt vt per accidens ad motum orbis moueatur per accidens . Nam cum pars quælibet orbis per motũ eius circularem mutet realiter locum,opportet vt ipſa parte cui eſt motor affixus de loco ad locum tranſlata,etiam motor ipſe de loco ad locum trãsferatur, & ſic per accidens moueatur,alioquin non eſſet illi parti inuariabiliter affixus.

Dicitur ſecundo,ꝙ ſi ponatur motor non eſſe immediate vni parti orbis affixus , ſed ſuã virtutem motiuam toti orbi immediate applicare, non mouetur per accidens. Cum enim orbi ſecundum totum vniatur , & ipſe orbis ſecundum ſe totum locum nõ mutet,neq; ipſe motor locum mutabit, neq.etiam per accidẽs. Nam ſecundum doctrinã S.Thom.indiuiſibile,quod eſt in aliquo diffinitiue non moueretur per accidens ad motum eius in quo eſt, niſi ipſum ſecundum ſe totum mutet locum. Cum enim motori incorporeo inquantum motor eſt,non conueniat moueri ad motum ſui mobilis ,niſi quia oportet mouens & motum eſſe ſimul .Si mobile de loco ad locum non tranſeat,q̃ tumcunque circulariter moueatur , non oportet ipſum motorem qui toti applicatur, moueri,eo ꝙ ſemper ſuo mobili in eodem loco manenti ſit conIunctus.

Vbi ſupra.

Dicitur tertio,ꝙ ſi ponamus motorem orbis non eſſe determinatæ parti affixum , ſed diuerſas partes ſibi inuicem in eodem ſitu ſuccedente tanquam extrinſecus motor ſua virtute ſucceſſiue cõtingere,& ſic totum orbem mouere,ſicut figulus rotam mouet,diuerſas eius partes ſucceſſiue tangendo, non etiam mouetur per accidens . Nam ſicut figulus ad motum rotæ non rotatur, ita nec motor orbis ad illius motum ,ſed ſemper manens in eodem ſitu,puta in oriente,eo modo quo ſubſtãtiæ immateriali conuenit eſſe in loco,& in ſitu, ꝑ contactum.ſ.ſuæ virtutis ipſum orbem mouet.

1.ſen.dis.26

Sed circa prædicta inquantum diximus motorem orbis,ſiue ponatur vniri ſecundum eſſe orbi, ſiue vt motor ſuam virtutem toti immediate applicando,non mouetur per accidens: dubium occurit.Nam alter iſtorum duorum videtur Ariſt. attribuendus,ſcilicet ꝙ motor vniatur orbi aut ſecundum eſſe,tenendo ꝙ corpora cœleſtia ſint animata,aut ſecundum virtutem toti immediate applicatam.Sed ipſe Phil.inquit ,quod moueri per accidens ineſt etiam motoribus inferiorum orbium:ergo male dictum eſt illos per accidens nõ moueri.

Tex.51.

Reſpondet S.Thom.quod hoc non ſic eſt intelligendum,quaſi ipſi motores ad motum orbium transferantur,ſed quia orbes ab eis moti per accidẽs mouentur,delati motu ſuperioris orbis ideſt primi mobilis,nos autem diximus eos non moueri per accidens per ipſorum tranſlationem.

Ibidẽ S.Th.

Alexander cõcedit,quod animæ inferiorum orbium mouentur per accidens ab altero: quia ſunt in ipſis orbibus,qui à primo orbe continue mouentur,alio tamen motu,quam ab ipſis animabus moueantur,in quo differunt à prima cauſa primi orbis motiua:quia illa neque etiam ab alio mouetur per accidens,cum orbis ſuus non moueatur alio motu , quam illo quo ab ipſo mouetur. Et ſic ſecundum Alexandrum dicendum eſt, auctoritatem Ariſt.non eſſe contrariam prædictis: quia nos negauimus tales motores moueri per accidẽs à ſeipſis.i.ad motum,quem ipſi in ſuo mobili cauſant.Ariſt.autem vult,quod moueantur per accidẽs ab alio, ideſt ad motum in eorum orbibus ab alio cauſatum.

Opin.Alex.

Simplicius vero aliam addit reſponſionem , inquiens,quod non dixit Ariſtotel.quod mouentur per accidens ab altero , ſed abſolute , quòd mouentur ab altero . Vnde quod inquit non eſſe idem

Opinio Simplicii.

idem moueri ſecundum accidens a ſeipſo, & ab altero,interpretatur , quod non eſt idem ſecundum accidens moueri a ſeipſo,& moueri ab altero,non addito ly ſecundum accidens ſecũdæ parti, & vult mentem Ariſt. eſſe, quod licet inferioribus cœlis repugnet,vt ſi moueant ſe , quod motores eorum ſeipſos moueant per accidens , non tamen repugnat eis,quod moueantur ab altero,ex duobus.n. mouentur motibus.Vno ſcilicet proprio,quo ſeipſos mouent ab occidente in orientem. Alio vero communi,quo a primo mobili mouentur ab oriente in occidentem. Ex primo enim dicto tollitur continuitas,& perpetuitas motus eorum, non autem ex ſecundo. Poteſt enim ipſorum motus continuus eſſe,dum mouentur a primo mobili continue & moto,& mouente. Et ſecundum hanc reſponſionem cum inquit Philoſophus quibuſdam principiis eorum , quæ ſunt in cœlo conuenire,vt moueantur ab altero,quæcumque ſecundum plures feruntur motus,nomine principii , non intelligit motores orbium tantum , ſed ipſos cœlos,qui proprio motu ſeipſos mouent. Vnde text.Græcus ſic eſt interpretandus.Ab altero enim ineſt quibuſdam principiis de numero cœleſtium quæcumq; pluribus feruntur lationibus. Nam & inferiores cœli dicuntur principia, & cauſæ horum inferiorum,& pluribus mouentur motibus.

Meus.D.T. eſt conformis doctrinæ Simp.

Reſponſio S. Thom. & Simplicii menti Ariſto. adaptari optime poteſt,& prædeterminatis nõ repugnat.Reſponſio vero Alex. non videtur prædictis concordare. Cum enim ponamus motores orbium aut ſecundum eſſe vniri corporibus cœleſtibus tanquam animas ipſorum , aut vniri ipſis vt motores nulli parti determinatæ affixos,ſed ſuam virtutem toti applicantes, cum cœlum non mutet locum ſecundum ſe totum,quocunque motu moueatur,ſiue inquam a ſe,ſiue ab altero: Sicut non mouentur per accidens motu quo orbes mouent: quia totum in quo ſunt,ſecundum ſe non mutant locum,ita neque motu quo orbes mouentur ab altero,ipſi per accidens mutantur tanquam ſcilicet ſecundum locum tranſmutati.

Quomodo cœlum mutat locum.

Ad rationem principalem patet ex dictis, quod maior habet veritatem vbi mobile cui ineſt,de loco mutatur ad locum ſecundum ſe totum,non autem vbi mobile ſecundum ſe totum in eodem loco manens,mutat locum ſecundum partes tãtum , ſicut in motu circulari corporis cęleſtis inuenitur.

ADDITIO.

Tex.51.

NOTA, quòd per motores corporum cœleſtium intendimus medias intelligentias , quæ vt colligitur ex hoc 8.Phyſic. ſunt mobiles localiter per accidens , moueri ſecundum accidens ab altero ineſt principiis,quæ ſunt in cœlo,quæcunque ſecundum plures motus feruntur , quia cœli mediarum intelligentiarum mouentur ab intelligentia prima,omnis enim ars in mente artificis ſecundum artem operantis eſt efficiens mediatum ex 2.Phyſic.vbi medicus poſterior eſt cauſa,ars vero prior,ſed Deus eſt ars in vnaquaque intelligentia,ideo cœlum immediate motum ab vna intelligentia media,eſt mediate motum à prima, ſed vnus modus,quo poteſt vna forma ab alia moueri per accidens eſt,quòd ſubiectum informatum ab ea moueatur ab illo alio,à quo dicere intendimus formam moueri , ideo intelligentias medias concedimus moueri à Deo, non quia intelligentię recipiant motum ab alio in ſe , ſed quia mobile appropriatum eis recipit motum ab alio,& ſic vltra cauſalitatem finalem coincidentem formali,quam Deus habet ſupra intelligentias, adhuc aliquam effectiuitatem habet Deus ſupra illas, mouendo eas localiter per accidens,licet improprie valde.

Tex.32.

An autem intelligentia moueatur per accidens ad motum,quo ipſa mouet cœlum,dicitur ꝙ non , & in hoc ſenſu concludit Ariſtot.12.Metaphyſic.numerum ſubſtantiarum immobilium,& in hoc 8. Phyſic. probat illas eſſe immobiles: concluſio igitur veritatis huius probatur,quia ſi intelligentiæ eſſent mobiles per accidens à ſe,ipſæ eſſent fatigabiles , cuius oppoſitum vult Philoſophus 2.cœli.

Tex.43.

Tex.45.

Ad quod adduci poteſt etiam demonſtratio Ariſto. 12.Metaphyſic.datur motum non mouens,datur motum mouens:igitur dabitur mouens immobile;qua demonſtratione aliqui nituntur probare naturaliter,accidens poſſe exiſtere abſque ſubiecto,quia datur ſubſtãtia cum accidente,vt materialis ſubſtantia, datur ſubſtantia ſine omni accidenti vt Deus,igitur dabitur accidens ſine ſubſtantia,ſi valet ratio Ar.valebit & iſta,ſed pace iſtorum dixerim,quòd toto aberrant cœlo, cum ſimilitudo non currat de accidenti & motu , cum plures ſubſtantiæ ſubiiciantur accidentibus,& tamen nõ ſubiiciuntur motui,vt patet de ſubſtantiis ſpiritualibus.

Tex.71.

Tex.35.

An poſſit dari accidens ſine ſubiecto.

Tex.63.

Ad principale,quoque induci poteſt ordo,quem ponit Ariſtot.2.cœli,vbi ponit primum ens conſequi nobilitatem ſuam ſine operatione,ideſt ſine motu, quo ipſum moueatur.

C.2.

Hoc etiam oſtendit Auerr. de ſubſtantia orbis,quia ſi intelligentiæ non habent motum eſſentialem eis;igitur non poſſunt eſſe mobiles per accidens , deducitur clarius iſta ratio,quia omne mobile à ſe per accidens ꝑ ſupponit aliud motum per ſe, quia omne tale per accidens præſupponit tale per ſe.

Tex.28.

Et poteſt probari modo proportionali illi quo demonſtratur 3.cœli,quòd motus naturalis præcedit motum contra naturam,ſed intelligentiæ per aduerſarios ſunt mobiles per accidens , igitur ipſæ præſupponunt mobilia per ſe;ſed eis non eſt aliquid prius mobile, ergo oporteret ipſas eſſe ꝑ ſe mobiles: ſi ergo ipſæ eſſent mobiles per accidens,& non per ſe,tunc reſolutio mobilium ſtaret ad mobile per accidens tanquam ad primum,& tunc etiam eſſet aliquid mobile prius cœlo, qđ eſt abſurdum.

Et ex hoc ſoluitur obiectio illa,omne tale per participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam, ſed omnia mouentia reducuntur ad tales ſubſtantias ; igitur tales mouent ſeſe per eſſentiam , quia licet omnia mouentia , & mota reducantur ad ea quæ mouent per eſſentiam,non tamen ad ea quæ mouent ſe, vt Plato voluit.

Contra Platonem. C.4. Tex.

Soluitur quoque id quod difficultatem facere poteſt ex 2.Topicorum,motis nobis mouentur omnia , quæ ſunt in nobis,ſed tales ſubſtantiæ magis vniuntur cœlo,quam forma cum materia, vt ſcribitur 2.cœli,igitur ſi mota materia mouetur forma,à fortiori motis orbibus cœleſtibus mouentur eorum motores,quia hoc dictum Ariſtot.tenet de his,quæ ſunt in nobis dependẽter,

plantę quæ viuunt,quia imperfectam habent vitã, sunt immobiles à seipsis motu locali,similiter animalia imperfecta , perfecta autem animalia ex se mouentur ergo &c.

Lect.14. Attendendum circa probationem maioris ꝙ nomine principii vł S. Th.cãm efficientem intelligere,dũ interpretat omne quod generat tendere ad principium,id est ad assimilationem sui principii productiui.Simplicius vero principii nomine causam finalem intelligit,uultque omne quod generatur,ad principium tendere:ideſt ad suam perfectionem quæ est finis,cuius gratia generatur.

Opinio Simplicii.

Sed videtur ex ista ratione concludi oppositum secundæ conclusionis. Quod enim est posterius generatione,est tempore posterius,si ergo motus localis est posterior generatione,erit posterior tempore aliis motibus. Cuius oppositum dicebat secũda conclusio.

Respondetur & dicitur primo,ꝙ ratio hæc procedit à signo : signũ enim perfectionis alicuius rei generatæ est,ꝙ posterius generetur.

Dicitur secundo, quod in vno & eodem quod procedit de potentia ad actum,id quod posterius tempore fit,est perfectius, huic tamen non repugnat,ꝙ illudmet in alio sit tempore prius, dum .n. Sor.generatur,vltimo generatur rationale, & tamen in patre Sor.prius tempore est rationale,q̃ in Sor.vegetatiuum,quod primo fit eo mô quo vegetatiuũ dici pôt esse aliqd Sor.q.a.s.est via ad Sortẽ.

Tex.59. Cõtra Heraclitum. Secundo arguitur ad conclusionem. Quanto motus minus remouet à mobili , tanto nobilior & perfectior est:sed motus localis minus remouet à suo mobili quam alii motus. Nam secũdum alterationem fit transmutatio secundum qualitatem.In augmento & decremento secundum quantitatem.In generatione,& corruptione secundum formam substantialem.In motu autem locali non fit transmutatio secundum aliquid intrinsecum subiecto,sed tantum secundum locum qui est mobili extrinsecus:ergo &c.

Qũo secundum duplicem viam doctrina Sã. Tn.verificetur quod ꝙ motum localem nihil a mobili abiicitur.

Sciendum primo quantum ad minorem huius rationis,ꝙ secundum duplicem viam in doctrina S.Tho.dupliciter verificari potest,quod per motum localem nihil à mobili remouetur.Secundum enim eos,qui dicũt,quod vbi nihil aliud est quam locus vt denominat intrinsece locatum , sic apertum est,ꝙ dum mobile,amittit vnum vbi, & aliud acquirit ,nihil sibi intrinsecum perdit,cum locus non sit in locato,sed in locante. Secundum autem eos qui dicunt vbi esse habitudinem quãdam fundatam in continentia passiua locati a loco, dicendum est , ꝙ per motum localem nihil absolutum abiicitur a mobili:sed bene abiicitur vbi,quod est relatio,& locus,qui est extrinsecus, & hoc sufficit Aristo.quia minus remouetur a subiecto , quando remouetur sola relatio , quam quando remouetur forma absoluta,cum secundum Comm.12. Meta. relatio inter omnia genera sit minimæ entitatis.

Comm. 19.

Qũo motus localis sit perfectior & imperfectior a liis motib.

Sciendũ scđo, ꝙ quia motus est actus mobilis, dupliciter pôt eius nobilitas considerari.Vno mô intrinsece & essentialiter,s.quantum ad entitatem illius actus in se.Alio modo extrinsece, scilicet p comparationem ad subiectum.Si loquamur de dignitate motus intrinseca, & essentiali, sic dignitas eius consideratur secundum dignitatem termini motus: quia motus secundum veriorem opinionem non differt à termino motus , & hoc modo motus localis non est perfectior , cum secundum suam entitatem non sit aliud quam vbi , quod nihil aliud est intrinsece quam relatio , vt magis videtur esse secundum mentem Sancti Docto.5. Metha.Et in tractatu de relatione:alii autem motus sint aliquæ formæ absolutæ.Si autẽ loquamur de dignitate motus extrinseca , quæ scilicet sumitur per comparationẽ ad subiectum, sic dicit motus dignior,& perfectior,quia requirit subiectum perfectius,& magis in actu,& sic motus localis est perfectior omnibus aliis motibus,quia secundum propriam rationem requirit mobile in actu,& nõ exigit ipsum in potentia ad aliquam formam absolutam,cum per ipsum nulla talis forma introducatur,nisi forte per accidens aut consecutiue: alij autem motus,& mutationes requirunt ipsum subiectum in potentia ad formam absolutam, generatio,& corruptio ad formam substantialem, alteratio ad qualitatem, augmentum & decrementum ad quantitatem. Ad hunc sensum videtur intelligendus Philosophus cum inquit, motum localem esse substantia perfectiorem aliis motibus , quod apparet ex secunda ratione,quam adduxit , quia scilicet non mutat substantiam rei.Hoc idem videtur esse de mente Sancti Docto. vbique enim assignat rationem quare motus localis sit prior , quia videlicet minus abijcit a suo subiecto . Vnde hoc loco formando rationem Philosophi inquit,Quanto aliquis motus minus remouet a mobili, tanto subiectũ eius est perfectius , & sic ipse motus etiã est perfectior quodammodo, secundum autem motum localem nihil remouetur, quod insit subiecto mobili.Ecce inquit talem motum esse perfectiorem quodammodo , quasi velit dicere non est simpliciter,& intrinsece perfectior , sed secundum quid & extrinsece.item in quæs.de malo ait; Motus localis est perfectior propter perfectionem mobilis, in quo secundum ipsum minima fit variatio.

5.met.ca.ad aliquid , & in tracta. de relatione.

1.p.q.23.

In expositi. Tex.59.

Sed contra hanc declarationem occurrit dubium.Id,quod est mensura ,& causa omnium alicuius generis,est simpliciter & intrinsece omnibus illius generis perfectius.Vt enim dicitur, vnũ quodque mensuratur primo,& perfectissimo sui generis:sed motus localis est causa & mensura omnium aliorum motuum , vt videtur hic velle Philosophus:ergo non solum est perfectior extrinsece sed etiam intrinsece.

Quæstio. de malo.q.16. ar.10. ad primum.

10 Metaph. Tex.2.

Respondetur,quòd motus localis non est causa,& mensura aliorum motuum ratione suæ essentiæ,& entitatis,illa enim est minima entitas , sed quia cum minimam faciat variationem in subiecto & propter hoc corporibus cœlestibus conueniat,ratione sui subiecti aliquem modum causalitatis,& mensuræ habet supra alios motus.Quomodo enim sibi conuenit habere nobilitatem supra alios motus,ita sibi conuenit esse causam,& mensuram ratione.s.sui subiecti. Vnde ad argumentum negatur maior de eo,quod est mensura , & causa ratione alterius .s.sui subiecti , si autem de eo,quod est ex se,& ratione sui mensuræ intelligatur

Qũo motus localis conuenit sibi eẽ mensuram aliorum motuum.

tur,concessa maiore negatur minor.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum patet ex dictis,ꝙ generatio est prior motu locali intrinsece,& essentialiter: sed motus localis est prior ea secũdum quid,& intrinsece ratione,scilicet sui subiecti.

Ad secundum dicitur primo, quod si ratio illa aliquid concludat,concludit motum localem non esse priorem aliis intrinsece & essentialiter, quod concessum est.

Dicitur secundo,ꝙ cum in ratione motus includatur actus in recto,entis autem in potentia in obliquo,non dicetur aliquis motus participare magis rationem motus,quia subiectum sit magis in potẽtia, sed quia magis habet de ratione actus existẽtis in potentia,hoc enim totum esse actum existentem in potentia,est motus deffinitio,& nõ solum ens in potentia.

Actus perfectius dicitur extrinsece, & intrinsece.

Dicitur tertio,ꝙ quãuis habere subiectum existens in potentia conueniat omni motui , non tamen per hoc specificatur motus, vt ille sit perfectior, cuius subiectum est magis in potentia: sed magis à termino ad quem. Perfectior enim actus extrinsece & secundum quid,dicitur qui subiectũ magis in actu requirit , & qui nihil absolutum remouet a subiecto: perfectior autem actus simpliciter & absolute dicitur,qui perfectiorem entitatem importat,& sic dicitur perfectior motus absolute,qui ad perfectiorem entitatem,cum qua idem est terminatur,& à quo speciem capit, licet perfectior motus secundum quid , & extrinsece dicatur,qui subiectum magis in actu requirit, vt est declaratum,& nihil absolutum abiieit a subiecto.

ADDITIO.

IN responsione ad primum argumentum notanda sunt verba illa,ꝙ generatio est prior motu locali intrinsece , & essentialiter , sed motus localis est prior ea secundum quid,& extrinsece , ratione scilicet sui subiecti.

Quia generatio cum sit perpetua, nihil potest inueniri,quòd sit prius ea,æterno enim nihil est prius,quòd autem generatio sit æterna,probat Arist.2.de ortu, & interitu.

Est etiã difficultas,quomodo motus localis sit prior motu augmenti,& decrementi,& motu alterationis,cũ prędicamentum quantitatis,& qualitatis in quo ponuntur hi motus,sit prius prædicamento vbi,in quo ponitur motus localis.

Tex.52. Propterea sciendum est primo , quòd generatio diuersimode inuenitur definita ab Ar.nam aliter generatio definitur primo physic.& aliter in 1.de generat.& corru.& aliter in 4.Meteororum , & aliter in libro de morte & vita.

Cum enim ordo doctrinæ fit ab vniuersalioribus, & sermo libri physic.est prior in ordine,& est sermo vniuersalis,ibi diffinitur generatio in vniuersali , & respicit tam substantiam,quam accidens,nam dicit philos. 1.physic.intentio eius in libro est , inuestigare principia omnis generationis,vbi Commen. exponit per generationem,quæ est in substantia,& in omnibus prædicamentis,& de substantia generationem illam, quæ est communis quatuor corporibus,scilicet igni,aeri, aquæ, & terræ,& corporibus compositis , & vniuersaliter generatio vnius ex vno, sed generatio vnius ex pluribus, & perscrutanda est in libro de generat. & sic exponit eam Themist.& ideo ibi diffinitur generatio,ꝙ est trã sitio ex non esse ad esse.

Tex.57.

In libro autem de gener.& corru. diffinitur generatio conueniens elementis, quia ille liber dicitur de elementis 2.de anima,& sic diffinitur,generatio est transmutatio totius in totum,nullo sensibili remanente in subiecto;licet enim in primo de gener.& corru. circa finem inuestigetur modus generationis,quo vnum fit ex pluribus,sed ista rectius dicitur mixtio , quam generatio,vt ibidem declaratur. Tex.it. Tex. 23. & 24.

Tertio diffinitur generatio,vt est communis corporibus mixtis inanimatis,& animatis sub ratione generali,& sic diffinitur in 4.meteororum, est autem simplex generatio,& naturalis permutatio ab his virtutibus, cũ habeant rationem ex subiecta materia vnicuique naturæ,generant autem calidum,& frigidum obtinentia materiam. Tex.2.

Lege D.Th. p.p q 27.ar. 2.vbi agitur de generatione verbi, quæ est emanatio viuentis a viuente coniunctio secundum similitudinẽ eiusdem naturæ numericæ. Tex.7. & 8. Tex.55.

Quarto diffinitur generatio propria viuentium,quatenus viuentia sunt in libro de morte,vbi dicitur,generatio est prima participatio animæ in calido naturali , & vita eius est permansio.

Notandum quoque est,vt ait Auerr.3.Phy. commẽ. 5.quòd motus diffinitio est ambigua , tum quia motus est in pluribus prædicamentis, tum quia vnumquodq; prædicamentum in quibus est motus,diuiditur ꝑ duos modos,quorum vnus est nobilior,& alius vilior, ex quibus verbis apparet manifeste,quòd conditiones motus non uniuoce reperiũtur in motu locali,& in cæteris motibus,conditiones enim attributæ motui sunt , quia est subiecti entis in actu,sic distinguitur à generatione, & corruptione,vt patet 5.physic. quod fiat de contrario in contrarium,eodem lib.tex.6.& sit continuus, & fiat in tempore,modo ista non vnica & eadem ratione inueniuntur in motu locali,& in cæteris motibus, subiectum enim motus localis potest suam vnitatem perfecte possidere,nam motus localis non abiicit a substantia,vt scribitur in hoc 8.physic.secus est de aliis motib. Prętera contrarietas æquiuoce nõ secundum eandem rationem inuenitur in loco,& qualitate, quia contrarietas in loco est in forma,& in subiecto, secus de contrariis in qualitate,quia talia sunt duo in forma,& vnum in subiecto, quoniam loca non numerantur,nisi propter enumerationem subiecti,vt clamat Auer.4.cœli. Comm. 38.

Item contrarietas in qualitate,seu in motu alteratio nis est disponens ad corruptionem, est enim cum vera actione,& passione,prętertim,quæ est inter primas quãtitates sed quantitatis contrarietas non est talis, non.n. quantitas est de principiis actiuis 4.physic. Comm. 84.

Adde quod cõtinuatio in motu locali,& in alteratione,& in augmento,non sunt eiusdem rationis,nam continuatio in motu locali est manifesta per se,impossibile enim est aliquam partem eius fieri subito, sed in aliis motibus est quæstio non parua,vtrum reliqua pars eorum videatur posse fieri subito,nã in aliquibus videtur subito fieri,vt ait Auerr.in 6.phy.& ita determinat finaliter in hoc 8.ꝙ motus augmenti non est vnus,& cõtinuus a principio vsque ad finem , sed est compositus ex pluribus motibus,& ex pluribus quietibus, tum quia vera augmentatio,quæ est in solis viuentibus,fit per ad Com.74. ditionem nouæ materiæ,necesse est,quòd fiat per mi- Comm. 23. nima , & ideo factio, & acquisitio talium minimorum est indiuisibilis, & fit in instanti , ideo impossibile est

partes

partes motus augmenti sibiinuicem continuari nisi in instanti,quòd ita instans esset immediatum instanti, & tempus componeretur ex instantibus,nam minima caro
Tex.54. ro est terminata 1.physic. similiter si continuatio esset in motu augmenti,oporteret,quòd cuilibet parti sensibili temporis corresponderet aliqua magnitudo sensibilis terminata acquisita in illo tempore,quod est contra sensum.

Nam videmus in anno aliquid augeri per digitatem quantitatem,& illa non potest diuidi in partes tot actu sentibiles,in quot diuiditur annus, nam diffinitio entis sensibilis est,vt sit in actu & tangi possit,ideo non potest aliquis fingere partes esse in actu,& correspondere singulis partibus temporis, sed nõ sunt a sensu comprehensibiles,quia hoc est contra diffinitionem, & terminum entis in actu,qui est vt sit tangibile,vt ait Auerro. vbi supra,& ideo commentator concludit, quòd continuatio vere non reperitur nisi in motu locali, vnde motus primo dicitur de motu locali,secundo de motu alterationis,postremo autem inter omnes motus est motus augmenti,& diminutionis.

Sed tunc quæreret aliquis,quomodo motus augmenti fiat in tempore, si enim motus iste augmenti fit per acquisitionem quantitatis factam per minima,cum talis acquisitio fiat in instanti, tunc motus augmenti non mensuratur a tempore, hoc autem videtur esse contra
Tex.132. Ar.in 4.physic.vbi quærit num tempus sit numerus cuiuslibet motus,vel vnius tantum.

Et soluendo dicit, q̃ est numerus cuiuslibet motus, inquiens,est nanque,quod generatur, & corrumpitur in tempore,& augmentatur,& alteratur.

Tex.129. Præterea in eodem 4.physic.demonstratur, quòd omne quod mouetur,mouetur in tempore, & quod in omni motu reperitur velox,& tardum,talia autem tempore mensurantur,& Aristo.dicit hoc esse in motu locali,& similiter dicit etiam in aliis esse motibus. Sed hæc de facili soluuntur,si loquamur de motu augmenti,qui reperitur solum in viuentibus. Ait commentator
Comm.22. 2.cœli,quòd sumitur dupliciter, vno modo pro conuersione in substantiam alimenti,alio modo pro extentione consequente materiam sic conuersam a calore,& ab anima ipsius viuentis.hoc stante dicitur, quòd augmentatio proprie non est motus primo modo,tum quia terminus motus est accidens, sed terminus augmentationis primo modo sumptæ est forma substantialis, tum quia omnis motus est continuus,nulla autem talis conuersio potest esse continua, quantumcumque modica, quoniam sic auctum esset infinitum,sed accipiendo motum secundo modo, sic motus augmenti est vere motus, quia habet omnes conditiones requisitas ad motum.

His iactis dicitur ad principalem difficultatem, q̃ nulla generatio est perpetua,sed bene successio generationum sibiinuicem succedentium est perpetua,& hoc probat Arist.2.de generatione,& corruptione.

Ad secũdam difficultatem dicitur,quòd nedum augmentum,& alteratio,sed etiam quòd generatio,& corruptio,& omnes motus præcedunt motum localem,sed respectu vnius & eiusdem animalis, simpliciter tamen loquendo respectu vniuersi motus localis præcedit omnes alios motus.

Vide de his Auctorem 2.contra gentes in expositione 43.ca.vbi declarat quomodo motus duo respicit terminum & subiectum,vide quoque 3.contra gen.c. 82.

ET sic finitur hic præsumptuosus labor, de quo nõ dubito multos admirari me theologiam ac metaphysicam profitentem,hæc fragmenta conficere,& his quæstionibus addere. Sed ducant quæso in memoriam præclarum illud Censoris oraculum, non minus ocii, quam negotii reddendam esse rationem, quo equidem salubri documento nos commonefacit,quædam esse negocia,quæ nos ociosi agere debeamus, de numero quorum est hoc nostrum onus assumptum iuxta mei vires ingenii,de quo omnes admonitos esse volo,vt tantum rationes,& propositum meum, & amicorum tale onus mihi iubentium videant,atque examinent, & sic acquiescant,& refutent,nec enim tanti sum,vel sic arrogans in his additiũculis,& in aliis quas appositurus sum libris de Anima,vt meam præponã auctoritatem, sed eatenus dico hic,& vbique,quatenus reddita ratio testatur, quandoquidem in his potius nomen philosophi, quam rhetoris,aut grammatici sortiri cupio:etsi in aliquo ad omnes hos pertinente defecero, correctori,vt adiutori infinitas gratias ago,ad laudem, & gloriã omnipotentis Dei,& beatissimæ Virginis, ac D. Thomæ. Romæ Anno Iubilei.1575. Die prima Nouembris in Hospitio S.Mariæ super Mineruam.

Excusatio Auctoris de onere ad sumpto.

FINIS

Quæstionum R. P. Magistri Francisci de Syluestris Ferrariensis in libros Physicorum.

DISPVTATIONES CONTRA ALIQVOS PHILOSOPHOS,

Eiusdem Reuerendi Patris Magistri Matthiæ Aquarij:

Quæ ad ea,quæ in physicis tractantur,non parum sunt vtiles.

DISPVTATIO PRIMA.

De mixtione elementorum,in qua ostenditur elementa in mixto remanere virtualiter.

DOMINVS sit illuminatio mea. Quæro num elementa formaliter & integrè reperiantur in mixto,vel in esse refracto,siue virtualiter.Et argumentatur primo quòd formaliter:quia Arist.
Primũ Arg. Tex 8. Commen.4. 1.cœli ait quod mixtum mouetur secũdum elementum prędominans,quod etiam tenet D.Th.2.Phys. vbi declarans diffinitionem naturæ ait,quod animal moueatur deorsum,non est natura animalis inquantum est animal, sed ex natura dominantis elementi. Tunc sic,vbi est operatio alicuius,ibi formaliter reperitur illud cuius est illa operatio,sed in mixto reperitur operatio elementorum; ergo in mixto reperiuntur formaliter elementa.Maior probatur, quia res quæ priuatur sua operatione, priuatur suo esse: minor patet ex dicto Arist.& D.Th.supra citato:quia mixtum mouetur ab elemento prædominante.Hoc argumento vsus est Arist.8.Phy.& 12.Metap.vbi ex
Tex.59. Tex. 36. motu cœlestium corporum inuestigauit motores ipsorum arguendo sic:Cœlum actu mouetur,ergo habet motorem:valet quoque à simili. Mixtum actu mouetur ab elemento prædominante,igitur elementum actu est in mixto.

Secundum Arg. Tex.66. Secundo arguitur ex Arist.3.cœli arguente contra Platonem,& concludente elementa non habere propriam figuram;sed figuram continentis. Quia si haberent proprias figuras:tunc sequeretur quod omnes partes elementi non tangerent omnes partes loci,& sic daretur vacuum: hinc assimilantur primæ materiæ quæ nullam de se formam habet,sed potest omnes recipere,sic elementa de se & propria natura non habent figuras proprias:sed tantum figuram continentis,& mixtum est continens,ergo figurantur in mixto.

Tertium Argum. Tex.14. Tertio arguitur quoque ex Arist.4.cœli, vbi probat,quod ideo motus causatur in nobis,quia elementa tendunt ad propria loca.hinc quærit causam ibi, Vnde est quòd quædam corpora composita sunt graviora quibusdam in alio loco,& non in alio, vt lignum,cuius mensura est decem librarum hoc est grauius plumbo,& ferro,cuius mensura est vnius libræ in loco aeris,in loco vero aquæ est econuerso, & causa est ait Arist.quia omnia elementa habent grauitatem in suis locis,causatur igitur motus in nobis,quia elementa tendunt ad propria loca.Hæc ratio nullo pacto concluderet nisi essent elementa actu in mixto.

Quartũ ar. & tex.83. Quarto,argumentum aliud sumitur ex primo de Generatione c.de mixtione, vbi probat ipsa elementa separari à mixto eo dissoluto, quia caro dissoluitur in terram & ignem:si igitur ipsa elementa non essent formaliter in mixto,quomodo potuissent ab eo separari? vnde asserebat ibi Phil.quod gutta vna ipsius vini non miscetur decem millibus congijs ipsius aquæ, ratio est qa soluitur forma vini in vniuersam aquam. Quæ ergo miscẽtur non corrumpuntur, sed alterantur,igitur elementa actu reperiuntur in mixto. vsque ad te 90.

Quintum Argu. Tex.26. Quinto,est ratio fortissima quæ sumitur ex 2. de Anima,vbi Arist.arguit contra Empedoclem tenentem augmentum,siue auctionem & nutritionem fieri in viuente ex hoc,quia elementa grauia augent & nutriunt partes inferiores, elemẽtaleuia partes superiores.Contra arguit Phil.& ostendit nutritionẽ & auctionem in viuente fieri ab anima & non ab elementis hac rõne,quia si,in animali non esset anima, quid prohiberet elementa dissolui,& segregari vt le uia segregentur à grauioribus. Et quid prohiberet ne augmentatio esset in infinitum? Ex hoc igitur lo co patet Ar.velle elementa formaliter esse in mixto: quæ ab anima postea detinentur,ne in infinitum postea distrahantur, alias ratio sua contra Empedoclem nulla esset.

Sextũ Arg. Tex. 90. Sexto,arguitur argumento Auicennæ asserentis elementa integra remanere in mixto,quia primo de Generatione c.de mixtione Ar. definiẽs mixtionem ait esse vnionem miscibilium alteratorum,tunc sic,si est alteratorum.ergo non corruptorum,& sic elemẽta sunt in mixto alterata & integra.

Septimum Arg. Tex.4. Septimo sic,Arist.5.Metap.definiens elementum ait,quod est illud ex quo componitur res primo inexistenti indiuisibili specie in aliam speciem, vt vocis elementa ex quibus componitur vox,& in quæ vltima diuiditur,illa vero non amplius in alias voces ab ipsis specie diuersas,sed si diuidantur particulæ eorũ sunt eiusdem speciei, vt particula aquæ est aqua. Si ergo de ratione elementi est vt inexistat in elementato,sequitur quod elementa sint actu in mixto.

Octauum Argu. Octauo,si elementa non essent actu in mixto, tunc mixtum esset non ens:consequentia probatur. Quia quod componitur ex non entibus est non ens 4.Phy.tractatu de tempore, sed mixtum componitur ex non entibus,quia elementa sunt corrupta, igitur mixtum erit non ens,& sic oportet vt integrè reperiantur in mixto si entitas mixti saluari debet.

Nonũ Arg. Nono,si elementa non essent integra in mixto, sequitur quod mixtum posset fieri ex vno tantum elemẽto,quod est falsum & abhorret tota Philosophia; immo mixtum non esset mixtum,consequentia pro

batur,quia sola materia elementorum manet in mixto,& nulla est ratio quare requirãtur plura elementa,cum materia vnius potest sufficienter disponi ad formam mixti.

Decimum Arg. Tex.38. Decimo hic.Philos.ait 2.de anima,quod ex cisdẽ nutrimur ex quibus sumus,sed nutrimur & sumus ex elementis:ergo actu & integra permanent in mixto.

Vndecimũ Arg. Tex.52. Vndecimo,arguitur ex 2.de anima, vbi probat Arist.sensum esse de virtutib.passiuis,& non actiuis, quia sensus & præcipue tactus si esset virtus actiua, tunc sentiret elementa quæ sunt in ipso sensorio.s. in carne,quæ est sensoriũ sensus tactus absq; sensibili extrinseco,cum sensorium illud constet ex elementis puta ex terra,igne,aqua,& aere.Si hæc ratio & dubitatio aliquid valere debet,oportet vt supponat Philos.elementa actu reperiri in mixto.

Duodecimũ Argu. Duodecimo probatur exemplo lactis , quod est quoddam mixtum,& ex ipso egreditur aqua,puta serum,igitur in lacte est actualiter aqua.

Tertiumdecimũ Arg. Tertiodecimo arguitur exemplo rosarum, & florum,& herbarum, è quibus egreditur aqua pura,quã do decoquuntur in lambico.Cum igitur rosæ, flores & herbæ sint quædam mixta,sequitur quod sicut in his,sic & in aliis sint formaliter elementa.

Quartumdecimũ Arg. Quartodecimo arguitur exemplo sensatissimo, quod apparet in musto,quod quidem est quoddam mixtum,& ex ipso egreditur aqua pura,experti sũt plurimi infundendo in eo bombicem,& postmodũ extrahendo eam & comprimendo exit aqua pura .

p.p.q.91. artic.1. Vltimum Arg. Hoc idem vltimo fatetur noster Angelicus D. Thom.qui declarans quomodo homo habet in se omnes res mundi,dicit quia est compositus ex omnibus.Nam de spiritualibus habet animam rationalem,de corporibus cœlestibus habet elongationem, à contrariis per maximam æqualitatem complexionis,elementa verò habet secundum substantiam, ita tamen quod superiora elementa prædominantur in eo secundum virtutem,scilicet ignis,& aqua . Quia uita præcipue consistit in calido,qđ est ignis,& humido quod est aeris:inferiora elementa abundant in eo secundum substantiã.Ex quibus uerbis apparet manifeste elementa reperiri in homine ex consequenti in mixto secundum substantiam integram.

Comme.42. Oppositum autem legitur pluribus in locis doctrinæ D.Thom.& præcipue 3.Phys.in quo probat nõ dari corpus mixtum,infinitum, & quod elementa ueniunt ad compositionem eius,prout cõtraria aliquã do adæquantur scilicet secundum uirtutem,quando ueniunt in mixtionem . In hac disputatione primo recitabo diuersas opiniones.

Secundo declarabo ueritatem.Tertio respõdebo obiectis in contrarium.

Præponitur ordo quæsiti obtenendus. Opin.Alex. de hac materia c.18. Quoad primum adest Alexander inter Græcos in quæstionibus naturalibus, qui tenet elementa formaliter & integre reperiri in mixto, & hoc nitiẽ persuadere pluribus argumentis,inter quæ sunt nonnulla de mente eius adducta in principio quæstionis , sed fundamentum principale suum sumitur ex Ari. 1.de generatione animalium , & etiam secundo de generatione animalium,vbi Arist.arguit contra Empedoclem dicentem ,semen prouenire ab omni parte animalis,arguit Philosophus quia si sic,tunc proueniret ex membris organicis, siue ex partibus dissimilaribus,& ex partibus ẽt similaribus, vt puta ex pilis,ex ossibus,& vnguib. ergo ex elemẽtis,& sic semen prodiret ex aqua & ex igne,& hæc est quarta ratio,quã adducit ibi Ph.Quæ ratio nisi supponat elementa esse actu in mixto,nihil concluderet,& plures alias rationes adducit ibi Ph.Quæ omnia supponũt elementa actu esse in mixto.

Probat quoque ibi semen patris non esse causam similitudinis,quia quædam mulier nomine Helides concubuit cum Ethiope , & perperit filiam albam, & deinde filia etiam concepit & perperit Ethiopem,vnde semen non est causa similitudinis, neque egreditur ex toto corpore.quia tunc ex elementis .

Ca.de relatis. Hoc etiam voluit Arist.in prædicamentis,vbi probauit sensibile & sensum non esse relatiua,quia sensibilia sunt antequam esset aliquis sensus,nam elementa ex quibus componitur animal,sunt antequam animal esset,& elementa sunt simul natura . Ex hoc discursu patet elementa actu venire in mixtionem.

Tex.115. Quod confirmatur ex Arist.2.de Anima,vbi declarat quomodo tactus indiget carne pro medio. Et quomodo indiget medio extrinseco , probat quod in mixto sunt qualitates elementorum vt siccitas,humiditas &c.Dantur enim corpora sicca & humida. Quo stante dicit Alexander,vbicunque sunt qualitates elementorum,ibi actu sunt elementa , sed per Arist.in mixtis reperiuntur qualitates elementorũ: ergo in mixto sunt actu elementa.

Addit adhuc quod est manifestum in doctrina Peripatericorum, materiã primo recipere formas elementorum,deinde alias formas . Quam doctrinam Text. compulcherrime obseruauit Auerr.1.metaph.vbi ponit m.17. differentiam inter genus,quod est forma vniuersalis,& materiam.Et ait,quod materia nullam formã habet,neque vniuersalem,neque particularem , sed primo recipit formam vniuersalem & postea mediãte forma vniuersali recipit alias formas vsque ad indiuiduales,& subdit Auerr.quod antiqui & maxime Alexander scripsit demonstratiue quod genus est aliud à materia. Quo stante, arguitur sic . Materia primo recipit formas elementorum:& deinde alias;igitur elementa sunt actu in mixto.Hãc quo Ca.de tem- que veritatem clarius ostendit Aris.4.Meteororum, peraturis. vbi ponit,quod quædam sunt,quæ calefiũt calido,vt corporũ. aurũ,argẽtũ,æs,stãnũ,plũbũ,vitrũ,& quidã lapides innominati,dat rationem,quia sunt aquea.

Quædã sunt, quæ cõcrescunt frigido,vt vrina, accetum,lixiuium,serum,&c. quæ abundant aqua.

Quædam sunt molificabilia,vt ferrum,cornu,vnguis,os,neruus,lignum,pili,folia,cortex.

Quædam mixta sunt exalabilia vt electrum, mirrha,thus,fructus,legumina,frumentum,&c.hæc diuersitas mixtorum non est nisi propter diuersitatem elemẽtorum:quæ nisi actu essent in mixto,nullo mõ hæc diuersitas assignari posset ab Arist. Concludendum est igitur elementa actu permanere in mixto, hæc est opinio Alex.contra quam Arguit D.T.sup- Opin.Alex. ponendo vnum,ꝙ habet ipse,ꝙ quælibet forma sub impugnatur stãtialis nata est,constituere suppositum per se exi- 2.sentẽ dist. stens.Quod ẽt Arist.2.de Anima docuit.Ex actu,& 2.q.1.art.2. potentia aptum natum est effici vnum.Quo stante Tex.4. argumentatur D.T.in mixto sunt quatuor formæ substantiales elementorum,ergo in mixto sunt quatuor suppositа.probatur cõsequẽtia,quia forma substãtialis ignis constituit suppositũ ignis,& forma substãtialis aeris,suppositũ aeris,& sic de aliis,vñ mixtũ esset quatuor suppositа,& maius quoq; absurdũ seq̃retur,quia cũ quælibet forma substantialis det esse specificum,vnum mixtum esset sub quinq; speciebus .s.quatuor elementorum & ipsius mixtionis.

Præterea,in profundo fluminum,& lacuum , & maris generantur corpora mixta vt lapides , herbæ,&

bæ,& pisces, sed ad illa loca non potest descendere ignis,quia tunc corrumpetur ab aqua intermedia,igitur opinio Alexandri est falsa.

Adde adhuc quòd si ignis actu esset in mixto,esset ibi violenter . Et tunc mixtum non esset genitum naturali mutatione, sed violenta . Probatur consequentia, Quia naturalis locus ignis est sursum , naturalis locus aquæ est deorsum : quomodo ergo ignis poterit esse in magnis molaribus & in serpentibus; quæ sunt sub terra . Et terra ipsa in mixtis quæ sunt in igne,vt est Salamandra , & in mixtis,quæ sunt in media regione aeris,vt sunt grandines &c. quæ ibi Locus Salamandrę. generantur.

Adde ad hæc quod si elementa actu & formaliter vt dicit Alexander essent in mixto: sequitur quod in generatione mixti nihil corrũpitur, & sic generatio vnius non esset corruptio alterius contra Arist.mil 2.Metaphy. le in quo sua doctrinæ. Tex.10.

Rationes quas pro se adducit sunt nullius momẽti,& prima soluitur quia non concludit simpliciter, cum sit contra antiquos concedentes elementa actu remanere in mixto;vnde est argumentum ad hominem ponentem semen decidi ex omnibus partibus animalis. Soluũtur rationes Alex.

Secunda quoque ratio soluitur, concedendo elementa esse ante generationem animalis tum quando veniunt ad mixtionem corrumpuntur.

Tertia similiter soluitur concedendo in mixto esse qualitates elementorum,quia est ibi forma mixti, in qua sunt virtutes elementorum , quæ sunt similes qualitatibus eorum,sed non sunt eadem cum illis.

Ad illud de materia,quæ primo recipit formas elementorum,& deinde alias,verum est:tamen semper præcedentes formæ corrumpuntur , & in sequentib. remanet illarum virtus.

Ad dicta Arist.in 4.Meteororum dicimus illã diuersitatem mixtorum oriri ex diuersitate virtutum e lementorum, & non ex elementis,quæ in mixtis reperiẽtur.

Opinio Auicennæ imposita sibi ab Auer. Comme.9. Comm.30. Inter Arabes ad est Auicennas,qui,vt imponit sibi commentator tertio cœli, & primo de generatione,asserit elementa remanere integra in mixto. Quia formæ substantiales ipsorum non diuiduntur in magis & minus , vnde elementa non miscentur, nisi secundum qualitates eorum , & non secundum substantias, & eandem opinionem sibi imponit D. Thom.dicens quòd Auicennas posuit formas substantiales elementorum integras remanere in mixto , mixtionem fieri prout contrariæ qualitates elementorum reducuntur ad medium. Eandem sententiam recitat Scotus .Qualiter Auicennas tenet Ele- p.p.q.76. articu.4. 2.sen.di.15. menta remanere in mixto non remissa secundũ substantiam,sed remissa secundum qualitates. Et vltra rationes quas adduximus in principio quæstionis,ad ducit etiam & ipse alias dicens,quod si formæ elemẽtorum integræ non remanerent in mixto,tunc materia prima æqualiter esset disposita ad recipiendum formas mixtorum,sicut elementorum , quod est falsum,quia non recipit formas mixtorum,nisi medianTex.52. tibus formis elementorum , consequentia probatur,quia per aduersarios formæ elementorum corrumpuntur,& non manent:igitur prima materia recipit formam mixti,eodem modo sicut & formam elementorum. Tex.2. Cap.de substantia.

Præterea,formæ elementorum sunt substantiæ, vt docet Philosophus primo de generatione , sed substantia non suscipit magis & minus 8.Metaphysicor.& in libro prædicamentorum: igitur vel cor-

rumpuntur,vel refranguntur:sed corrumpi non possunt,quia tunc mixtum esset non ens, nec possunt refrangi,quia tunc intenderentur & remitterentur;qđ est contra Aristotel.& sequeretur etiam quod substantia esset accidens; quia posterior pars formæ substantialis aduenirent materiæ actuatæ per partẽ priorem formæ substantialis,& omne quod aduenit enti in actu est accidens.

Lignum resoluitur in aquã & in alia elementa. Præterea,cum mixta resoluantur in elementa, puta lignum,resoluitur in aquam & ignem, Quæro vel illa elementa præexistunt,vel sunt generata de nouo: si præexistunt,habeo intentum, quod elementa erãt eadem formaliter in esse perfecto,si dicis quod non sed de nouo sunt generata,hoc esse non potest,quia in instanti corruptionis mixti non possunt quatuor elementa de nouo generari.

Pærterea,causa quę producit aliquem effectũ nobilissimum, debet perfectissimo modo saluari in eo. Quæ propositio maxime tenet de causa materiali,q̃ est primum subiectum ex quo fit aliquid &c.

Sed elementa sunt perfectissima causa in genere causę materialis, & producunt effectum nobilissimum,nempe ipsum mixtũ:igitur perfectissimo modo saluantur in ipso , & sic secundum esse integrum & perfectum,aliter mixtum non existeret perfectissima existentia, probat hoc idem per exempla,quia laurum appositum igni facit strepitum propter aerẽ Laurus positus in ignẽ efficit strepitum. inclusum in eo.

Et similiter sal mixtum igni propter eandem cau- 3 cœli comment.6. sam facit strepitum , & castanę, & non nulla alia Impugnat opin. Auic. mixta.

Ex quibus euidentissime sequitur,elementa formaliter & in esse puro remanere in mixto , refrangi tamen secundum qualitates ipsorum.

Sed contra arguit Auerr.quòd si hęc opinio esset vera,tunc daretur ignis sine calore, & qđlibet aliud elementum sine sua propria qualitate, consequentia probatur,Quia per Auice. põt esse ignis sine quarto gradu caloris:ergo sine tertio,& sine secũdo, immo & sine primo,& sic ignis erit totaliter sine calore,cõsequentiæ istæ omnes simul probantur, Quia quæ sunt eiusdem rationis,quicquid competit vni competit & alteri.Modo quartus gradus,secũdus, & tertius gradus ignis sunt eiusdem rationis;igitur valet quòd si ignis poterit esse sine 4.gradu caloris,absolute poterit esse sine omni calore:sic stante opinione, quòd elementa sunt in esse puro,cum qualitatibus tamen remissis in mixto, dabuntur elementa spoliata propriis qualitatibus.

Præterea arguitur alio argumento, supponendo vnum quod habet Philosophus 4. Meteororum , Cap.13. quod igni competit caliditas in summo,& aquæ frigiditas in summo,& terræ siccitas:tunc sic. Elementa per te ò Auicennas sunt in mixto in esse puro,refractis tamen qualitatibus,igitur elementa in mixto non sunt elementa. probatur consequentia, quia elementa constituuntur in esse elementorum per qualitates in summo, quas tu dicis in mixtis non habere , ualet igitur elementa in mixto non esse elementa.

Tertio arguitur,quia Aristotel.2.de Anima & 8. Tex.4. Metaphysicor. ait,quòd ex pluribus entibus in actu Tex.16. non potest fieri vnum per se,sed mixtum est vnum per se:ergo non potest fieri ex elementis in esse integro secundum substantiam, & in esse remisso secundum qualitates.

Item termini mutationis non possunt se compa- Tex.59. ti simul in eodem,quia sunt incõpossibiles, vt habet

1.Phy.ſed formæ mixti & formæ elementorum ſunt termini mutationis: quia mixtum generatur ex elementis & corrumpitur in ipſa: ergo elementa non poſſunt eſſe in eſſe puro cum quantatibus remiſſis in mixto.

Soluuntur rõnes Auicennæ.

Soluuntur rationes Auicennæ. Et ad primam dicimus, quòd formam immediate perficere materiã contingit dupliciter, vno modo immediatione perfectionis, alio modo immediatione tranſmutationis. Primo modo forma mixti, immo quęlibet forma ſubſtantialis immediate ineſt materiæ. Sed ſecundo modo formæ elementorum immediate inſunt materiæ, quibus corruptis ineſt alia, qua etiam corrupta ineſt alia vſq; ad animam intellectiuam, quæ etiam immediate ineſt materiæ primæ immediatione perfectionis, ſed non immediatione tranſmutationis.

Ad ſecundam rationem dicimus, quòd formæ elementorum corrumpuntur, quibus corruptis, generatur mixtum; vnde & nos docemus ſubſtantiam non ſuſcipere magis & minus.

Quomodo mixtum reſoluitur in elementa.

Ad tertiam dicimus, quòd mixtum reſoluitur in elementa, quæ erant in eo ſecundum virtutem, & nõ ſecundum ſubſtantiam.

Ad aliam dicimus, quòd ſufficit cauſam ſaluari in effectu ſecundum virtutem; non autem ſecundũ ſubſtantiam, & ſic elementa diſponunt materiam pro ſuſceptione formæ mixti.

Ad exempla dicimus, quòd illa quę exhalant & remanent ex ipſis mixtis, non ſunt pura elementa, & dato quòd ſint pura, dicimus quòd de nouo generantur, ſed non erant in mixto ſecundum ſubſtantiam.

Turiſanus Monacus. Scotus 2. ſẽten diſt. 15. Comm 67.

Auerroes vt recitat Turiſanus Florentinus Medicus præſtantiſſimus pluſquam Commentator ſuper paruam artem Galeni, & S.Tho. in opuſculo ad Magiſtrum Philippum de mixtione elemẽtorum, & Scotus impugnans Auicennam; ait ergo Aue. 3. cœli qđ paucitas exercitationis iſtius viri in naturalib. & bona confidentia in proprio ingenio induxit ipſum ad varios errores, & ſubiungendo ſuam opinionem ponit eam conſiſtere in duabus propoſitionibus. Quarum prima eſt. Formæ elementorum non manent in mixto ſecũdum eſſe perfectum vltima perfectione, ratio iſtius propoſitionis eſt. Quia ſi formæ elementorum remanerent in mixto ſecundum eſſe vltima perfectione, in mixto eſſent ſimul qualitates cõtrariæ ſecundum vltimam perfectionem. Quia qualitates in ſummo ſequuntur formas ſubſtantiales elementorum in vltima perfectione: imo tanta eſt propinquitas qualitatum ad formas ſubſtantiales elemẽtorum, quòd quidam putauerunt qualitates eſſe formas ſubſtantiales ipſorum vt imponitur Alexandro.

Alex. 5. phyſic. in addit. noſtris.

Hinc ſubdit Comment. quòd ſi elementa manerent in mixto ſecundum actum extremum, & ſub eſſe perfecto vt ait Auicenn. tunc non fieret vnum ex eis, qđ eſt falſum vt patet.

Secunda propoſitio eſt. Formæ elementorum manent in mixto ſecundum eſſe diminutum & refractum: hoc intelligitur tam ſecundum ſubſtantiam, quam ſecundum qualitates: quia idem eſt iudicium de toto & de parte, ſi qualitas poteſt remitti ſecundum partem, manente ſubſtantia elementi omnino non remiſſa, eadem ratione poteſt elementum remanere ſecundum ſubſtantiam, amiſſa tota qualitate, & ſic poſſet eſſe ignis non calidus, iccirco oportet dicere ſubſtantiam elementi remitti, ſicut & qualitatem.

Pulchra dubitatio.

Et ſi dicis quòd formæ elemẽtorum ſunt ſubſtantię: Modo ſubſtantia non intenditur neque remittitur, ſed tantum accidens eſt illud quod augetur & diminuitur, & ſic ſequitur quod elementorum ſubſtantiæ non poſſunt refrangi.

Solutio Au.

Reſpondet quòd formæ elementorum ſunt mediæ inter formas ſubſtantiales & accidentales, ideo eſt neceſſarium, quòd habeant proprietates vtrarumque, ob id non eſt inconueniens ipſas intendi & remitti. Sic etiam dicis quod ſi formæ elementorũ manent in mixto in eſſe diminuto; ergo materia nunquã recipit formam mixti, probatur conſequentia. Quia omne recipiens oportet vt ſit denudatum à natura recepti. Modo materia non eſt denudata à formis ſubſtantialibus: ergo non poteſt recipere formam mixti. Ad quod etiam reſpondet quòd omnes formæ elementares ſunt eiuſdem ordinis in ſubſtantialitate: ſed non eiuſdem generis proximi, ſed tantum remoti, ideo maior propoſitio debet intelligi ſic. Omne recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti ſecundum genus proximum, vt notat Zimara. Et hæc gloſſa habet veritatem in rebus materialib. nõ autem in rebus immaterialibus. Quia intellectus poſſibilis habet ſpeciem vnius elementi & poteſt recipere ſpeciem alterius, & ſic concludit Auerr. formas ipſorum elementorum manere in mixto ſecundum eſſe refractum. Quia vel corrumpuntur, vel refranguntur, vel remanent in eſſe integro: ergo refranguntur. Et tũc in eſſe refracto ſunt in mixto, quia virtus non remanet ſine ſubſtantia. Et cum virtus remaneat ſecundum eſſe remiſſum, & non ſecundum eſſe perfectum: ergo & ſubſtantia elementorum manet ſecundum eſſe imperfectum remiſſum & caſtigatum.

1.de anima Tex.4.

Lege Zimaram Theor. 84. Vide ẽt Arcãg. Mercenar in dilucidationibus Auerr.

P.p.q 76.ar. 8.tex.8.

Contra quam opinionem arguit D.Thom. Quia formæ rerum ſunt ſicut numeri 8. Met. Sed numeri ſunt indiuiſibiles: ergo & formæ ſunt indiuiſibiles. Quo ſtante arguitur ſic. Si formæ ſubſtantiales elementorum frangerentur in mixto: ſequitur quòd formæ ſubſtantiales ſunt diuiſibiles, & ſic ſuſciperent magis & minus, ad ſubſtantiam etiã motus eſſet motus: ſed Auerroiſtæ derident iſtam rationem dicentes, Auerroem ſoluiſſe iſtam rationem conſtituendo formas elementorum ſubſtantias imperfectas.

Nota ſubtiliſſimam argumentationem.

Sed aduerſus iſtos arguit Caietanus dicens, qđ iſti dum derident rationem D.Thom. exhibent ſe omnibus deriſibiles, & ſi penetraſſent ſubtilitatem rationis, tacerent. Namque hæc ratio concludit apud Philoſophos, & non apud ſciolos. Siquidem D. Th. addit in ratione ſua, quod impoſſibile eſt adinuenire medium inter ſubſtãtiam & accidens, ſiue capiamus totum ordinem ſubſtantiarum ex vna parte, & totũ ordinem accidentium ex alia parte, ſiue quamcũque ſubſtantiam & quodcumque accidens. Quia cũ medium ſit triplex per participationem, per negationem, & per comparationem, Primum non eſt, quia tale medium eſt eiuſdem generis cum extremis, modo formæ elementales non ſunt eiuſdem generis cũ accidente: ergo &c. Non ſunt medium per negationem, ita quòd non ſunt nec ſubſtantia, nec accidens. Nec etiam per comparationem, quia forma elementi non eſt accidens reſpectu ſubſtantiæ: vide ergo quomodo ratio eſt efficaciſſima.

Medium eſt triplex.

Corroboratur ratio p̃dicta.

Adde etiam tu, quia omnis formalis differentia variat ſpeciem: ſed quod recipit magis & minus differt, quod eſt magis ab eo quod eſt minus, ſi igitur forma ignis ſuſcipiat magis & minus, magis facta, & minus facta variabit ſpeciem, ſequitur ergo quod alteratis formis ſubſtantialibus elementorum in mixto, non erunt eadem, quæ erant prius ſecundum ſpeciem.

Quid eſt ſuſcipere magis & min'.

Præterea

Pręterea, illud cuius eſſe conſiſtit in indiuiſibili, non ſuſcipit magis & minus, nec habet contrarium, quia ſuſcipere magis & minus eſt intendi, & remitti, & habere contrarium, ſed formæ ſubſtantiales elementorum, vt ſubſtantiæ ſunt, non habent contrarium, & ſunt indiuiſibiles, igitur non ſuſcipiunt magis & minus, & ſic redditur falſa opinio Auerr.

3. ſent. diſt. 36. q. vnica Tex. 4.

Aureolus vt recitat Ioannes Bacchonitanus, duo docet circa hoc quæſitum. Alterum eſt, quod formæ elementorum manent in mixto ſecundum ſuas realitates, & hoc probat primo ex diffinitione elementi 5. Metaph. elementum eſt, ex quo tanquam inexiſtẽte aliquid componitur. Quo ſtante arguit ſic. Id ex quo aliquod componitur intrinſece eſt in eo ſecundum realitatem ſuam, vt patet de materia & forma, & de principiis demonſtrationum, quæ omnia ſunt in eis, ad quorum compoſitionem veniunt ſecundum ſuas realitates ſed ex elementis & formis elementaribus componuntur mixta, igitur elementa ſecundum ſuas realitates in mixto reperiri neceſſe eſt.

Tex. 65.

Præterea, illa ſunt elementa in quæ mixta reſoluuntur per diuiſionem vltimata reſolutione, vt Phil. docet 1. Phyſ. de principiis, ſed mixta non reſoluuntur niſi in realitates eorum, ex quibus mixta ipſa ſunt compoſita; igitur elementa ſecundum realitates ſunt in mixtis.

Præterea, miſcibilia remanent in ſuo eſſe q̃do miſcentur, & per conſequens in ſuis realitatibus, ſed mixtio nihil aliud eſt niſi vnio miſcibilium: igitur ipſa elementa ſecundum ſuas realitates manent in mixto.

2. de generatione. Tex. 90.

Addit ad hæc quod Ariſt. vult, ꝙ ſi miſcibilia ambo maneant in ſuis excellentiis, non eſt mixtio. Quia mixtio præſupponit alterationem, per quam extrema alterantur recedendo ab excellentiis ſuis, ſi enim nulla alteratio præcederet, non dicerentur magis mixta nunc quam prius, & ſi vtrumque corrumpitur, & alterum manet, non eſt mixtio, ſed generatio, vt cum ignis conſumit ligna. Tunc ſic: mixtio non fit vnio miſcibilium, quia miſcibilia non manent in ſuis excellentiis, nec vtrumque corrumpitur, nec alterum corrumpitur & alterum manet: ergo mixtio fit per hoc quod remanent realitates miſcibilium in ipſo mixto.

Mixtio quid præſupponat.

Alterum quod docet Aureolus circa hoc quæſitũ eſt, quòd iſtæ realitates elementorum non ſunt gradus excellentes, & in ſummo ipſorum, neque medii, neque remiſſi. Quod non ſint excellentes patet, quia tunc in mixto eſſent contraria ſimul. Quod non medii, neque remiſſi, patet quoque, quia cum ſint ſubſtantiæ, non ſuſcipiunt magis & minus.

Quę ſint realitates elementorum.

Item poſito, quòd in mixto, quantuſcunque gradus paruus formæ aeris, quantuſcunque gradus paruus formæ aquæ, terræ, ignis, dummodo iſtæ nõ ſint confuſæ adinuicem, ſed maneant in ſuis formalibus rationibus, ſequitur quod parua forma aeris conſtitueret paruum aerem, & parua forma aquæ paruam aquam, & ſic de aliis, & tunc ſequitur, quòd mixtum non eſſet mixtum, ſed quid aggregatum. Præterea, vt dictum eſt, iſtę realitates vel ſunt in mixto in ſuis excellentiis, vel in gradibus remiſſis, ſed neutro modo: igitur oportet adinuenire alium modũ. Et quod non in ſuis excellentiis patet propter contrarietatem; quod non in gradibus remiſſis patet etiam propter rationem ſuperius adductam, & etiam quia tũc retinerent ſuas proprias formalitates, & proprias diſtinctiones, & ſic adhuc eſſent contrarii iſti gradus.

Modus inuẽtus ab Aureolo.

Modus igitur alius inuentus ab Aureolo hic eſt, quòd realitates elementorum, quæ manent in mixto, non ſunt gradus formarum elementarium, quia corrumpuntur formæ elementares, & ex iſtis ſic corruptis reſultant quædam partes reales fractæ, quæ non dicuntur nec gradus excellentes, nec remiſſi, ſed medietates ipſorum elementorum, & datur pulchrum exemplum, verbi gratia. Capiatur circulus, & corrumpatur forma eius, adeo quod remaneant quædam partes fractæ, non habentes amplius formam circuli, neque ſecundum gradum paruum, nec excellentem, neque medium, ponatur deinde quòd aliquid artificiale conſtituatur ex iſtis partibus circuli ſic fracti, verum eſſet dicere, quod illud artificiale componitur ex realitatibus circuli, & quòd realitates circuli ſunt in illo artificiali. Eodem modo facta alteratione circa elementa corrumpuntur formæ elementorum, & remanent quædam partes fractæ ipſorum elementorum, quæ partes non ſunt gradus excellentes, neque remiſſi, & ex iſtis partibus ſic fractis componitur mixtum. Et hoc eſt dicere elemẽta manere in mixto in eſſe refracto, & caſtigato & tẽperato. Et ſic doctiſſimus hic vir euadit argumentũ illud, quod tunc formæ ſubſtantiales elementorum, ſuſciperent magis & minus, quia formæ illæ non remanent, ſed corrumpuntur in fine alterationis. Et partes illæ fractæ, quæ remanent, non ſunt gradus illarum formarum, vt dictum eſt. Ponit aliud exemplum de A, & B, quæ veniunt in conſtitutionẽ iſtius ſyllabæ B A, elementa iſtius ſyllabæ producunt proprias voces, ita quòd non remanet nec ſonus, A, nec ſonus, B, & per conſequens nec gradus vocis, A, & B, vnde fractis ſonis propriis horum elementorum, ipſa tamen manent realiter in hoc compoſito, quòd eſt hæc ſyllaba, B A, ita etiam eſt de elementis fractis ſuis propriis, & ſubſtantialibus formis, remanent realitates eorum in mixto.

Pulchrum exemplum.

Senſus opinionis Aureoli.

Aliud exemplum.

Rationes Bacconi contra Aureolũ.

Contra quam opinionem arguit Bacchonitanus vbi ſupra; Quia ſtantibus ſupradictis, iſta propoſitio non eſt concedenda, Elementa manent in mixto ſecũdum ſuas realitates medias, ſed bene iſta, Aliquod quod fuit elementorum, manet in mixto realiter. Et oſtenditur ſic. Elementa ſecundum Aureolum non remanent in mixto in propriis realitatibus, neque ſecundum gradus excellentes, neque medios, neque remiſſos ſecundum eſſe proprium, & ſpecificum, quod habuerunt primo, ſed corrumpuntur, & tranſeunt in formam mixti, ſicut in nouam rem. Quo ſtante arguitur ſic, Quod corrumpitur, & deducitur de propria ſpecie in aliam rem nouam, non manet ſecundũ realitatem propriã ſuam, ſed bene aliquid quod fuit eius, manet in aliquo, ſed elementa corrumpuntur, & deducuntur de ſua ſpecie in aliam rem nouam; igitur elementa non manent in mixto ſecundum ſuas proprias realitates, ſed bene aliquod quod fuit elementorum realiter, manet in mixtis. Maior patet. Minor quoque per exemplum Ariſtot. in libro de ortu & interitu, vbi vult, quod in generatione totum tranſit in totum, & nihil corrupti manet, ſed vtique aliquod quod fuit corrupti, modo eſt ipſius geniti.

Tex. 10.

E ſi obiiciatur de qualitatibus ſymbolicis, & de materia prima, quæ manet in genito, & corrupto, dicitur, ꝙ hæc non ſunt paſſiones corrupti, ſed quædam cõmunia genito, & corrupto. Cũ igitur hic nõ ſit proprius modus iſtius rei, oportet proprium adinuenire,

uenire. Et sic Bacchonus prosequitur suam opinionem, quod aliquid manere in mixto potest intelligi tripliciter. Primo quod forma elementaris maneat infra propriam speciem, ita quod retineat formam elementi.

Tribus modis aliquid manet in mixto secundū Baccon.

Secundo, quod corrumpatur totaliter, non retinēdo propriam speciem.

Tertio, quod non retineat formam propriam nec alterius geniti immediate ex illis formis, sed alicuius tertiæ naturæ. Exemplum primi vt albedo corrupta retinens propriā formam, exemplum secundi vt circulus coruptus, & eius partes fractæ non habent propriam formā, exemplum tertii vt alimentū transmutatum in speciem carnis: & hoc tertio modo elementa manent in mixto. Quod declaratur in nutritione, in qua alimentum non mutatur in materiam primam, quia tunc esset generatio. Nec etiam alimentum manet in alito in gradu remisso infra propriam speciem, quia tunc non esset nutritio, sed coaceruatio, ergo datur tertium, quod aliqua realitas alimenti manet in alito, ita quod trāsit de propria specie ad aliam, sic etiam est de formis elementorum. quod patet ex Arist. pri. de generatione, vbi probat mixtionem non esse generationem, quia in generatione alterum corrumpitur, ut quando ignis consumit ligna. Non est etiam nutritio, quia in nutritione alterum manet, vt corpus nutritum. Non est alteratio, quia in alteratione utrūque manet. Neq; est augmentatio, quia in augmentato non fit mixtio, ut quando gutta vini ponitur in mille amphoris aquæ, propterea sequitur quod sit similis nutritioni, licet non sit nutritio. Quod declaratur per Aristot. pri. de gener. ponentem diuersas opiniones de mixtione vbi supra, & vna illarum opinionum dicebat, quod mixtio fiebat secundum minima, ut grana ordei cum grauis frumenti.

Lect. 83.

Tex. 85.

Diuersæ opinione de mixtione.

Secunda opinio volebat, quod mixtio fiebat secū dum sensum, ut quando lapides reducuntur indiuisibiles in arena.

Tertia ponebat mixtionem fieri, quemadmodum quando minima miscentur secundum formam, vt in tinctura.

Quarta asserebat mixtionem fieri per hoc, quod primum additur maximo, ut gutta vini mille congiis aquę. Arguit Arist. quod nulla istarum saluat mixtionem proprie, propterea oportet dicere mixtionem fieri ex prius separatis existentibus, & deductis ad medium & non corruptis. Quod non potest aliter intelligi, nisi quod maneat in mixto realitas ipsorum elementorum. Hæc Bacchonus vt est videre apud ipsum.

Opinio Scoti 2. sent. dist. 15. Tripliciter a liquid dicitur esse virtualiter in a liquo.

Scotus disputans de hoc quæsito tenet, quod elementa sunt in mixto virtualiter, sed longe ab opinione D. Tho. pro cuius notitia est sciendum, quod tripliciter potest dici esse aliquid virtualiter in aliquo. Primo productiue, quo pacto formæ eorum quæ generantur ex putri sunt in sole, & conclusiones continentur in præmissis virtualiter, quia possunt ex eis produci. Et hoc pacto non intelligit Scotus, nec D. T. formas elementorum esse virtualiter in mixto.

Secundo modo aliquid reperitur in alio passiue siue potentialiter, & hæc cōtinentia dicitur potius potentialis, quam virtualis: quæ continentia est triplex remota, propinqua, & propinquissima. Remota est illa, qua materia continet omnes formas, considerata tamen ipsa materia in sui puritate, prout caret omnibus dispositionibus, tam qualitatiuis, quam quātitatiuis.

Continentia potentialis propinqua est illa, qua materia continet omnes formas, ad quas est disposita ab agente naturali, ut lignum siccum continet formam ignis.

Tertia est continentia potentialis propinquissima, qua totum continet partes suas, quę sola diuisione efficiuntur in actu. Quo etiam modo totum continuum continet partes suas in potētia propinquissima, quia cum partes non existant per proprium esse, dicuntur esse in potentia in ipso toto, ut partes lineæ in ipsa linea, & partes animalis annulosi in ipso toto animali. Et nullo istorum modorum dicuntur elemēta esse in mixto.

Tertius modus continentię quis sit.

Alio modo aliquid continetur in alio operatiue, quia continens potest exercere operationem ipsius contenti. Quo pacto priora manent in suis posterioribus, & imperfectiora in perfectioribus, & sic elementa sunt in mixto non secundum substantiam, nec secundum qualitates, sed virtualiter, & potentialiter, & sic dixit Philosop. 2. de anima. Nutritiuum est prius sensitiuo, & existit in eo. Quia si sensitiuum est, nutritiuum est, & non econtra, & sensitiuum est in ipso intellectiuo, & in figuris, & in numeris quoquē reperitur ista cōtinentia. Quia triangulus est prior quadrato, & existit in potentia in quadrato, vt ait Auer. & sic numerus ternarius est in quaternario; sic dicit Scotus quod elementa corrumpuntur, & ex eis generatur forma substantialis mixti, in qua forma substantiali potentialiter, & virtualiter continentur formæ elementorum. Quod hac vnica ratione persuaderi pōt uerisimilitudo suę opinionis. Prius & imperfectum continetur virtualiter & potentialiter in suo posteriori, vt uegetatiuum in sensitiuo & animal in homine, sed formæ elementorum sunt priores & imperfectiores forma mixti: ergo continentur virtualiter & potentialiter in mixto.

Tex. 26.

Sensus opinionis Scoti.

Contra quam opinionem arguit Caietan. sic. Illa opinio est falsa apud Theologos & Philosophos, q̄ repugnat rationi & sensui, sed opinio Scoti sic declarata est huiusmodi; igitur est falsissima apud omnes, probatur minor: repugnat.

P. p. q. 76. ar. 4. Caiet.

Primo ratione quia superiora prædicantur de inferioribus, ut homo est animal, & intellectiuum est habens in se sensitiuum & vegetatiuum, sed elementa non prædicantur de forma substantiali ipsius mixti: igitur elementa non manent virtualiter in mixto, sicuti superiora & imperfectiora in suis inferioribus & perfectioribus. Minor patet. Capiamus formam huius mixti puta lapidis, & vocetur lapideitas, hæc non est bona prædicatio, lapideitas est ignis, est aer, aqua, & terra.

Opinio Scoti est contra sensum.

Est etiam contra sensum. Quia forma posterior excellentiori modo operatur operationes formæ prioris, & imperfectioris, quam ipsa forma prioris & imperfectior, ut intellectiuum excellentius operatur opera sensitiui, & vegetatiui, quam purum sensitiuum & purum vegetatiuum, sed forma mixti non perfectiori, sed imperfectissimo modo operatur operationes formarum elementarium, igitur formæ elementares nō continentur virtualiter in forma substantiali ipsius mixti. Probatur minor, quia forma substantialis ipsius ignis perfectius comburit, quam forma mixti, & sic etiam formæ elementorum perfectius exercent & excellētius suas operationes, quā forma mixti exerceat operationes illarum. Ex his ergo patet falsitas huius opinionis & Aureoli, & Bacchoni, contra quos ita breuiter argumentari potest.

Epilogus opinionum.

Quærendo de illis realitatibus quas ponunt, aut sunt substātiæ elementorum in esse integro, aut in esse remisso, aut in esse virtuali. Non primo, quia illud asserebant Alexander, & Auicennas superius improbati. Non secundo, quia illud dicebat Auerr. ēt in hoc reprobatus. Non tertio, quia hoc docuit Scotus, quod rationi & sensui aduersari monuimus: relinquitur ergo, illud quod ponunt Aureolus & Bacchonus, esse fictitium, & chimericum.

Quib. opinionibus reiectis tps est, vt veritatē ipsā diluciḋemus, quam arbitramur docuisse D. Th. licet non omnes Thomistæ sequantur eādem sententiā. Siquidem Capreolus & Caietanus vbi supra & Dominicus de Flandria super 7. Metaph. tenent de mente D. Th. quod ex qualitatibus elementorum remissis, qualitas media realiter resultet composita ex partibus diuersarum rationum, vtpote habens formaliter aliquid de caliditate, siccitate, humiditate, & frigiditate. Et quandoque vna pars intenditur, & alia remittitur, & secundum hoc mixtum magis appropinquat ad vnum elementum, quam ad aliud, quia cum qualitates elementorum sint contrariæ, & recipiāt magis & minus, & ex istis qualitatibus cōtrariis efficiatur quædam qualitas media habens naturam extremorum, & hęc qualitas est dispositio ad formā mixti, sicut qualitas simplex ad formā corporis simplicis, & sicut extrema inueniuntur in medio, quod participat naturam vtriusque, & sic qualitates corporum simpliciū inueniuntur in qualitate corporis mixti, & hæc qualitas est propria dispositio conseruatiua formæ corporis mixti. Et sic elementa dicunt reduci ad medium & reperiri in illo medio, vti quando album & nigrum reducuntur ad pallidum & sunt in ipso, & calidum, & frigidum sunt in tepido, & humidum, & siccum reducuntur ad medium, quod est mollicies quæ resultat ex eis ita commixtis, & hoc modo intendit D. Thom. elementa virtualiter esse in mixto, quia qualitates eorum reperiuntur in dispositione conseruatiua formæ mixti. Et sic intelligitur dictum D. Tho. vbi supra, quod formæ elementorum maneant in mixto non actu, sed virtute, quia manent qualitates propriæ elementorum, licet remissę, in quibus est virtus formarum elementarium. Et huiusmodi qualitas mixtionis est dispositio ad formam substantialem mixti, puta lapidis. In dispuratis ait, quòd qualitates contrariæ in corpore mixto regulantur, & conseruantur, ne se inuicem corrumpant p formam substantialem: etiam in opusculo de mixtione elementorum ait, quòd remissis excellentijs qualitatum elementorum, ex eis constituitur qualitas media, quæ est propria qualitas corporis mixti differēs in diuersis secundum diuersam proportionem mixtionis. hanc quoque opinionem posuit D. Thom. 4. sententiarum, vbi ait, quod forma mixtionis est qualitas media resultans ex qualitatibus simplicibus venientibus ad medium. Eandē veritatem quoque ponit primo de generatione loco supra citato, vbi ponit quid sit mixtio de mente Arist. & ait quòd est mi scibilium alteratorum vnio. Et subdit, quod hæc alteratio solum est intelligenda in virtutibus, seu qualitatibus eorum, sed si alteratio sumatur improprie, tunc mixtio est vnio miscibilium alteratorum, ideſt corruptorum secundum formas. Hoc sic intelligi potest, quòd ipsæ substantię quæ miscent, non proprie vniūtur quasi remanentes in sua substantia alteratæ, id est remissæ ab eorum excellentijs. Et sic patet qualitatem mixtorum, remissis ad medium redactis. hoc etiam habetur secundo contra gentes, quòd miscibilia in mixtione manent non actu, sed virtute, vbi expositor Franciscus Ferrariensis substinet vtramque opinionem Thomistarum, & quòd extrema actu continentur in medio per dictum Arist. 3. Topicorū albius est quod est nigro impermixtius, quib. verbis apparet extrema actu reperiri in medio, vt Magister Chrysostomus Iauellus quoque substinere videtur 10. Metaph. Paulus tamē Soncinas ex Themistis super 10. Metaph. declarat sic opinionem D. T. Elementa dicuntur remanere in mixto virtualiter hoc modo, quia ex qualitatibus elementorum corruptis actu, simplex qualitas fit, in qua media qualitate virtualiter continentur qualitates elemētorum, puta caliditas ignis, humiditas aeris, frigiditas aquę, & siccitas terræ, & dat exemplum de rubedine, quæ componitur ex albedine, & nigredine, & rubedo non habet actu aliquid albedinis, aut nigredinis, cum medium sit ita simplex sicut extremum. Et hæc opinio habet fundamentum ex dictis D. Tho. 3. sentent. vbi dicit quòd in minus albo nihil est nigredinis, sed albedo minus intensa, & sic vult quòd extrema non sunt actu in medio, sed tantum virtualiter, & quòd medium sit simplex sicuti extrema, sed cum vtraque opinio sit substentabilis, sufficiat nobis scire in præsentiarum veritatem huius quæsiti, quòd elementa manēat in mixto virtualiter eo modo quo declaratum est, & vt res magis clarescat ponantur hæ conclusiones.

p. p. q. 76. artic 4. 2. sent. dist. 15. cōtra secundam cōclusionē ad vltimum q. 27.

Quomodo elementa dicuntur reduci ad mediū.

Q. 5. de malo art. 5.

Dist. 44. q. 1. art. 1.

Quid est mixtio.

Quæst. 17. Quæst. 27.

D. 14. q. 3. art. 1.

Cap. 36.

Cap. 9.

Prima sit contra Alexandrum. Elementa nō sunt in mixto in esse integro.

Cōclusio 1. contra Auicen.

Secunda contra Auicennam. Elementa non sunt in mixto in esse perfecto secundum substantiam, & in esse remisso secundum qualitates.

Tertia Conclusio contra Auerroem. Elementa non manent in mixto in esse refracto & castigato quo ad substantiam & qualitates.

3. Conclusio cōtra Auer.

Quarta Conclusio contra Aureolum & Bacchonum. Elementa non manent in mixto secundū realitates.

4. cōtra Aureol.

Quinta contra Scotum. Elementa non manent in mixto vt priora in posterioribus, vt dicebat Scotus: probationes harum habes vbi supra improbauimus authores harum conclusionum. Conclusio à nobis amplectēda & defendēda hæc est. Elementa sunt in mixto virtualiter, sicut extrema continentur in medio, quod componitur ex ipsis extremis. Pro intellectu huius conclusionis.

5. Conclusio contra Scotum.

Conclusio veta.

Notandum primo, quòd veritas huius cōclusionis est vtilis, est immo necessaria nedum Physicis, & Metaphysicis, immo & Theologis & Logicis.

Cap 9.

Est necessaria logicis, nam Ari. 3 Topicorum ait, quod album dicitur, quod est nigro impermixtius, q̄ bus verbis velle videtur Philosophus, quòd extrema actu continētur in medio; nisi ergo logici cognoscāt naturam mixtionis, non poterunt perfecte intelligere famosam istam propositionem.

Comm. 39.

Est etiam necessaria physic. qui scrutantur causas rerum naturalium, nam ignorata mixtione, ignorantur causæ motus, cum dicat Auerr. 2. de anima, res naturales compositas moueri secundum elementum prædominans, ignota etiam mixtione ignoraretur & generatio, corruptio, auctio, nutritio, & maior pars Philosophiæ naturalis. Nam quærit Philosophus de Anima à quo fit auctio & nutritio & maior pars Philosophiæ naturalis. Nam quærit Philosophus 2. Anima a quo fit auctio & nutritio, an ab elementis vt aiebat Empedocles, vel ab anima ipsa nutritiua.

Tex. 39.

Theologi

Cap.i. Theologi quoque absque mixtione quomodo intelligere potuisset exordium & principium rerum; Nam Dominus Deus libro Genescos vt recitat sum mus Propheta Moyses dixit. Producant aquæ reptile & viuentia super terram, & quomodo noster protoparens fuerit creatus, & multa alia quæ suo loco erunt manifesta. Metaphysici necessario scire habẽt mixtionem, qua ignorata nesciretur ipsum quod quid erat esse, de quo quærit Arist. in vltimo text. 7. Metaphy. quid nam est an elementum, vel compositum ex elementis.

Turisanus plus quã cõmentator. Mixtum tripl. ex. Medicis quoque hæc veritas est necessaria, vt est videre apud Turisanum plusquam commentatorẽ super paruam artem Galeni primo libro, super illa verba. Quæ & qualia sint corpora salubria, insalubria & neutra. Est etiam sciendũ, ꝙ mixtio tripliciter capitur, similiter & mixtum. Primo pro congregatione miscibilium, nam ipsa miscibilia primo diuiduntur in partes, & congregantur, & iuxta ponũtur, & talis mixtio non vocatur generatio. Secundo capitur pro alteratione miscibilium, & vnione, & continuatione eorum: oportet enim vt ipsa miscibilia alterentur & continuentur, & neque ista mixtio capi potest pro generatione.

Tertio modo sumitur pro generatione consequẽte prædictas mixtiones duas. Nam postquam factæ sunt illæ duæ mixtiones corrumpuntur ipsa miscibilia, & noua substantia generatur. Et sic hæc mixtio dicitur generatio, vnde omnis generatio sic dicta est mixtio, sed non omnis mixtio est generatio simpliciter dicta, & hæc mixtio differt à complexione, quia mixtio est substantiarum simplicium, complexio est qualitatum, quæ quantum illæ miscentur, tantũ istæ complectuntur, immo potius quantum istæ complectuntur, tantum illæ miscentur, vt ait plusquam commentator super Galenum.

Cap. de mixtione. Sciendum tertio, quod ea quæ miscentur dicuntur esse corpora, ut ait Arist. primo de generatione. Ea quæ miscentur oportet, vt tangant, & tactus est inter corpora, hinc sequitur, quòd miscibilia sunt corpora. Secundo, ea quæ miscentur, oportet vt diuidantur in minimas partes. Tertio, ea quæ miscẽtur, oportet vt alterentur, & non corrumpantur. Arist. primo de generatione tex. vltimo dicit, ꝙ mixtio est miscibilium alteratorum vnio. Hæc enim faciunt pro declaratione conclusionis nostræ. Probationes eius habes supra, vbi recitauimus opinionem D. Thomæ & reprobauimus alias.

Solutio argumenti. Supereſt modo soluere argumenta, quæ faciunt contra nos. Et primum erat, quòd mixtum mouetur ab elemento prædominante, hoc concedit ur, nihilo minus dicitur, ꝙ illud prædominium vocatur virtus elementorum, & non proprie eorum substantia, nec formaliter, vt aiebat Alexander, & Auicennas, nec in esse refracto, vt dixit Auerroes; potest etiam dici, quòd illud prædominium elementi in mixto ostenditur secundum substantiam in qualitate naturali, quę qualitas est principium motus, vt grauitas mouendi deorsum, non quòd elementum sit secundum

Soluitur primum Arg. substantiam in mixto, hinc secundum diuersam mixtionem elementorum concurrentium in generatione illa, aliquando mixtum magis conuenit in forma cum vno elemento, quam cum alio, & sic in qualitate simili, quæ est qualitas mixti, & non elemẽti. Ideo habet similem modum consequentem, & similem

Solutio 2. argumenti. actionem.

Ad secundum dicitur, quod elementa non habẽt propriam figuram in mixto, quoniam corrumpuntur, & acquirunt quandam mediam qualitatem, in qua virtualiter reperiuntur, sicut granum frumenti corrumpitur, & generatur herba, in qua est virtus grani.

Soluitur tertium Arg. Ad tertium dicitur, Argumentum illud concludere ideo elementa tendi ad propria loca propter virtutes eorum, quæ in ipso mixto contineantur.

So ut. quarti Arg. Ad quartum dicitur, quòd elementa separantur à mixto, quia separantur virtutes eorũ, propterea quãdo parua aqua apponitur mille congiis vini non fit mixtio, non quia corrumpitur hoc non est in causa, sed quia conuertitur in vinum, & sic fit augmentum, & in mixtione vnum miscibilium non conuertitur, in alterum.

Solut. quinti Arg. Ad quintum dicitur, argumentum illud esse ad hominem. Empedocles enim concedebat elementa actu esse in mixto, arguit Aristoteles ex concessis, ergo distraherentur, & possent euelli, immo argumentum illud est pro nobis contra ipsos.

Solutio sexti Arg. Ad sextum dicitur, quod ly alteratorum est prætritum passiuum, & est veritima propositio, ꝙ mixtio est eorum quæ prius fuerũt alterata, & postea corrupta, & ex his miscibilibus corruptis generata est illa qualitas media. Et sic etiam elementa dicũtur vniri secundum virtutem, & non secundum substantiã, & sic soluitur vtrunque membrum argumenti.

Solutio 7. Arg. Ad septimum dicimus quoque, ꝙ de ratione elementi est vt maneat in mixto, non secundum substãtiam, sed secundum virtutem, licet diffinitio tradita ab Ar. 5. Met. non sit hic adducta ad propositum, cũ illa competat potius materiæ primæ, quam elementis, quæ sunt quatuor prima corpora.

Solutio 8. Arg. Ad octauum neganda est consequentia, quia mixtum componitur ex elementis corruptis, propterea natura componitur ex non ente. Et si illud argumentum valeret, sequeretur quòd etiam homo componeretur ex non ente: quia componitur ex semine, quod corrumpitur, & arbores, & herbæ ex suis semi nibus, vel quòd illa semina essent actu in illis mixtis, quod est falsum.

Solutio 9. Arg. Ad nonum neganda est etiam consequentia, quia materia vnius elementi non potest disponi ad formam mixti nisi ex actione mutua elementorum. Actio autem mutua oportet, vt saltem sit inter duo, quia vnum elemẽtum non potest agere in seipsum.

Solutio 10. Arg. Ad decimum dicitur, ꝙ aliquid esse ex aliquo contingit dupliciter. Vno modo tanquam ex manente secundum materiam & formam, & sic homo fit ex corpore, & ex anima intellectiua, & domus ex lapidibus & lignis. Alio modo fit aliquid ex aliquo, tanquam ex manente secundum materiam, & tranſeunte secũdum formam, & sic mixtum est ex elementis, vnde dicitur argumentum illud Aristotel. esse contra antiquos, concedentes elementa actu esse in mixto, tunc non concludit simpliciter, sed ad contradicendum positioni aduersæ, & hoc pluries facit Philoso. vt patet 4. Physi. vbi tractat si motus fieri potest in vacuo, & etiam 8. Phy. iuxta principium, vbi disputat de motus æternitate. 74

Solutio Arg. Quatuor. Ad vndecimum, & duodecimum, & tertiumdecimum, & quartum decimum simul dicitur, ꝙ serum egressum ex lacte non est purum elementum aquæ, neque etiam ex rosis, & ex floribus, & herbis lambicatis egreditur pura aqua, neque etiam ex musto. Hinc tenent Theologi, quod in aqua rosacea, quæ est liquor roſę resolutus, & in aliis aquis alchimicis, & in vino non potest fieri baptismus. Dato etiam & non concesso, quòd illa sint pura elementa, dicitur quòd

1. par. q. 76. artic. 2. & 5. sen. distinct. 3. art 3. q. 2.

quòd de nouo generantur.

Soluitur vltimum Argumentum. Ad vltimum dicimus, quòd illa verba dixit D. T. ad differentiam corporum cœlestium, quæ non nisi secundum aliquid eius simile veniunt in compositionem hominis, ipsa vero elementa secundum substantiam non formalem, sed materialem non tantum cõmunẽ, scilicet materiam primam, sed propriam, seu appropriatam dicuntur componere hominem. Et sic D. Thomas semper fuit sibi constans contra maleuolos aliter sibi imponentes, de quo benedictus Deus, & Beatus Thomas, qui hæc docuit.

DISPVTATIO SECVNDA.

De potentia materię primę eiusque natura.

Primũ Arg. QVAERO num potentia sit essentia ipsius materiæ, & arguitur quod non. Quia quod sua natura habet esse, & existere sine forma non est essentialiter potentia, hæc est manifesta ex se, sed materia sua natura habet esse, & existere ex se sine forma: igitur non erit essentialiter potẽtia. probatur

Tex. 29. minor. Primo quia Auer. 3. cœli ait, omnis potentia fundatur intente in actu. Sed materia est subiectum

Tex. 66. potentiæ; ergo ipsa erit ens & subiectum in actu, qđ sine forma permanere poterit. Probatur & secundo, quia Arist. 1. Phys. ait, ꝙ materia quemadmodum se habet vt sit principium, ita se habet vt sit, sed materia sua natura, & per se est principium omni enti naturali, & est aliud à forma, vt colligitur 1. physic. ergo

Tex. 88. materia sua natura habet esse distinctum à forma, & existit sine forma, quoniam esse, & existere sunt idem in æternis.

Secũdũ arg. Arguitur secundo ad principale sic. Aut materia est actu materia, aut potentia materia, si dabis primum, ergo essentia materiæ non est pura potentia, si dabis secundum, hoc erit falsissimum, quandoquidẽ quod est potentia tale non est tale, vt sortes qui est potentia, non est sortes, si ergo materia est potentia materia, non erit materia. Et sequeretur etiam maius inconueniens, quòd materia esset potentia ad suum esse, & præsupponeret aliam, vt deducit Philosophus 1. physic. versus finem, & similiter esset antequam fieret, & corrupta foret antequam corrumperetur, & sic habitio esset in infinitum in ipsis primis materiis.

Tertiũ arg. Tertio ad principale sic. Illud quod est causa vt aliquod sit de se, est ens in actu, & non pura potentia, quia nihil dat, quod non habet, sed materia est

Tex. 80. causa, vt priuatio, quæ sua natura est non ens per accidens 1. Phy. igitur materia sua natura est ens in actu, & non pura potentia.

Quartũ arg. Quarto, nullum respectiuum est de quidditate, & essentia absoluti, sed materia est res absoluta, & potentia est quid respectiuum: igitur materia non erit vt fingunt pura potentia, sed ex se habebit esse in actu, maior huius argumenti patet, minor est Arist. 9.

Tex. 3. primæ philosophiæ, vbi asserit potentiam actiuam respicere passiuam, & econtra.

Quintũ arg. Quinto, subiectũ generationis debet esse in actu, quia generatio pro præuia dispositione est accidens, hoc autem fundatur in ente in actu, sed materia prima

Tex. 16. est subiectum generationis 5. Physic. ergo ipsa materia prima erit ens in actu: igitur non est essentialiter potentia.

Sextum ar. Sexto, omne illud quod est duorum oppositorum terminorum receptiuum idem numero manens, vti à quo, & ad quem, non habet esse ab aliquo terminorum, sed natura sua est ens in actu, sed materia est receptiua duorum terminorum oppositorum, veluti termini à quo, & ad quem eadem numero sub vtrisque manens: ergo à nullo illorum recipit esse, sed sua natura est ens in actu, & existit: maior est clara, quoniam si ab aliquo termino illud subiectum haberet esse sub oppositio illius termini nunquam substaret vt docuit Aristot. in prædicamentis, quam susceptibilem contrariorum asserebat, ex eo quod ipsi nihil erat contrarium, minor quoque patet ex toto discursu primi Physic. Cap. de substantia.

Septimũ ar. Septimo, materia aut est potentia respectu sui, aut respectu formarum recipiendarum: si concedis primum; ergo materia nihil erit, pura enim potentia est absentia omnis entis, & vltra nec ipsa materia erit materia, quia potentia tale non est tale, si concedit ur secundum, habetur propositum, quod materia sua natura est ens in actu, & non potentia. Et confirmatur, quia omne æternum respectu suæ essentiæ caret potentia. Sed materia apud Aristot. est æterna: igitur respectu suæ essentiæ caret potentia, sed actu erit; maior, & minor huius argumenti sunt notæ ex se. Cõfirmatio argum.

Ar. octauum Octauo, circumscribamus à materia per intellectum omnem formam, & tunc quæritur, aut materia erit actu, aut potentia, si dabitur primum, habebitur propositum: secundum non poterit esse, quia 9. Metaphysic. potentia est relatiua, & suppositum est materiam absolute considerari circunscripta omni forma. Tex. 3.

Nonũ Arg. Nono, si materia natura sua non esset in actu, sed totum esse haberet à forma, tunc non essent duo intrinseca principia rerum naturalium, sed vnum dum taxat, forma scilicet, quod est valde absurdum. probatur consequentia, quia sola forma à qua prouenit esse materiæ, sufficeret pro principio rerum naturalium, & sic nõ essent duo intrinseca principia, immo sequeretur, quòd materia esset corruptibilis, quia destructa, & ablata causa formali a qua prouenit esse, destruitur, & aufertur illud esse; sed esse materiæ per aduersarios prouenit a forma, quia ipsa de se non est in actu: igitur ablata & destructa forma. necesse est materiam ipsam destrui.

Decimum Arg. Decimo, Deus producta materia nõ necessitatur ad producendam formam, & præsertim quia actione naturæ producitur forma, quæ impediri potest, & sic ex se existeret, & esset actu, non autem potentia.

Vndecimũ Arg. Vndecimo, diuidatur minimum cum sit quantũ, tunc dabitur materia sine forma, quia materia diuisione non annihilatur, neque potest dari forma minor minima forma.

Duodecimũ Arg. Duodecimo, materia secundum se est substantia; ergo secundum se est actus, quia substantia est ens & actus.

Tertiumdecimum Ar. Tertiodecimo, materia secundum se est subiectũ actionis agentis, ergo secundum se antecedit actionem agentis, ergo etiam antecedit formam, quę non est nisi per actionem agentis; igitur erit actus secundum se.

Quartũdecimum Argu. Tex. 2. Quarto decimo, si materia non esset in actu, sed pura potentia, tunc esset in genere relationis, consequens est falsum, quia materia est substantia ex secũdo de anima.

Quintũdecimum Arg. Quintodecimo, illa non sunt realiter idem, quorum vno multiplicato alterum non multiplicatur: sed potẽtia materiæ multiplicatur, essentia vero eius minime

minime,ergo potentia materiæ eius essentia esse nõ potest.maior patet,aliquin contradictoria verificarentur de eadem re;minor patet , quia plurificatis actibus plurificantur potentiæ, sed eadem numero materia est in potentia ad plures actus,nam materia ignis est in potentia ad aerem,ad aquam,& ad terrã; ergo &c.

Huius veritatis fuit indagator Aristotel. qui 12. Metaphysic.ait,substantiæ autem tres sunt, scilicet forma,compositum,& materia, quæ est hoc aliquid existens;igitur Philosophus vult ibi materiam esse in actu, & loquitur de materia,prout conditinguitur à forma.

Comm 58 Hanc veritatem habet Simplicius,qui primo Phy sicarum auscultationum ait priuationem distingui à materia,tum ex modo loquendi, tum ex re ipsa; est enim materia permanens,priuatio vero non,& dubitat Simplicius an hoc sit verum, nã cum materia est potentia,& habet esse in potentia,priuatio vero potentia est,quare materia in priuatione habet esse,solvit,& negat esse materię consistere in potentia, sed asserit materiam actu esse,& non potentia.

Tex 54. Ioãnes Grãmaticus. Hoc etiam tenet Ioan.Gram.primo de gener. & corru.vbi ait,sciendum autem est, ꝙ prius dictũ est, quòd actu entia nunc dicimus,quæ in existẽtia sunt, quoniam est materia potentia aliam existens, quæcunque existentiam habent , & per se subsistentia sunt,actum habent;si enim potentiam dixeris ipsam esse materiam,non amplius vtique materia esset, qd clarius dici potest , quòd materia non est potentia, sed in actu,& actus quidam? quod affirmauit etiam

Tex.77. Themist. lucidissimus Themistius in aurea illa sua digressione de potẽtia materię primi Phy. vbi post multa ait, quòd materia ad suam essentiam constituendam nõ indiget potestate , neque potestas vlla in prima ac simplici ratione materiæ includitur,sed primum , q̃dam res est in se,& existit actu, deinde materia intelligitur aliorum esse, & secundum posteriorem hanc considerationem rationem potentiæ contrahit; ex quibus verbis patet materiam non potentiam , sed actum quendam esse,quod etiam scripsit Auerro. in

Auerr. libro de substantia orbis,vbi habet quod posse, quo substentatur hoc subiectum,differt a natura substantiali eius,ex quibus verbis clare colligitur potentiam

D.Th. ca. 2. materiæ distingui ab eius essentia,huic sententiæ subscribit se D. Thomas,qui de ente,& essentia ait,qd relatio,quæ est inter materiam & formam est accidens , quo stante sequitur materiam sua natura sine forma esse ens in actu,ad hoc, vt possit esse subiectũ illius accidentis, cum notum sit omnibus subiectum

Cap.20. illius accidentis esse ens in actu,& non puram potentiam.Item D. Thom. 3. contra gentes de mente D. Dionysii tenet materiam secundum se esse quoddã bonum,& dat rationem , quia nihil appetit bonum nisi bonum. Si ergo materia secundum se est bona, ergo est perfecta; ergo est in actu, & actus quidam,

Comm. 79. quia omnis perfectio est ab actu.

In oppositum est ipsemet D.Thom.1. Physi.vbi ait,ꝙ potentia materiæ non est aliqua proprietas addita supra essentiam eius.Sed materia secundum suã substantiam est potentia ad esse substantiale, & tota schola Thomistarum sequitur istam sententiam, cũ

Q.56.art.2. de potentia Dei q.4. hoc idem affirmet D.Thom.pri.p. & in quęstionibus disputatis , & in quolibeto 4. & in pluribus aliis locis suæ doctrinæ.

Disputatio ista de natura materiæ est antiquissima inter Philosoph. apud quos tres fuerunt opiniones quæ in aliquo conueniebant, & in aliquo differebant; conueniebant in hoc, quòd ponebant materiam esse ens, & potentiam aliquo mouens qui-

Quomodo antiqui conueniebant & differebant circa materiam. dem,quia communis conceptio erat ex nihilo nihil fieri, potentiam vero quia res factas non ponunt omnino præesse in illo principio penitus eodem modo sicut sunt in effectu, quia tunc generatio esset superflua; differunt ergo circa hanc potentiam, nam Anaxagoras ponit quoddam chaos, & dicit in illo

Anaxagoras Anaxim. Democr. contineri omnia in actu effectuali, & sic dicit materiam esse in potentia non ad formas, sed ad exitus in effectu formarum. Empedocles vero & Anaximander similiter dicunt materiam esse ens, quia asserebant esse,quandam misturam,sed esse in potentia non ad esse, quia ibi omnia sunt,sed ad ordinem membrorum.

Democritus vero dicit potentiam illam esse ad esse,quia ponit corpora atomalia esse materiam, & in ea esse potentiam ad esse per congregationem, ergo Anaxagoras dicit potentiam illam esse ad effectus.

Emped.& Anaximander dicunt potentiam illam esse ad ordinem.

Democritus vero etiam esse, & sic antiqui Philo. paulatim,& quasi pedetentim intrauerunt in cognitionem veritatis à principio, & quasi grossiores existentes aliquo pacto confuse tangebant veritatem ipsam,tamen tempore Aristot. cognita fuit perfecte

Tex.8. Opinio Scoti d.12.q.2. natura materiæ,prout explicauit eam ipse 7. Metaphysic.dicens materia non est quid,nec quale,nec aliud aliorum quibus est ens determinatum, sed potẽtia omnia,verum his non obstantibus Scotus 2.sent. tractans de natura materiæ asserit duas propositiones posse tueri de ipsa,quarum prima est,materia est actus entitatiuus.

Secunda vero,materia potest esse sine forma, & ex his sequitur tertia,quod materia potest cognosci sine forma , hanc imaginationem sequuti sunt Henricus de Gandauo , & Gregorius de Arimino, addentes materiam habere propriam existentiam,quam appellant actum præsentiæ,& sic distinguunt triplicem actum formalem,scilicet, qui ab aliqua forma prouenit, vt esse aquam, vel ignem, & existentiæ, secundum quem res dicuntur existere, tertium vocant actum entitatiuum , secundum quem res dicuntur esse, & reperiri extra causam suam.

Primam propositionem ita probant,supponendo tamen primo,quod aliquid est in actu dupliciter. Aliquid est in actu dupliciter. vno modo quia præsentialiter existit, alio modo qa non præsentialiter existit,potest tamen existere, sicut dies crastina, alio modo quia non est actu completum,& perfectum specie,potest tamen complẽri,& perfici, ex quo elicitur , quod est duplex actus, quidam est actus præsentialis existentiæ; & vocatur actus transcendens,& entitatiuus,quia est modus intrinsecus consequens entitatem propriam cuiuslibet rei,alius est formalis,& specificus, qui est effect' ipsius formæ, supponit & secundo quod aliquid est in potentia dupliciter,scilicet in potentia subiectiua, Dupliciter aliquid est in potentia. & obiectiua,illud est in potentia subiectiua quod potest esse subiectum,vel fundamentum alicuius potentiæ actiuę,& passiuæ, illud est in potentia obiectiua, quod est obiectum potentię.

Quibus stantibus arguitur sic, id quod sub oppositis terminis existit vnum numero,& est extra causas suas,habet actum entitatiuum, sed materia est huiusmodi;igitur materia sua natura est ens & actus entitatiuus.Et confirmatur per se Aristo.primo cœli dicen-

li dicentem à primo quidem deriuatum esse:his vero obscurius,hoc est,rebus completis, & formis datus est actus entitatiuus.

Tex 10. Secundam propositionem probat multis rationibus & Physicis,& Theologicis,sed qa de hac disputat satis subtiliter Caie.in libello de ente,& essentia, idcirco relinquo probationes huius propositionis.

Cap.5. Tertiæ propositionis, ꝓbationes. Tertiam vero ita probat:cognoscibilitas est propria passio entis,ergo per se cognoscibilis,quia est ꝓ se cognoscibilis,quia est ens.

Præterea:seclusio quocunque extrinseco, materia habet propriam entitatem;ergo propriam cognoscibilitatem.

Sed quia hæ tres propositiones sunt contra cõmunem doctrinam peripateticorum, quandoquidem non magis forma materialis educta de potentia:materię pendet ab ipsa materia,quam materia à forma, sed formam materialem habere esse independens à materia implicat contradictionem; igitur materiam habere aliquod esse,& non a forma implicat contradictionem;ex se ergo nullum esse habebit.

Præterea: omnis effectus denominatiuus alicuius rei reducitur ad aliquod tale per essentiam;esse actu est effectus denominans omnes res,igitur ad tale per essentiam reduci debet,& tunc quæritur,aut illud est materia,quod fieri non potest, quia tunc compositũ haberet esse per se a materia contra Arist.7.Metap. igitur erit forma,& sic habetur propositum,materiã omnem suam entitatem esse a forma.

Text.20. Text.4. Adde quod hæc positio est contra Arist.2.de anima, vbi nõ ponit nisi duplicem actũ, scilicet primũ, & secundum,primum vocat formam substantialem, secundum operationem,vel iuxta interpretationem Græcorum primus actus est forma non operans, secundus actus est forma operans,actus entitatiuus nõ est nec primus,nec secũdus, igitur in apertissimo mẽdacio est,qui eum defendit,& contra veram peripateticam doctrinam.

Et rationes adductæ non cogunt,est enim falsum fundamentum assumptum, quod illud quod est extra causam suam sit actus entitatiuus,vt ostendit Cajet.2.sen.sed sufficit vt sit ens,quod est pura potẽtia, & omnem actum accipiat à forma,& cum non detur potentia obiectiua,nec datur actus entitatiuus, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate,ea.n.q̃ Scotistæ attribuunt potentiæ obiectiuæ saluari possunt per potentiam actiuam,qua res producibilis est

Tex.1. Potentia obiectiua non datur. ab agente,vnde si nulla est potẽtia obiectiua, nullus quoque erit actus entitatiuus sibi correspondens.

Ad confirmationem dicimus,quod Aristot.loquitur de rebus perfectis,& vult dicere, quòd à primo ente,quod est Deus Opt.Maxi. producta sunt entia æterna & caduca,entia æterna habent esse clarum,id est perpetuum, entia caduca habent esse obscurum, id est corruptibile.

Aliæ duæ probationes pro tertia ꝓpositione,supponunt quoque falsum, ꝙ cognoscibilitas sit ꝓpria passio entis, quia vt Commentator dicit primo de anima,actus,& potentia sunt differentiæ entis valde oppositæ,& circuunt omne genus,& quia oppositorum oppositæ sunt proprietates, licut actus est ratio cognoscendi,sic potentia est ratio occultandi; ergo cognoscibilitas , siue intelligibilitas non est passio

Comm. 6. Cognoscibilitas non est vt sic. per se primo competens enti sub ratione , qua ens, sed bene est passio per se primo competens enti in actu,quatenus est in actu : vnde licet materia participet secundum se rationem entis,non tamen secundum se participat rationem intelligibilitatis , & cognoscibilitatis,hinc Philosophus primo Physic. dixit,subiecta natura ideat materia cognoscibilis est, per analogiam,siue per compatationem,vt ait Commentator ibi,quia sicuti se habet æs ad statuam,& lignum ad scamnum,ita materia ad substantiam actu existentem,quomodo enim cognoscimus materiam Tex 69. nisi per transmutationem, quia fit transmutatio in substantiis,puta ex aere generatur ignis,ex hoc concluditur,quòd oportet aliquid esse, quod subiicitur vtrique termino transmutationis ; & sic cognoscimus per discursum materiam esse,quid autem sit materia cognoscimus , remouendo ab ea omnes actus, quia ipsa non est quid,nec quale , nec quantum, nec aliquid aliorum, sicut neque lignum est ex se aliqua figura,scilicet aut scamni,aut lecti,& sic discurrimus, quod sicut lignum est tantum in potentia respectu artificialium,quæ possunt fieri ex ligno, sic materia est pura potentia respectu omnium formarum naturalium;non ergo sua natura est cognoscibilis,vt arbitrantur Scotizantes.

Quomodo materia cognoscitur. Gregorius de Arimino alia via arbitratus est materiam esse in actu,& supponit. Primo,ꝙ actualitas dici potest quælibet entitas, quæ sub ente transcendenti continetur, prout ens ipsum illimitatum,& trãscendens distinguitur contra ipsum nihil.

2. sent. dist. 12 q 2.ar 1. Secundo modo vt actus,& potentia sunt differentiæ cuiuslibet prædicamenti,quemadmodum homo in actu, & in potentia dicitur in prædicamento substantię,& album in actu, & in potentia in prædicamento qualitatis,& sic de aliis prædicamentis.

Tertio modo,vt actus dicat formam, & potentia materiam.

Quarto modo,vt actus,& potentia sint duo extrema entis secundum totum naturæ suæ circuitum , & ambitum,adeo ꝙ potentia teneat vnum extremum principium, vtpote ꝙ sit quædam entitas, quę sit pura potentia,& actus sit aliud extremum cui nulla sit prorsus admista potentia.

Secundo supponit,ꝙ duobus modis aliquid dicitur in actu.

Duobus modis dicitur aliquid in actu. Primo quia de eo enunciatur propositio de secundo adiacente,vt lignum est,tabula est &c. & per oppositum aliquid dicitur in potentia,quia de eo verificari,& enunciari potest propositio de possibili,vt an tichristus est possibilis,hæc enunciatio est falsa anti christus est.Secundo aliquid dicitur in actu.quod est perfectum in specie,vt substantiæ separatæ, vel substantiæ compositæ,vel formæ ipsæ substantiales,puta anima vegetatiua,sensitiua,& intellectiua, & per contrarium id dicitur esse in potentia hoc modo secundo, quod non est perfectum in specie,sed est quasi essentia quædam partialis perfectibilis per aliam, sicut lignum licet sit actu primo modo,quoniam verum est dicere lignum est,tamen in genere artificiatorum est in pura potentia,quoniam ex se nullam habet formam artificiati.

Tertio supponit,ꝙ duplex est materia,altera quæ est subiectum mutationis substantialis,altera quę est subiectum mutationis accidentalis ; prima dicitur quoddam ens imperfectum,& nondum factum integre,per formam autem consummatur,& absoluitur, vnde sit,quod forma adueniens materiæ ipsam perficiat,& compleat,largiaturque ei esse pulchrum: sed

Materia est duplex. altera materia est substantia perfecta,& consummata, vnde accidentia aduenientia non absoluunt ipsum subiectum,cum sit absolutum, & factum perfectum,

ctum,sed ornant,& disponunt ad aliquid aliud , & hinc est,quòd subiectum non accipit esse ab accidenti,immo accidentia à subiecto habent esse , quibus stantibus ponit duas propositiones, quarum prima est,materia est actu existens.Secunda est,materia potest cognosci sine forma.

Propositiones opinionis Greg.

Primam propositionem probat,quia quod præest substantiæ compositæ,est in actu,sed materia præest substantiæ compositæ,igitur materia est in actu;maior patet,quia quod fuit ante me iã actu erat : minor probatur,quia tota substantia composita iam nõ est genita,sed forma est terminus generationis,& materia præfuit generationi.

Tum etiam ex suppositis,quia illud de quo verificatur propositio de secundo adiacente, est in actu, sed de materia prima siue forma verificatur propositio de secundo adiacente,igitur est in actu;maior & minor huius ratiocinij sunt manifestæ ex se. hæc germana est opinio Arist.vbi ponit materiam ingenerabilem,& incorruptibilem.

Probatio secundæ propositionis.

Secũdam propositionem ita probat . Id per quod cognoscuntur res naturales, est ex se cognoscibile , sed per materiam cognoscuntur res naturales; igitur materia est ex se cognoscibilis,patet maior,quia propter quod vnumquodque,& illud magis, primo posterior. minor quoque probatur, quia cognitio rerum naturalium pendet ex suis causis, materia est per se,& intrinseca causa rerum naturalium. Præterea,materia cum sit substantia est nobilior quolibet accidenti;si ergo accidens est cognoscibile ex se,igitur materia.

Tex.5. 8.Metaphy. Tex 5.

Sed hæc opinio in aperto aduersatur rationibus, & authoritatibus Aristotel.igitur non est sustinenda,rationes sunt istæ.Prima adducitur ex Physic. 5. si materia sua natura haberet aliquem actum, tũc generatio esset alteratio, contra totam Philosophiam, consequentia probatur, supposita vna propositione Auerr.primo Physic.vbi habet, quod materia amittit nomen & definitionem in generatione substantiæ,sed in alteratione neque nomen neque diffinitionem amittit.Supposito etiam quòd materia sit æterna,tunc sic,materia habet actum existentiæ;ergo in generatione substantiæ non amittit nomen,nec definitionem,quoniam ipsa existente æterna, non amitteret illum actum , à quo omnis definitio, & nomen suscipitur, & sic sequitur quòd generatio substantiæ est alteratio,quod si euadere debemus, dicẽdum est,materiam esse puram potentiam . Secunda ratio sit hæc . Compositum est potentia propter materiam,est actu propter formam;sed propter qđ vnumquodque tale & illud magis,igitur materię maxime est potentia,sed quod est maxime tale, & per se tale erit,ergo materia sua natura erit potentia. Authoritas est Aristotel.7.Metaphysic. sæpe allegata, quod materia non est quid,nec quanta , nec qualis, sed potentia omnia.Secunda authoritas est etiam Aristot.pri.Physi.vbi ponit materiam prope substantiam,quod igitur est prope substantiam non est sua natura aliquis actus,præcipue existentiæ,quia actus est maxime substantia 2. de anima , sed materia est prope substantiam per Aristot.igitur non erit actus existentiæ,vt docet Greg.sed absoluta potentia.Hæ rationes & authoritates sufficiant.

Comm. 63. Tex.5. Tex.8. Tex 80. Tex.5.

Soluũtur rationes Gregorij.

Supereſt modo soluere suas rationes, & ad primam dicimus, quòd materia licet præfuerit generationi substantiæ compositæ , non tamen ex se existens in actu per suam naturam, sed per formã præcedentem à qua actuabatur, & post generationem per formam rei genitæ . Ad secundam dicimus, quod ista propositio dupliciter intelligi potest, scilicet materia est absolute, & simpliciter, & sic non verificatur,nisi de substantiis perfectis,vt Sortes est, Plato est,alio modo cum aliquo respectu,vt dicendo materia est,scilicet in composito, & etiam forma est in composito,& sic concedimus,quod de materia verificatur propositio de secundo adiacente,sed non sequitur,ergo est in actu existentiæ, vt ipse deducit. Authoritas Aristotel.declarat seipsam , quoniam licet materia sit ingenerabilis,& incorruptibilis, non tamen est actu existens sine forma , sed est pura potentia,& semper sub forma;soluuntur quę que rationes pro secunda propositione,& prima sic, negando minorem quòd per materiam solitarie sumptam cõgnoscuntur res naturales,licet prout est sub ipsa forma pariat aliquam cognitionem, illam tamen nõ habet 9.diuinorum Secunda quoque soluitur dicendo, quod licet materia sit simpliciter nobilior quolibet accidenti ; tamen accidens , inquantum est quædam actualitas,est & secundũ quid nobilius ipsa materia, & ratione huius nobilitatis in qua excedit secũdum quid materiam,habet qꝺ sit cognoscibile ex se,quod tamen non competit materię.

Tex.10.

Materia habet aliquem actum.

Sunt quidam alii moderniores ac iuniores Philosophi,qui putant ad mentem Aristot.loqui,& vt videantur se aliquid noui adinuenisse, dicunt materiã esse actum,sed non entitatiuum,nec existentiæ, sed actum quendam imperfectum,in potentia tamen ad quemlibet actum perfectum , idest materia est substantia imperfecta in se,sed si comparatur ad actus pfectos,qui sunt compositorum , est pura potentia,sicut lignum est ens in se , sed in genere artificiali est pura potentia,quia nec est arca,nec sedes,sed in potẽtia omnia ista,ita materia est potentia ens perfectũ, vnde non est ignis,non aqua,non leo, nec quid simile,sed potentia omnia ista, hoc tamen non impedit, quin materia non habeat aliquem actum in se. Addunt adhuc. quòd cum existentia non distinguatur ab essentia,& quia materia sicut habet distinctam essentiam à forma, ita ẽt habet distinctam existentiã, & sic Deus sua potentia poterit conseruare sub tali existentia materiam absque omni forma,& hanc doctrinam sustinent ex professo contra D.Thom. pri. par.& in quolibetis,& contra etiam ipsum Duran 2. sentent.di. 12.quæst.2.& hanc veritatem dicunt adinuenisse veteres Peripateticos, quibus maxima adhibenda est fides,ipsi enim soli vel maxime ad mentem Aristotel.præ cæteris loquuti sunt,vnde voluerunt materiam esse non actum formalem,sed actum entitatiuum,& hoc voluit primo Alexand. qui 8 diuinorum asserit materiam nõ esse actu quo quid est, sed substantiam in potentia.Alexand.ergo negat ab ipsa materia inclusionem actus perfecti , non autem imperfecti,hoc idem asserit Simplicius 2. de anima dum inquit,neq; igitur materia hoc aliquid est,quippe quæ inde finita fit propter imperfectam substantiam suam,& potestate existentem , & quæ termini recipiẽdi vim habeat,verum adhuc terminata sit,neque forma,ea namque terminus est,& perfectio, & prima atque secundum se substantia ad quam terminatur,& quod absoluitur atque perficitur,& substantia ꝑm alterum est,illa existit,de qua hoc aliquid dicimus,& paulo post,nõ sane materia ptãte,neq.ceu vn quam actu futura,manet.n.semper quod vere est,sed ex illa recipiẽdi facultate ꝑficitur,& ita substantia q̃dam magis ens quam materia,& quam substantia composita ex vtrisque, & ideo nõ oportet ponere alium actum ab illo qui est forma; immo Commentator 2.Physic.animaduertens quomodo existentia quælibet est à forma, intulit quod si materia existeret sine omni forma,tunc quod non est in actu , esset in actu,vt deduximus supra cõtra istos opinantes, luce meridiana clarius apparet,quod ista consequentia nullius roboris esset,nisi innitatur huic medio quòd omnis actus existendi à forma proficiscitur : vnde mirum est,quomodo aliqui in via Aue. defendant actum non omnem esse à forma,insequentes viam Scoti 7.metaph.2.sent.quam viam ante Scotum inuenit Henricus de Gandauo in quolibetis suis,videlicet quodlibet.4.q.16.in qua q.quærit num Angelus sit compositus ex materia & forma;ratio adducta ab istis de facili soluitur,quia potentia materiæ,vt dicemus,dupliciter summi potest.Vno modo pro gradu entis,& sic non distinguitur a materia,sed est sua natura & quidditas sicut animal rationale est natura,& quidditas hominis . Secundo modo potest accipi pro respectu,quo respicit ipsam formã, & sic distinguitur à materia & multiplicatur , de quo loquens Auer.12.primæ Philosophiæ dicebat, quod numerus habilitatum idest potentiarum materiæ est secundum numerum specierum generabilium, non sequitur modo argumentum, quod per agentis naturale idem numero corruptũ possit reparari,licet enim quælibet portio materiæ primæ sit in potentia ad quamlibet formam,non tamen quælibet portio materiæ dispositæ est in potentia ad omnem formam numero,sed ita est in potentia ad istam,quod nõ ad aliam,verbi gratia,sint duæ materiæ scilicet A. & B. sufficienter dispositæ ad recipiendam formam ignis & ponatur inter has duas materias vnum agẽs,puta ignis potens introducere formam ignis in vtraque materia,dico quod iste ignis illam numero formam quã causabit in A.non posset causare in B. & illam quã causabit in B.non posset causare in A, sic igitur patet auctoritates & rationes horũ non concludere.

Comm. 8. q 5.dist. 12. q 2. Comm. 12. Pulchrum exemplum.

Iam vero aliorum reiectis opinionibus,quæ sit germana opinio Aristotelis dicendum est,& vt res fiat conspicua magis,animaduertendum . Primo vt docet Arist.5.Metaph.cap.de potestate, & Doctor Angelicus S.Thom.pluribus in locis suæ doctrinæ , & præcipue in qq.disputatis de potentia Dei, & p. p.q.25.& 1.sent.distin.49.& tertio contra gentes c. 45.quod potentia multis modis sumitur. Vno modo pro principio mouendi, seu transmutandi aliud inquantum aliud,ita quod mouens siue transmutãs in quo est tale principium,semper est aliud,siue supposito,siue realiter ab eo quod mouetur aut transmutatur:nihil enim primo & per se mouet,aut transmutat seipsum.

Ponitur dilucidatio q̃stiõis. q.25 art.2. Quot modis dicitur potentia.

Secundo capitur potentia pro principio quo aliquid mouetur,aut transmutatur ab alio , & hæc est potentia passiua,vt grauitas in lapide qua mouetur de ortum a generante , & hæc est potentia qua patiens potest pati,siue patiat proprie,siue improprie.

Tertio dicitur potẽtia,qua possumus bene & perfecte operari,vel qua potest aliquid bene & de facili pati,vt lignum dicimus incisibile,quia de facili inciditur.

Quarto dicitur potentia omnis habitus siue dispositio,vel virtus, qua possumus resistere corrumpentibus,& reddimur quasi impassibiles, & hæc est naturalis potentia, de qua Philosophus scripsit

Impugnat hæc opinio. Tex.78. Tex.5. Cap.7. Tex.7.

in secunda specie qualitatis.

Materia habet gradus similiter potẽtia. Lect.6.

Secundo est animaduertendum, quod materia habet gradus, & similiter potentia, vt late scripsit Aue. vltimo c. de substantia orbis, quod maxime notauit S. Tho. 1. lib. de cœlo & mundo, vbi soluit argumentum Ioannis Gramma. volentis, quod si materia corporum cœlestium non esset eiusdem rationis cũ istis, tunc talis materia esset composita ex aliquo communi in quo conueniunt, & ex aliquo proprio vtrique per quod differunt; soluit D. Tho. quod istæ materiæ sunt diuersæ, sed non propter aliquam compositionem vt imaginabatur Ioannes Gramaticus, sed propter habitudinem ad diuersas formas, potentiæ enim diuersificantur secundum diuersitatem actuũ: nec intelligas prudens lector, gradus materiæ vt intelexit quidam Arcangelus Mercenarius in quibusdam dilucidationibus suis, volens quod materia, & forma quoquomodo relatiua sint 2. Phys. ergo qualis diuersitas reperitur in formis, eadem in materiis reperiri debet, cum autem dentur formæ, quæ indigent materia vt subsistant, vt formæ inferiorum, aliæ vero non indigent materia vt subsistant vt formæ æternæ, igitur & duo materiæ gradus reperiri debent, quorum alter indiget forma vt actus sit, velut materia inferiorum, alter vero non indiget forma, vt subsistat, & actu sit, sicut materia cœli, quæ non est potentia, vt censuit B. Th. hæc ille putans se sacrificium præstare Deo scribendo contra S. Thom. non intuens quod expresse scibit contra Ari. 2. de anima, & 7. primæ Philosophiæ, vbi nõ ponit nisi tria mẽbra ipsius substantiæ, scilicet actum, potentiam, & compositum ex his: supra his dictis fundatur argumentum quo vtitur D. Thom. contra Auer. p. p. q. 66. articu. 2. in corpore, vbi ait quod impossibile est dicere materiam cœli esse ens in potentia ad vbi & non ad esse, & quod forma eius sit substantia separata, quæ etiam est motrix, quia impossibile est ponere aliquod ens actu, quin vel ipsum totum sit actus, & forma, vel habeat actum seu formam. remota ergo per intellectum substantia separata, quæ ponitur motor, si corpus cœleste non est habens formam, & quod est componi ex forma & subiecto formæ, sequitur ꝙ sit totum forma, & actus: omnis autem forma quæ propriie & per se est, est intellecta in actu, sed corpus cœleste non est intellectum in actu, quia est sensibile, igitur non est pura forma, nec pura materia, quia tunc non esset subiectum motus: ergo erit compositum, & sic materia eius erit pura potentia ad formã, quã habet, & hæc satiat appetitũ eius. Responsio ipsius Arcangeli ad hoc argumentum est falsissima, & plena mẽdacio, ait enim quod materia illa nec est actus, nec habens actum, sed est materia per se existẽs in actu, videte amabo quomodo iste vir ponit quartum genus substantiæ, quod est ab Aristot. & philosophia alienum, nec suum argumentum est alicuius valoris, cum supponat intelligentiam esse formam dantem esse ipsi cœlo, quod abhorrent Philosophi & Theologi.

p. p. q. 77. articu. 3.

Contra Archangelum Mercenariũ. Tex. 26.

Dicimus & secundo, quod materia illarum formarum quæ non indigent materia vt subsistãt, est corpus cœleste, quod est compositum ex materia, quæ est pura potẽtia, & forma sua, & sic argumentum nihil concludit.

Tex. 1. Tex. 7. & in sequenti. p. p. q. 66. articu. 2.

Potentia materię duplici ter.

Tertio est sciendum, quod potentia materiæ cum sit substantia, potest accipi dupliciter.

Primo pro gradu entis & substantiæ, quod aliqui dicunt pro absoluto, secũdo, potest accipi pro relatione & respectu. Primo modo dicitur quod potentia materiæ est eius natura & quidditas, per quam diffinita est 7. diuinorum, & Arist. 1. Phys. appellat subiectam naturam.

Tex. 8. Tex. 69.

Secundo modo materia non est sua potẽtia, sed distinguitur ab ea, vt dixit commentator 1. Physic. & in libro de substãtia orbis, vbi habet quod posse quo substat hoc subiectum, differt à natura subiecti. Vltimo considerandum est secundo de anima quod apud Ar. non est nisi duplex, alius vt scientia, qui vocatur actus primus & forma, alius, vt considerare, qui dicitur actus secundus, quibus iam iactis ponuntur istę tres ꝓpositiones, tanquã veræ & indubitatę.

Comme. 79 Tex. 6.

Tres propositiones.

Prima est. Materia sua natura ẽ pura & nuda potẽtia, quæ est quidam gradus entis & substantiæ.

Scda est, materia nõ potest cognosci sine forma.

Tertia, impossibile est materiam existere absque forma. Et quia disputatio debet esse remota ab odio & ab amicitia, odium enim & amicitia sunt causæ maximæ diuersitatis primo cœli, vnde. 3. cœli causatur Plato, quia propter magistri amorem ideſt Socratis, & propter amorem geometricæ in multis deuiauit à veritate, & propterea remoto omni amore ac odio; rationibus & Peripateticorum auctoritatibus insistendum est, sit ergo prima ratio hæc pro probatione primæ propositionis. Qua ratione reperitur vnum extremum positum in tota natura entis, eadẽ ratione est reperire aliud extremũ positum infra totum ambitum entis, sed in natura reperitur vnum extremum, nempe Deus benedictus actus purissimus, cui nulla prorsus est potẽtia admista, igitur eadem ratione reperitur aliud extremũ pura potentia, cui secundum suam naturam nullus sit penitus admistus actus, & hoc tale est materia prima, quæ est pura potentia; hoc argumento vsus est Aristot. 12. Metaph. datur vnum motum non mouens tanquam extremum: igitur datur aliud extremum mouens nõ motum; si concludit argum. Aristotel. concludit & mea ratio. Præterea Aristot. 5. Physic. ait, quod generatur non est, quod mouetur est, & subiectum motus est ens in actu, subiectum generationis est non ens, sed subiectum generationis est materia prima: igitur materia prima est non ens, sed non dicendum quod sit non ens quod est purum nihil, ergo dicitur non ens in actu, & sic est pura potentia; vnde Aristotel. 12. diuinorum volens inuestigare, quid sit esse ipsius materiæ primæ, proposuit diuisionem entis in potentiã & actum, & conclusit quòd comprehenditur sub altero membro illius diuisionis, videlicet quod est ens in potentia, quid clarius? Adhuc definitio est essentia, quidditas, & natura definiti, vt scribitur primo Posteri. sed definitio ipsius materiæ primæ est potentia, igitur materia prima erit solummodo potentia, minor colligitur ex Aristotel. septimo primę Philosopiæ, vbi inquit, materia non est quid, non est qualis, non est quanta, nec aliquod, quibus ens est determinatum. Hinc. 12. primæ Philosophiæ inquirit per longum processum, an principia decem prædicamentorum sint eadem, vel diuersa, & tandem concludit quòd sunt eadem proportione, quia actus & potentia sunt in vnoquoque prædicamento proportionaliter, & ostendit quòd principia proxima, decem prædicamentorum sunt diuersa, principia autem remota sunt eadem, vt patet in text. 22. talia autem sunt principia prædicamenti substantiæ, scilicet potentia & actus, sed potentia in prædicamento substantiæ reducitur ad materiam, & actu ad formã

Tex. 3.

Probatur prima propoſitio.

Tex. 37.

Tex. 10.

Tex. 2.

Tex. 30.

Tex 8. Ar. Tex. 15. vsq; ad 29.

vt dicit comment. expresse 12. Metaphysi. igitur materia est pura potentia, & hæc est sententia D. Tho. vbique locorum suæ doctrinæ. Si vera sunt hæc, quæ diximus, sequitur secunda propositio indubitata, quòd materia non possit cognosci sine forma, licet entitas formæ non sit causa entitatis materiæ, quia sunt res diuersæ, vnde materia per propriam rationem includit rationem entis, tamen per propriam rationem non est primo cognoscibilis, vt aperte colligitur ex 7. Metaphysicæ, vbi habetur, quòd materia secundum se est ignota, & primo Physic. text. 69. subiecta natura scibilis elt per analogiam, vbi Comment. reddit causam dicens: ista natura subiecta substantiæ non potest intelligi per se, cum nõ sit aliquid in actu habens quidditatem. Sequitur & veritas tertiæ propositionis quoque, quam ostendit Ari. primo libro de gener. & corr. vbi ita argumentur. Si materia esset sine forma, sequeretur quod ipsa vel esset nihil, vel vacuum, vel punctus, vel corpus impartibile, quæ omnia sunt absurda: absurda igitur erit opinio illorum, qui asserunt materiam per actum; non causatum à forma posse materiam existere; consequentia patet, quia etiam si daretur licentia fingendi, non datur alius actus in doctrina Arist. nisi primus & secundus, omnem igitur entitatem actualem, qua materia gaudet, accipit à forma, qua ablata, materia nihil erit, sicut etiam omnem entitatem potentialem, & possibilem quam habet forma quælibet, recognoscit a materia; hinc est quod cum in substantiis separatis præter primam sit aliqua potentialitas, asserit D. Tho. in eis reperiri materiam æquiuoce.

Comme. 16. Secũda propositio.

Tertia propositio. Text. 27.

p. p. q. 50. ar. 2. & de ente, & essentia c. 5.

His habitis, argumenta opposita non est difficile soluere, & ad primum negamus minorem, & ad probationem dicimus, quod noluit Comm. dicere, quod ens in potentia fundatur in ente in actu, scilicet entitatiue, vel existentiæ, aut præsentiæ, aut actu imperfecto ipsius materiæ, vt ipsi fingunt, sed intelligit ꝙ fundatur in ente in actu existentiæ ipsius compositi, quia non potest materia esse, nisi in composito, ꝙ existit per se per formam, & hæc est mens eius, dicit enim materia non inuenitur nisi in ente in actu, & si separaretur, esset non ens, differentia inter nõ esse, & esse in potentia est, quia non esse non est in actu ens, nec in aliquo in actu non distinctum ab eo, & hoc intendimus cum dicimus de prima materia, ꝙ non est in actu, & ens est in ente in actu non distincto ab eo.

Sensus verborum Auer.

Tantum in Deo verificatur hoc. Cap. 52.

Ad aliã probationem dicimus, quod materia est principium omni enti naturali, vt potentia, & non vt actus, manifestum quoque mendacium committunt, quando dicunt, quod in æternis est idem essentia & existentia, quia in omni creatura quidditas, & eius esse actualis existentiæ realiter distinguuntur, vt docet D. Thom. 2. contra gentes.

Ad secundum dicimus, quod materia est actu materia, & actu ens, sed negamus quod sit actus, vel ꝙ sit in actu, nec sequitur quod sit potentia ad suum esse, vel quod supponat aliam materiam, & quod fiat abitio ad infinitum, quia materia sua natura est potẽtia, sicut forma sua natura est actus.

Ad tertium dicimus glosando maiorem, quod illud quod est causa vt aliquid sit, est ens in actu, valet ista propositio de causa efficiente, & de causa formali, non autem de causa materiali.

Ad quartum dicitur, quod potentia vt dicit respectũ, nõ est essentia materiæ, sed prout dicit gradum entis & substantiæ, quæ est quid absolutum.

Ad quintum respondetur, quod materia nõ est subiectũ generationis, prout generatio est præuia dispositio, sed tantum prout dicit instantaneam introductionem formæ in ipsa.

Materia est omnia transcendentia.

Ad sextum concedimus materiam nõ habere entitatem suam ab aliquo terminorum, quia vt dictum est, materia per sui naturam est ens, res, & omnia trã scendentia, sed existentia est tantum illa, quam non habet à se, & recipit à forma, nec est ad propositum authoritas Ar. in prædicamentis, cum loquatur ibi de substantia quæ est actu, & est susceptibilis contrariorum, ex quo soluitur septimum.

Octauum concedimus, quod materia est actu materia, sed id quod nos negamus est, quod materia nõ est actus, nec in actu sine forma.

Ad nonum dicimus, quod sequeretur, & concluderet argumentum, si poneremus materiam accipere à forma omne esse, scilicet tam essentiæ, quam existentiæ, hoc nos nunquam somniauimus, sed dicimus, ꝙ natura materię primæ est vna substãtia æterna de se, quæ est pura potentia, actualitatem, & existentiam habet à forma, vnde non sequitur, quod materia sit generabilis, vel quod tantum forma sit intrinsecum principium rerum naturalium.

Deus non necessitatur ad productionẽ materiæ.

Ad decimum dicimus, quod præsupponit fallum, quòd Deus prius produxit materiam, & deinde formam, rei veritas est, quòd in simul produxit materiã & formam, & sic necessitatur Deus, vt non faciat cõtradictoria simul, qa hoc nõ est intelligibile, necessitabitur quoque vt producat simul materiã, & formã.

q. 7. 1 physi.

Ad vndecimum diximus in Addi. nostris, quòd minimum vt est quantum mathematice consideratum, est diuisibile in semper diuisibilia, non autem vt est naturale, vnde non sequitur, quod dabitur materia sine forma.

Duodecimum argumentum est puerile, quia dictum est, quod materia est ens, & substantia, quæ est pura potentia, ergo valet argumentum, est substantia, ergo est actus, negatur ista consequentia.

Ad tertiumdecimũ dicimus, ꝙ maior propositio est falsa, non enim est imaginabile, ꝙ materia seiuncta à forma sit subiectum actionis agentis, cum agẽs sit extrahens semper aliquid de potentia ad actum, & non largiatur multitudinẽ, sed ꝑfectionem, ut ait Aue. 8. Metaph. vnde non agit in nudam materiam.

Commẽ 15.

Ad quartumdecimum negamus consequentiam, quia sumendo potentiam pro gradu entis, est in genere substantiæ, licet pro respectu sit in genere relationis, vel vt alii dicunt quod potentia bifariam sumi potest. Primo pro subiecto, quod potens est duntaxat recipere. Alio modo sumitur, vt dicit respectum, & habitudinem ad rem generandam. Primo modo est in prædicamento substantiæ. Secũdo modo est in prædicamento actionis. Soluitur etiam hoc argumẽtum iuxta viam illorum, qui dicunt, quod potẽtia capitur dupliciter. Primo quo ad absolutum, & hoc est substantia, & essentia materiæ, & hoc exprimitur in recto. Capitur quoque pro respectiuo, ꝙ dicit in obliquo, & tale est in prædicamento actionis.

Potentia dupliciter sumitur.

Ad quintumdecimum patet quoque responsio, ꝙ multiplicantur potentiæ pro respectibus, non autem pro illo gradu entis, & pro absoluto.

Quadruplex resp. Auerr.

Ad authoritatem Arist. respondet ibi Commen. quadrupliciter, vt est videre apud ipsum, & addu co hic tantum vnam, quæ est Alexan. dicentis materiam esse hoc aliquid existens apparere, quia nõ sui natura est in actu, sed per formam, quia materia sentitur, & videtur. Ad dictum Simplicij dicimus, quod

illud eſt pro nobis,quia materia non eſt actus,ſed actu ſcilicet materia & ens,non tamen ſequitur,quod ſit actus,aut in actu ſine forma,& ſic quoque intelligimus Dictum Ioannis Grammat.quod materia eſt actu,ſed non actus vel in actu ſine forma, & exiſtit in compoſito,vnde non ſequitur,quod materia ſit in potentia ad ſuam eſſentiam,vti perperam deducunt aduerſarii,& hanc veritatem declarant verba Themiſtii,quæ adducunt pro eis,& tamen ſunt contra ipſos:ait.n.Themiſtius quod materia non eſt in potentia ad conſtituẽdam ſuam eſſentiam, quod docemus & nos, ſed eſt actu materia in prima ſui notione, & quis negat hoc,quia de ea verificatur propoſitio de tertio adiacente,dicendo,materia eſt actu ens, non tamen dicit Themiſtius,quod materia eſt actus entitatius,vel imperfectus,vt fingunt iſti nouiter Philoſophantes. Dictum Auerr.intelligitur pro reſpectu, vt dictum eſt ſupra. Dictum S.T. de ente & eſſentia eſt intelligendũ, ꝙ relatio,quæ eſt accidẽs reale,ſeqtur formã in materia,licet quoad modum intelligẽdi videatur intelligi inter formam & materiam,& inter quas proprie non eſt niſi relatio rationis. Dictum quod habetur 3.cont.gent.intelligitur ſic,materia abſolute dicitur bona, & ſecundũ ſe nõ bonitate ſibi formaliter inhęrẽti,ſed quia eſt ordinata ad bonitatẽ: materia enim ſecundum ſe eſt tantum bona in potentia,vt verò ſubſtat ordini, aptitudini, & inclinationi ad bonum,dicitur bona in actu, & hic eſt ſenſus verborum D.Tho.vt clare eſt videre ibi. Benedictus Deus.

Senſus verborum Ioã. Grammat.

Pondera verba Themiſt.

3.cont. gen. Cap 20

Quomodo materia eſt bona.

DISPVTATIO TERTIA

De quidditate,ſeu eſſentia rerum natura conſtantium.

QVERO num ſola forma ſit tota rerum naturalium quidditas,ſiue eſſentia, & videtur quod ſic:quia quidditas,ſeu eſſentia eſt principium quo res ipſa eſt,ſed ſola forma eſt principium quo res eſt & non materia : igitur ſola forma eſt quidditas & non materia. minor propoſitio huius ratiocinii ſumitur ex Ariſtote.7.Metaph.vbi inquit , forma eſt principium quo res eſt,materia eſt principiũ potius quo res non eſt. Quod confirmatur authoritate Themiſt.2.phy.dicentis res naturales à forma habere vt ſint,à materia vero vt fiant.

Tex.21.

Secundo:forma eſt ratio perquam cognoſcitur,& intelligitur res ipſa,vt ſcribitur 9.Metaph. materia ſecundum ſe eſt ignota,& eſt ratio occultationis,qditas vero eſt principium quo cognoſcitur ipſa res: ex his colligitur quod ſola forma ſit quidditas.

Cap.2. Tex.22.

Tertio,id quo res naturales efficiuntur intelligibiles conſtituit quidditatem.Sed per ſolam formã res naturales efficiuntur intelligibiles:igitur ſola forma ad quidditatem ſpectabit;minor habetur 12.primæ Philoſop.vbi ait Auerr.res naturalis ſentitur per materiam,& intelligitur per formam .

Comme.14.

Quarto,nõ ens nõ poteſt eſſe quidditas nec pars quidditatis,ſed materiæ eſt non ens; igitur materia quidditatis pars eſſe non poreſt.minor probatur ſic: illud cuius forma eſt priuatio,eſt non ens,ſed forma materiæ eſt priuatio,igitur materia eſt non ens.

Quinto,quod quid eſt eſt vniuerſale, quoniam explicatur a definitione,quæ eſt vniuerſalium,vt ſcribitur primo Poſt.& 7.Metaph.ſed forma eſt ſubiectũ vniuerſalitatis,materia eſt principium indiuiduationis,vt docet ipſemet D.Thom.in libello de ente & eſſentia, forma igitur erit tota quidditas.

Tex.14. Text 33. Cap.2.

Sexto,forma eſt,per quã res perpetuantur & fiunt perennes,materia eſt cauſa generationis , & corruptionis in rebus ſaltẽ beneficio priuationis annexæ , quia ſemper tendit ad maleficium,vt patet 1. Phy. & quidditas debet eſſe æterna, cum de ea habeatur ſcientia:ſequitur ergo quod forma ſola ſpectabit ad quidditatem,& nullo pacto materia.

Text.69.

Septime, ſi id quod eſt in cauſa,vt in reb.quidditas,& id cuius eſt quidditas diſtinguatur,non poteſt pertinere aliquo pacto ad quidditatem: ſed materia eſt illa,quæ facit hoc,vt docuit Phil.7.Metaph.& 3. de anima,non ergo materia erit quidditas, aut pars quidditatis.

Tex.16. Tex.9.

Octauo,partes quidditatis priores ſunt illo cuius ſunt,& non poſteriores,ſiquidem cauſæ ſunt, cauſa vero vt cauſa prior eſt eo cuius eſt cauſa, ſed partes materiales ſunt poſteriores eo cuius,quæ vero ſecundum formam priores ſunt,vt docet Ar.7.Metaph y. igitur partes, quæ ſe habent vt materia,ad quidditatem pertinere non poſſunt.

Text.37.

Nono, definitio quæ vni competit per ſe primo , alteri ab illo competere non poteſt,ſed quidditas eſt definitio formæ primo,non autem materiæ:ergo forma tantum erit quidditas, & non materia.minor eſt Ariſt.2.Phyſ.vbi definiens formam,inquit,quod eſt ratio eſſe, & qđ quid eſt rei:materia verò eſt ex qua res efficitur.

Tex.19.

Decimo,quidditas eſt natura,ſed materia nõ eſt natura:ergo quidditas eſt forma & non materia, minor propoſitio probatur ex definitione naturæ,quæ eſt principium & cauſa mouendi,& quieſcendi eius, in quo eſt primo& per ſe, & non ſecundum accidẽs, modo materia non eſt in aliquo,eſt enim omniũ ſubiectum:ergo materia non erit quidditas,ſed forma ſola.

Vndecimo,illud quod non eſt pars deffinitionis, nõ eſt pars quidditatis,quoniam definitio eſt ſermo explicans quidditatem,& ſumitur ex principiis,quæ ſunt in re,vt habetur primo de anima, ſed materia non eſt pars definitionis;ergo non eſt pars quidditatis, minor habetur 2.Phy.vbi Ari.dicit,alio autẽ modo forma,& exemplar,hæc autem eſt ratio ipſius ꝙ quid erat eſſe,& huius genera vt ipſius diapaſon duo ad vnum,& omnino numerus,& partes,quæ in ratione &c.

Tex.5. Text.19.

Duodecimo arguitur ex proceſſu,quem habet Ariſt.in 7.Metaph.vbi proponit ſe velle tractare de ſubſtantia quæ eſt quidditas,& partitur ſubſtantiam in materiam,formam,& compoſitum,& dicit ſe non velle tractare de compoſito,quia eſt ſubſtantia manifeſta omnibus,ſed neque de ſubſtantia,quæ eſt materia eadem ratione,vult tamen tractare de ſubſtantia,quæ eſt forma:ergo ex hoc proceſſu,qui habetur ex initio 7.Metaphyſi.vſque ad text.vigeſimum liquido conſtat,materiam non conferre ad quidditatem.

Tex.9.

Tertiodecimo probatur etiam argumento Aue. 7.Metaph.vbi volens ſoluere ſophiſma ſophiſtarũ, quod erat hoc,quidditas hominis aut eſt eadem cum homine,aut diuerſa,ſi diuerſa, tunc homo non habebit quidditatem,ſi eadem,tunc quidditas hominis eſt homo, & homo habet quidditatem : ergo erit proceſſus in infinitum,quia tunc quidditatis eſſet quidditas,hoc ſophiſma ſoluens Auerr. inquit quod ſi homo capitur pro aggregato ex materia & forma

Te.21.

& forma,tunc homo non eſt ſuum quod quid eſt , ſi autem capitur homo pro forma hominis,tunc idem eſt homo quod ſuũ quod quid eſt : ſola igitur forma eſt quidditas.

Quartodecimo , res mathematicæ habent ſuam quidditatem & quodquid erat eſſe,& res mathematicæ abſtrahunt à materia, vt docet Phil.2.Phiſ. igitur materia nihil confert ad quidditatem.

Tex.14. Text.37. Tex.8. Tex.8.

Quintodecimo,& vltimo,loquens de materia 7. diuinorum Ariſt.ait,quod materia non eſt pars quidditatis,& ſi dicas quod loquitur de materia particulari,contra quia in eodem 7.loquens de materia cõmuni dixit quod materia non eſt quid:ergo non habet quidditatem,nec eſt quidditas,ſi non eſt quid,& loquens ipſe Phil.de forma tex.11.7.Metap.inquit, quod ſpecies & forma eſt quod quid erat eſſe, & in 2.de anima diſputans de anima ait,quod anima,quæ eſt quodquid erat eſſe corporis,dicitur forma eius,ex quibus & ex aliis infinitis locis manifeſte apparet, ꝙ forma & quidditas conuertuntur, & quod materia non ſpectat ad ipſam quidditatem.

Sed his omnibus aduerſantur dicta D.Tho.præcipue in 1.Phyſ.vbi Ar.loquens de partibus diffinitionis ait, qđ locãtur in genere cauſę formalis,& D. Tho.interpretãs hoc dictum,adducit aliud dictum contra hoc,quia 7.Metaph.ponit materiam in diffinitione rerum,& diſtinguit de materia quod eſt duplex, altera quæ dicitur materia indiuidualis , altera materia communis , vnde in diffinitione hominis ponuntur caro & oſſa,ſed nõ hæc caro, aut hoc os,& quia natura ſpeciei conſtituta ex forma & materia communi ſe habet vt formalis reſpectu indiuidui,quod participat talem naturam,& pro tãto dicitur,quod partes quæ ponuntur in definitione,ad cauſam formalem pertinent :ex quibus verbis liquido conſtat apud D. Thom. materiam communẽ ad quidditatem rerum pertinere,quod latius etiam poſuit in libello de ente & eſſentia,vbi authoritate Auicennę aſſerit quod quidditas ſubſtantiarum compoſitarum eſt ipſa cõpoſitio materiæ,& formæ,& multis alijs in locis ſuæ doctrinæ.

Tex.28. Tex 33. Cap.1.

Reſpondentes huic quæſito primo recitabimus opiniones diuerſas,deinde dilucidabimus veritatem. Quantum ad primum ſi velimus reſpicere ad Antiquos , ſcilicet ad Platonicos & ad Pythagoricos, ſine dubio fatendum eſt materiam ipſam non ingredi deffinitionem rerum.

Platonici enim,vt clare eſt videre in libro Parmenidis,poſuerunt materiam eſſe non ens,adducti argumento ſophiſtico ſic. Quicquid eſt præter ens,& pter vnum,eſt multitudo & non ens, ſed materia eſt præter ens,quia præter decem prædicamenta, quæ tantum ſunt ens,& præter ipſum Deum,qui apud ipſos eſt vnitas: igitur materia eſt nõ ens,& multitudo ſ.dualitas,quæ paruo magnoque deſignatur; quãquã inter Platonicos non eſt æqualis concordia, quando quidem Alcinous Platonicus in li. de doctrina Platonica aſſerit Platonem nõ differre ab Ar. de materia, quod etiam ſentire videtur Themiſtius & Simplici. in 1.Phyſ.Plotinus quoque expreſſe ponit materiam inter entia,& hoc propter authoritatem quæ habetur in Timæo vbi materia dicitur πὰντ'ικεν ideſt omni capacem,quia eſt receptaculum omnium formarum.

Opinio Platonis de hoc quæſito.

Hinc Iamblicus in libro de ſecta Pythagorica voluit conciliare Platonem cum Ariſto.quia ens apud Platonem poteſt ſumi, quemadmodum apud Ariſtot.aliquando pro omni eo quod diſtinguitur contra nihil, & ſic materia continetur ſub ente & eſt vnitas & dualitas,& omne quod non eſt nihil,aliquãdo vero pro ente diuiſo in decem prædicamenta, & hoc pacto materia eſt non ens,hanc poſitionem Ariſtot.non negat:verum hæc conciliatio ſi aliquo pacto ſit amplectenda, non intelligitur quo ad verba, ſed quo ad mentem,quam forſitan voluit habere, quia locutus eſt de materia ſub quibuſdam metaphoris,vt docet & Ariſt.primo Metap.quòd Plato magnum & paruum principium veluti materiam aſſeruit.

Iamblicus.

Tex.6.

Emp.ignem,aerem,aquam,& terram.

Anaxagoras partes ſimilares infinitas,cuius oppinionis meminit Auerr.primo Phyſic.& 2. de gener. quibus in locis ait,quod Plato poſuit tria principia , magnum paruum,& vnum,vbi liquido conſtat Platonem Metaphorice loquutum fuiſſe de materia.

Comme.80 Comme.18.

Pythagorici ponentes illas duas ſeries,ſiue ordinationes rerum bonarum quippe,& malarum,ſub ordinatione rerum malarum poſuerunt materiam, & priuationem,vnde Ari.dicit ꝙ ſemper machinatur ad maleficium,& ſic iuxta ſententiam iſtorum materia eſt priuatio & malum , vnde potius non ens q̈ ens,ex conſequenti non cadit in definitione rerum. diſputatio igitur eſt in via Peripateticorum ſi materia ponitur vt definiens res naturales nec ne, in qua via adſunt duo principes Auerr.ſcilicet , & Auicennas.

Auerr.voluit quod materia ponitur in definitione rerum,ſed non tanquam pars quidditatis,ſed veluti vehiculum deferens ipſam quidditatem:verum ſectatores eius non ſunt concordes , quia Alexander Achillinus Bononienſis Philoſoph.celeberimus tenet in libro de elementis ad mentem Auerr. materiam ipſam ingredi diffinitionem rerum non proprie,ſed improprie,quia per eadem principia per quæ res eſt,ipſa cognoſcitur,materia cauſat formas materiales,ideo in diffinitione earum oportet ipſam aſſumere,ſed ſi dãtur aliquæ formæ ſeparatæ à materia,non debent diffiniri per ipſam:immo entia Mathematicalia ſi capiantur in abſtracto, diffiniuntur ſine materia,ſi vero in eſſe naturali aperientur, tunc intrabit materia in definitione ipſorum:verum quia materia ſicut eſt quid ſecundario,ita ſecundario, & improprie quidditas dici poteſt,& hoc modo loquẽdi aliquando vſus eſt Auerroes,ſed non proprie,quia ipſa non eſt quo aliquid ſit,licet enim materia det aliquod nomen rei , non tamen dat illi nomen ſpecificum,vnde materia eſt communis multis, ideo nomen proprium & ſpeciale non largitur, ſed commune multis diuerſarum ſpecierũ,vt eſſe paſſiuum, tranſmutabile,corruptibile , alterabile , &c. Quod ſi materiam propriam acceperis,adhuc illa non habet ſpeciale nomen, ſecundum quòd appropriatur ſpeciei,vt patet de carnibus,& oſſibus quæ hominis ſunt , & multorum brutorum , & quia prædicata rerum habent ordinem inter ſe , quia per conſequentiam ſuperiora,aut vniuerſaliora ex particularibus eliciuntur:cum igitur forma det eſſe,ideo ipſa dat eſſe indiuiduale,& ſpecificum,& genericum , ſi autem à materia aliqua prædicata ſumenda ſint, illa ſunt concreta,ſubſtantialia tamen & denominatiua, vt carneum & oſſeũ,materiale &c.Non enim poteſt eſſe idem formaliter proprie,niſi ſit prædicatum ex forma ſumptum,& cum de natura quidditatis ſit qd & id quo aliquid eſt qd,hoc aũt ſoli formæ cõuenit;

Opin.Auer.

Achillinus lib.1.de elementis.

Materia eſt quid improprie.

Vniuerſaliora eliciuntur ex particularibus.

ideo materia quamuis ipsa sit pars substãtiæ compositæ, non tamen est pars, quidditatis, quia materia licet sit, non tamen est quo aliquid sit, ideo cum ipsa non sit pars formæ, ipsa non est pars quidditatis, sed quia ipsa est subiectum formæ, ideo deferens quidditatem appellanda est.

Impugnatur opin. Achillini. Tex. 42.

Sed hæc opinio stare non potest, immo videtur dicere contraria, ait.n. q̃ materia est pars substantiæ compositæ, non tamen est pars quidditatis, quia q̃ditas cum habeatur per diffinitionem, vt scribitur 7. diuinorum vbi Ar. inquirit dubitationem illam, quã insolutam reliquit, in primo de interpretatione, num diffinitio sit vna, & quæ est causa vnitatis in diffinitionibus, & diffinitiones sumuntur ex principiis, quæ sunt in re, vt scripsit Auer. primo de anima & 2. Phy. sequitur, q̃ quidditas sumitur etiam ex principiis, q̃ sunt in re, hęc autem principia iam non sunt forma tantum, nec materia tantum, sed in simul materia, & forma; igitur vtrumque hoc principium cõcurrit ad ipsam quidditatem, & 4. Physic. dicebat Ar. q̃ diffinitiones, quæ dant quidditatem, debent habere tria, quorum vnum est, vt per illam dissoluantur quæstiones contingentes in re.

Primo de interpretatione c. de enũciatione. Comm. 5. Comm. 28. Tex. 2. Quę sunt illa quæ requirit diffinitio.

Secundum, vt per illam appareant accidẽtia essentialia, quia diffinitiones completæ innatæ sunt reddere causas omnium accidentium.

Tertium est, vt ex diffinitione appareat difficultas, ideo est motiuum difficultatis, & hoc est proprium rerum difficilium diffiniri, quod dictum etiam regi strauit magnus Comment. Auerr. 2. de anima Commen. 12. & 26. & etiam 4. cœli. Si ergo remoueatur materia à quidditate, quomodo obseruabitur hoc p̃ceptum? nihil dicamus, quòd omnes diffinitiones essent dialecticæ, & vanæ, vt dicit ipsemet Auerr. primo de anima.

Comm. 2.

Ideo vt aliqui Auerroistę euaderent hoc inconueniens dixerunt, quod omnes quatuor causæ sunt partes definitionis, & in definitione ipsa significari debent, non tamẽ omnes sunt partes essentiæ, siue quiditatis, quia non sunt causæ intrinsecæ nisi duæ tãtũ, materia videlicet, & forma, quod autem omnes causæ sint partes diffinitionis, probant per dictum Ari. 2. poste. quia definitio est sermo dicens esse rei, sed esse rei est ab omnibus causis, igitur deffinitio rei debet esse per omnes causas.

Comm. 11. Burleus. Gualterius. Cap. 3.

Præterea, posito quod esse rei sciatur per formã tãtum, vel per materiam, & formam simul, & addatur scientia eius quæ est per finem & agens, vel cum prio ri efficit maius, vel non: non est dicendum quòd nõ, quia tunc scientia per omnes causas non esset perfectior, quam scientia per pauciores causas, quod est contra omnes Philosophos: si est, maior igitur illæ causę pertinent ad diffinitionem illius.

Impugnat Buti.

Sed opinio hæc reprobatur ab omnibus, tanquam contraria præceptis Aristo. quia stante veritate huius opinionis sequeretur, quod nihil diffinitiue sciretur, nisi in illius deffinitione ponantur omnes causæ, quod si ita esset, ergo oportet ponere Deum & intelligentias, cœlum & elementa, immo omnes causas à quibus dependet res ipsa: consequentia probatur ex dictis eorum, falsitas consequentis iam est nota. Tex. 42.

Adde quod hæc opinio est contra Aris. 7. diuinorum, vbi concludit deffinitionem esse orationem cõstantem ex genere & differentijs, vel ex differentia vltima, vt diffinitio hominis est animal bipes, etiam eodem 7. Metaph. Ar. dicebat quoniam vero diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet, vt autem ratio ad rem, & pars rationis ad partem rei similiter se habeat, sed causæ extrinsecæ non sunt partes rei, quomodo igitur poterit esse vt ponantur partes definitionis; Rationes quibus isti mouentur non sunt alicuius momenti, quia. Tex. 33.

Prima solui potest hoc modo dicendo, quod esse rei dependet ab omnibus causis complete, non autẽ intrinsece nisi à duabus tantum, scilicet à materia & à forma, & sic solum per materiam & formam definire oportet res omnes habentes esse in materia.

Secunda quoq; soluitur dicendo, quod scientia q̃ est per formam & materiam est perfecta quidditatiue, adeo quod nihil addi potest, sed non est perfecta simpliciter, propterea addi potest, non quidem ad quidditatiuam cognitionem, sed ad cognitionem, quatenus cognitio est.

Alii dicunt, quod materia est pars essentiæ substãtiæ compositæ, quia materia & forma sunt partes essentiales ipsius compositæ substantiæ, & appellãtur ab Auerr. partes secundum qualitatem, vt patet primo Physic. & dicunt quod hoc voluit Auer. 7. Meta p. vbi declarauit quomodo materia se habet respectu substantiæ compositæ. Si igitur hoc nomen substantia dicitur simpliciter de materia substantiæ cõpositæ ex materia & forma, & de forma eius, & de composito, tunc forma substantiæ dicetur esse substantia rei, cum ipsa declarat essentiam eius, materia vero dicitur secundum considerationem ad substantiam compositam ex materia & forma, sed esse partem substantiæ secundum considerationem ad substantiam declarantem essentiam rei, non dicitur quod sit pars substantiæ, sed quod sit apparens & deferens formam in sua diffinitione, quia illud quod diuersificat essentiam à quidditate in substãtiis compositis ex materia & forma, est materia: & quoniam in causis præcisis & adæquatis sicut affirmatio est causa affirmationis, sic negatio est causa negationis, vt patet primo posteri. inde prouenit quod in substantiis abstractis à materia, quidditas & essentia sũt idem, in compositis autem inter essentiam & quiditatem reperitur magnum discrimen, vt docet Philos. 7. Metaphy. propterea sola forma est quidditas, materia vero est pars non quidditatis, sed ipsius essentiæ, vnde in 3. de anima Auerro. super illis verbis (in quibusdam idem est caro & carnis esse) inquit causa propter quid hæ duæ intentiones non inueniũtur in omnibus entibus, est quod quidditas est essentia in entibus simplicibus est idem, verbi gratia quod esse carnis est idem esse cum carne, quia intentio carnis in eis non est ex materia: propter hoc subdunt isti in rebus compositis ex materia & forma, ipsa forma est tota quidditas quia ipsa & obiectum intellectus, nam vniuersale est obiectum intellectus, forma est subiectum vniuersalitatis, vt dicit comment. primo cœli, & idem Philosoph. formam appellat rationem & quodquid erat esse, & per oppositum, quia prima materia est primo diuersa à forma, quia non est forma nec habens formã, ideo vt inquit Commentator 12. Metaph. non habet aliquam intẽtionem alicuius vniuersalis intellectam ab ea, & ideo secundum se ignota est, vt docuit Ar. 7. primæ philosophiæ: propter hoc non est quidditas, nec pars quidditatis, sed bene est quędam essentia distincta ab essentia formæ.

Marcus Ant. Zimara. Theor. 19. Comm. 5. Comm 34. Cap. 8: Tex. 21. Comm. 9. Com. 98. Com. 14. Tex. 5.

Ex his de facili soluuntur rõnes quas adducunt Thomistæ pro defensione opinionis D. Tho. & præcipue illa, quam tanti facit Caietanus Cardinalis, quicquid est de essentia omnium indiuiduorum contentorum

Lib. de ente & essentia cap. 1.

tentorum sub specie vniuersaliter conceptum, est de essentia speciei; hanc probat Caiet. quia aliter essentia specifica non diceret essentialiter totam essentiã indiuidui, sed materia est de essentia omniũ indiuiduorum naturalium; ergo materia vniuersaliter accepta est de essentia specici, & sic non cadit in speciem vt deferens ipsam, sed vt pars essentialis; cõcedunt totam rationem quod materia sit pars non quidditatis, quia est sola forma, sed essentiæ, hoc concludit & hoc ipsi docent, vnde non est contra ipsos.

Ratio secũda, quã putat esse Achillem, quæ est: in omni obiecto quidditatiue sumpto, cui conuenit aliqua passio adæquata, oportet inueniri intrinsece causam illius passionis, sed corpus contrarietati subiectum quidditatiue sumptum, est subiectum, cui conuenit corruptibilitas per modum passionis adæquatæ; ergo in corpore contrarietati subiecto quidditatiue sumpto oportet intrinsece inuenire causam corruptibilitatis, talis causa non est nisi materia; igitur materia est pars essẽtię. maior patet, quia passio fluit ab intrinsecis principiis quidditatis & essentiæ, aliter non conueniret ei secundum quod ipsa, minor p̃batur ex eo, quod corruptibilitas primo concluditur de corpore subiecto contrarietati, tota ratio conceditur, quia materia est pars essentiæ sed nõ quidditatis, quæ est sola forma. Immo hæc ratio est contra Caiet. in quæstione de subiecto naturalis Philosophiæ, vbi tenet ens mobile esse subiectum adæquatum, quia transmutabilitas, siue corruptibilitas conuenit adæquate enti mobili, & non corpori mobili: propter hoc corpus mobile non est subiectum adæquatũ, modò dicit, q̃d corruptibilitas est passio adæquata ipsius corporis, quo stante sequitur de necessitate id esse ponendum adæquatum subiectum in philosophia naturali, quod tamen negat ipse in quæstione propria, quandoquidem ens mobile est adæquatum subiectum de mente D. Tho. vt alias diximus. Tertia ratio est hæc, quod est pars humanę naturæ, est pars quidditatis humanæ, quia natura & quidditas sunt idem, sed materia est pars naturæ humanæ: ergo materia est pars quidditatis. Soluitur eodem modo concedendo materiam esse partem essentiæ & substantiæ compositæ, sed non ipsius quidditatis, quę est forma dũtaxat, & negãt quod natura & quidditas sint idem.

Caietanus cõtrariatur sibipsi, in q. de subiecto adæquato philosophię Secũd. Add. 1. Phys. Tex. 14. Tex. 10.

Vide quam viam inuenerunt isti effugiendi rationes istas & omnes alias eis consimiles, non aduertentes, quod hæc fuga est expresse contra Ar. sexcentis in locis, & precipuus locus habetur 5. diuinorum, vbi docens significata substantiæ, inter alia assignat hoc amplius quod quid erat esse, cuius ratio est diffinitio, & hæc substantia videtur vniuscuiusque, vbi pro eodem capit substantiam, & quidditatem: valet igitur, Illud q̃ est pars substantiæ, & essentię, est pars quidditatis. Si igitur materia est pars substantiæ cõpositę: sequitur necessario q̃ sit pars quidditatis.

Alius quoque locus habetur 7. primæ philosophię, vbi soluens quæstionem illam Philosoph. quomodo definitio reperitur in substantiis, & accidentibus, ait quòd quod quid erat esse vno modo significat substantiam.

Et infra vbi quærit, quomodo se habet quod quid erat esse ad id cuius est, ait quod quid erat esse dicitur singuli substantia.

Et paulo superius, quod quidem igitur definitio concludit, quæ quidem est ipsius, quod quid erat esse ratio, & quod quid erat esse substantia & essentia est, quid clarius?

Cap. de substãtia defendit Caiet. cõtra Zimaram.

Immo Auerroesmet iuxta cuius doctrinã ponunt discrimen inter essentiam, & quidditatẽ loquens 7. Meta. de ipsa quidditate, ait, quidditas rei descriptione logica describitur sic, q̃ est illa quã significat definitio, & ẽt alia descriptione logica, & est quæ datur in responsione ad quęstionem factam per quid, aut quare, ex his ergo paucis luce meridiana clarius apparet, quomodo sustinentes hanc positionem allucinãtur in re tam notissima & manifesta. Comm. 19.

Aliqui sunt qui conantur concordare Auerr. cum D. Thom. & dicunt, quòd essentia potest capi primo pro entitate resultante ex materia, & forma, seu ex compositione materiæ, & formæ, & dicitur tertia entitas, quę vocatur essentia largo modo, quia cum materia habeat duplicem gradum, vnum quod materia est materia, & alium à forma, per gradum quo materia est materia principium indiuidui, per gradum quẽ habet à forma, est principiũ speciei & essentiæ. Opinio quorundã Thomistarum.

Secundo modo potest capi essentia pro forma cuiuscunque rei compositæ, qua dicitur esse per se, & principaliter.

Primo modo in doctrina D. Tho. ponitur materia pars quidditatis, & essentiæ, sed non secundo modo, quia materia non est pars formæ, & sic intelligit Auerr. Vnde nulla est controuersia inter B. Tho. & ipsum Auerr. immo ambo conueniunt in eadem positione, & sunt concordes, & adeo magnifaciunt istã concordiam, q̃ non sunt veriti publice in concertationibus sustinere istam positionem.

Reprobatur supradicta positio.

Sed hi qua cæcitate ducantur videant quæso omnes: nam nullus sutor, nullus macellarius, nulla denique fæminicula, quæ legere solummodo sciat, reperitur, qui non falsam atque absurdissimam hanc cõcordiam iudicabi, D. Tho. 7. Metap. in expositione 33. contextus digrediatur aliquantulum, & dicat q̃ circa diffinitiones rerum, & earum essentias est duplex opinio. Quidam enim dicunt, q̃ tota essentia speciei est ipsa forma, sicut q̃ tota essentia hominis est anima, & propter hoc dicunt, q̃ eadem secundum rem est formam totius, quæ significatur nomine humanitatis, & forma partis quę significatur nomine animę, sed differunt solum fm̃ rõnem, nam forma partis dr̃ prout perficit materiã, & facit eã esse in actu, forma aũt totius secũdum quod totum compositum per eã in spẽ collocatur, & hoc volunt, q̃ nullæ partes materiæ ponantur in diffinitione indicãte speciem, sed solum principia formalia spẽi, & hęc opinio vr̃ Aue. & quorundam sequentium eũ, & subdit ex professo impugnando istam opinionem dicens, sed hoc vr̃ contra intentionem Arist. dicit enim in 6. q̃ res naturales habẽt in sui diffinitione materiam sensibilem, & in hoc differunt à mathematicis, non autem potest dici, q̃ substantiæ naturales diffiniuntur per id, q̃d non sit de essentia earum, quia substantiæ non habent ex additione, sed sola accidentia, vt docuit Phi. in hoc 7. vnde relinquitur, q̃ materia sensibilis sit pars essentiæ substantiarũ naturalium, non solũ quãtũ ad indiuidua, sed ẽt quãtũ ad spẽs ipsas, diffinitiones non dantur de indiuiduis, sed de speciebus, Tex. 2. Tex. 17.

Vnde est alia opinio quam sequitur Auicennas, & secundum hanc forma totius, quæ est ipsa quidditas speciei, differt à forma partis sicut totum à parte, nam quidditas speciei est composita ex materia, & forma, non tamen ex hac materia, & ex hac forma, quæ sunt indiuidui, ex his enim componitur indiuiduũ, vt Socrates, & Callias, & hæc est sententia, Auicenna li. de sufficientia. c. 3.

Arist.ex his ergo liquido constat D.Tho. sequutum fuisse Auicennam, qui ex diamerro tenet contra Auerr. non ergo potest esse aliqua concordia inter Auerr.& D.Thom. in hac disputatione, vt aliqui fingunt.

Præterea;totum non dicit tertiam entitatem distinctam à partibus in doctrina Auerr.sicut dicit manifeste apud D.Thom.igitur nulla concordia potest esse inter Auerr.& D. Thom.in hac disputatione ; consequentia probatur, quia propterea ponitur ab istis,quòd materia sit pars essentiæ communiter sumptæ,quia essentia ponitur quid realiter distinctum à partibus suis. Si ergo essentia non est quid realiter seiunctum à materia & à forma,non poterit dici quòd materia sit pars essentiæ.Antecedens probatur,quia tenent isti, quòd apud Auerr.forma totius non differt à forma partis,nisi quia illa intelligitur & significatur per nomen prædicabile de compositis singularibus,vt per hoc nomen homo,vel animal,forma vero partis vt significatur ac intelligitur per nomen de nullo composito prædicabile,vt per hoc nomen,anima rationalis,vel sentitiua , & sic idem est rationalis anima & homo,idem sensibilis anima & animal , & sic forma partis & totius idem sunt in doctrina Auc.

Libr de ente & essentia. Cap.2.

Forma totiꝰ & forma partis sunt idem apud Auerr.

Sed iam tempus est vt horum reiectis sentẽtiis in medium afferre sententiam D. Thom. studeamus, pro cuius intellectione est sciendum primo ex Commentatore Auerr.7.Metaph.quòd diffinitio competit formis existentibus in materiis quo quo modo, quoniam in diffinitione istius substantiæ quæ est forma apparet aliud & est substantia,vera autem diffinitio est illorum diffinitorum,in quibus non apparet aliud:vnde anima quia est existens in alio,non habet perfectam diffinitionem,ex quo dicto Auerr. colliguntur duo,quorum alterũ est,quòd veræ diffinitiones sunt cõpositorum vniuersalium vt hominis vniuersalis, in cuius diffinitione ponitur materia & forma,quæ sunt de essentia hominis, sed diffinitio formæ materialis non est perfecta , quia apparet materia quæ non est de essentia formæ.

Comm. 40.

Vera diffinitio quorum est.

Alterum vero est, quòd diffinitiones talium formarum sunt de numero illarum,in quibus apparet aliud & est subiectum,vnde quodammodo sunt ex additione,vt perpulcre docuit D. Tho.in 7.diuinorũ, quod postea confirmauit Romanus Egidius 2. de anima. Quamquam Auerroistæ nolunt intelligere hanc veritatem,quia dicunt quòd diffinitiones ex additione sunt accidentium , & est differentia magna valde,vt dicit Commentator in 7. quia subiectum quod cadit in diffinitione accidentium, est aliud secundum naturam & secundum genus, similiter illud quod fit ex subiecto & accidente,non est vnum , & sic diffinitiones formarum materialium sunt mediæ quodammodo inter diffinitiones accidentium,quæ simpliciter dicuntur ex additione,& inter diffinitiones substantiarum compositarum vniuersalium quæ sunt simpliciter & principaliter diffinitiones, vnde pro quanto diffinitio formæ materialis datur per subiectum quod non est de essentia formæ, vt esse de numero illarũ quę sunt ex additione , & de numero illarum quibus apparet aliud,pro quanto vero datur per ea quæ sunt eiusdem generis,& ex eis fit per se vnum,accedit ad aliud extremum,& conuenit cũ diffinitionibus quæ sunt simpliciter diffinitiones, sed nos dicimus , quòd cum diffinitio non fit nisi rerum existentium in recta linea prædicamentali habentiũ speciem completam, quia diffinitio componitur ex genere & differentia,sola accidentia autem inter entia & specie completa debent dici diffinibilia per additamentum, ideo propria accidentibus dixit D. Thom.est diffiniri per additamentum , vnde & anima diffinitur per aliud extra essentiam suã pro quãto participat naturam accidentis , hæc est clarissima sententia sua in libello de ente & essentia.

Comm. 34.

Commẽ. 8.

Tex.cõmen.

Sola accidẽtia debent diffiniri per additamentum.

Notandum quoque est, quod quidditas competit substantiæ & accidentibus,non tamen eadem ratione,sed cum substantia sit per se ens , accidentia vero entia,quia taliter entis vt 7. Metaph. testatur Arist. & quemadmodum res se habet vt sit,ita se habet & ad quidditatem,vt in eodem 7.habetur,necessario sequitur subsistantiam simpliciter,& per se habere quid ditatem,accidentia vero secundum quid & secundario,& quia substantia de tribus tantummodo prædicatur,vt latius scripsimus in quæsito de potentia materiæ primæ,& vt colligitur ex Aristot.2.de anima & 7.& 8.Metaphysic.scilicet de materia, forma,& de tertio quod ex his conflatur composito, substantia vero composita magis ens magisque substantia est, quam materia,& forma,ideo vera quidditas substantiæ erit composita ex materia,& forma , & istæ partes substantiæ compositæ materia & forma substantiæ sunt,quia partes substantiæ sunt, vt dictum est, quia non per se subsistunt sicuti est substantia composita,quæ proprie principaliter,& maxime substantia dicitur,vt patet in prædicamentis, vnde ipsa erũt partes quidditatis.

Cap. 2.

Tex.2. Tex.14.

Tex.5.

Tex 1. Tex 8. Tex.3.

Tertio est notandum,quod ista quinque nomina, scilicet essentia,quidditas,quod quid erat esse, forma,natura idem sunt realiter,differunt tamen secundum rationem, vnde essentia dicitur illud,per quod res constituitur in proprio genere, & in propria specie,& etiam dicitur illud,quod significatur per diffinitionem . Quidditas quoque est illa , quæ datur ad interrogationem factam per quid . Dicitur quod quid est , vel quod quid erat esse, illud per quod res habet esse quid,& de hoc plenus est totus fere septimus liber Metaphysic.vt patet expresse text. 12.& tex.20. Dicitur forma secundum quòd per formam significatur perfectio,vel certitudo cuiuscunque rei, vt ait Auicennas 2.Metaphysi.Dicitur natura prout est illud,quod quocunque modo intellectu capi potest,non enim res est intelligibilis nisi per suam diffinitionem,& essentiam,quo pacto Philosoph.ait 5. diuinorum,omnis substantia est natura,quod etiam testatur Boetius in libro de duabus naturis , & vna persona Christi.hanc doctrinam oportet,velint, nolint,fateri etiam Auerroistæ,quia ipsi dicunt , quod essentia,& quidditas non differunt nisi respectu, vt patet per Augustinum Niphum virum sua tempesta te clarissimum. Dicitur enim essentia, quatenus est principium diffiniendi. Quidditas vero est id,quod per diffinitionem explicatur,vnde Commentator 7. diuinorum ait, quod diffinitio est sermo certificatiuus quidditatis & essentię, habens quidditatem, est compositum ex materia,& forma,& hoc secundum rem est singulare, tamen vt concipitur ab intellectu est vniuersale , non vt suæ conceptioni cõrespõdeat aliquid præter singularia, nihil enim ipsi composito vniuersali in mente,vel in voce,vel in scripto correspondet præter singularia,tamen dicitur vniuersale, quia concipitur sub quadam confusa indifferentia, ad hoc vel ad illud singulare, singulare vero est habens quidditatem,& compositum discrete sumptũ, vt Socrates,vel Plato.

Essentia, & quidditas,& alia tria nomina sunt idem.

Tex.2.

Tex.5.

12.disput.7. Metaph.

Comm.43

Nota-

Notandum est postremo ex Arist.8. diuinorum, & ex D.Thom.quod genus sumitur à materia & differẽtia à forma,vnde genus non est proprie materia nec differentia forma,quia genus & differentia prædicantur de specie,materia autem & forma non prædicantur de composito ex quo intelligendum est, quod genus sumitur ab eo quod est materiale in re , differentia vero ab eo quod est formale,sicut genus hominis est animal,quia significat aliquid habẽs naturam sensitiuam,quæ quidem materialiter se habet ad naturam intellectiuam,& inde est ꝙ genus habet differentias potestate,& quòd genus & differentia proportionantur materiæ & formæ; hinc male sentiunt illi,qui volunt,quod genus refert materiam & differentia formam propter dictum Porphyrii in prædicabilibus,vbi asserit quòd sicuti statua componitur ex ære tanquam ex materia,& ex imagine tanquam ex forma,ita homo componitur ex genere veluti ex materia,& ex differentia veluti ex forma. Ar. quoque 10.Metaph.docet, quæ conueniunt genere, conueniunt etiam in materia,& sic genus significat puram materiam,& tamen Alexand. 2. Naturalium quæstionum pluribus rationibus ostendit,quod genus non est materia,nec differentia pura forma , inter alias hæc est potentissima,quia genus est in suis speciebus,& prædicatur de illis in eo quod quid est, & hac ratione dicitur commune & vniuersale , sed materia non sic communis dicitur;sequitur ergo genus non significare materiam.

Tex 6. De ente & essentia 6.3.

Cap.de differentia.

Tex.25.

Ca. vltimo.

Alia quoque ratio est,quia genus est æternum secunduꝫ speciem,& per continuam eorum quæ sunt successionem,sed materia est vna numero existens , æterna,& immortalis; quare sequitur genus materiã tantum non posse significare,neque etiam formam vniuersalem significare poterit,vt quidam Auerroistæ docere videntur,quod genus significat formam per quam sortes reponitur in genere, vtputa animã sensitiuam per quam Sortes est animal,hoc .n. esse non potest,quia anima sensitiua non prædicatur de Sorte,sicut genus,puta animal significabit. Ergo genus totum,vt quædam denominatio determinans significat id quod est materiale in re,sine determinatione propriæ formæ,& hoc est dictum,quod genus sumitur à materia,scilicet radicaliter,& sic venit intelligendum dictum Porphyrii & Ari.quod contrarium concludere videbatur.

Genus nõ significat materiam.

Genus sumitur a materia,quomodo intelligitur.

Quibus iactis ponitur hæc conclusio: quidditas non est simplex forma sola,sed est composita ex materia & forma, & sic materia nõ est deferens quidditatem,nec est pars essentiæ & non quidditatis vt alii qui sentiunt,sed vere,& proprie sua natura est pars quidditatis.

Sed aduerte,quòd materia tripliciter capitur pro nũc.Primo pro materia quæ est vna numero omniũ formarum.

Materia capitur tripliciter.

Secundo pro materia particulari vt hæ carnes & hæc ossa.

Tertio pro materia generica,vel specifica,siue vt est associata cum forma generica & specifica.conclusio non intelligitur primo,aut secundo modo , sed tertio modo,& hæc conclusio est de mente D. Tho. p.p.quærentis num anima sit homo,vbi vtitur ipse D.Tho.hac ratione.Id est de quidditate rerum naturalium,quod comprehenditur sub deffinitione ipsarum,hæc pro tanto est vera,pro quanto dictum est supra,quod quidditas est significatum diffinitionis, sed non solum simplex forma,sed etiam materia cũ

9.75.art. 4.

munis comprehenditur sub diffinitione:igitur ponenda quoque est materia communis,vt vera pars quidditatis.minorem probat, quia sicut de diffinitione huius hominis est,vt sit ex hac anima & ex his carnibus & ossibus, ita de diffinitione hominis est quòd sit ex anima & carnib. & ossibus,quia de quid ditate speciei est quicquid communiter est de substãtia omnium indiuiduorum cõtentorum sub ipsa specie,eandem conclusionem ponit in libello de ente & essentia,vbi probat quòd quidditas rerum naturaliũ non est materia tantum, quia ipsa non est principiũ cognoscendi,cum de se sit ignota,nec est forma tantum,quandoquidem diffinitiones naturales per hoc differunt à mathematica,quia istæ significant solam formam,idest formam absque materia sensibili, naturales significant formam & materiam sensibilem, nec est aliqua relatio inter materiam & formam,aut aliquid additum composito ex materia & forma, qa omnis talis relatio,& tale additum est accidens extraneum:ergo a sufficienti diuisione erit quid compositum ex materia & forma, quia hoc est illud,quo tanquam completo principio substantia composita denominatur ens.

Cap.2.

Quidditas non est relatio inter formam & materiam.

Et confirmatur,quia omne quod est,vel est quidditas,vel habens quidditatem,vel pars quidditatis,si enim illud non est aliquid horum trium nihil est,sed materia non est quidditas,nec habens quidditatẽ: ergo est pars quidditatis.

Confirmatur adhuc,quia quidditas rei sufficit ad hoc vt res sit,sed forma simplex sola non sufficit, igitur forma sola non est quidditas,& hæc est expressa opinio Arist.in 7.diuinorum,vbi habet:quoniam vero diffinitio ratio est,& omnis ratio partes habet,& sicuti se habent partes rationis ad rationem,sic se habent partes rei ad rem,vti ergo partes rei nempe cõpositæ puta materia & forma exprimunt totam rẽ, ita omnes partes rationis totam rationem rei,& primo Phys.vbi inquirit quæ sunt principia rerum naturalium,ait ea esse,ex quibus res naturales sunt & fiũt per se & non secundum accidens,& dans modum cognoscendi istam veritatem,ait resolues rationem rerum naturalium in rationes ipsarum, quibus stãtibus conficias tu hic ratiocinium , idest,quidditas rerum naturalium est,in quam resoluitur ratio earum, sed non resoluitur in formam tantum, nec in materiam tantum,sed in formam & materiam simul,vt homo musicus resoluitur in hominem & in musicũ , igitur forma & materia pertinent ad quidditatem rerum naturalium 7. Metap. pluribus in locis ait Philosophus aperte materiam pertinere ad quidditatem rerum naturaliũ,vt est locus manifestus in text.13. vbi habet,quòd incisio nõ pertinet ad diffinitionem,sed syllaba quæ est elementorum,elementa autem pertinent ad materiam, quasi dicat syllaba diffinitur per elementa ex quibus componitur,elementa autem respectu syllabarum reducuntur ad genus causæ materialis,vt patet 2.Phys.& sic vult Philos.materiam esse de quidditate definiti.

Tex.33.

Text 65.

Pulchra ratio pro conclusione.

A tex.13. vsq; ad 40.

Text.31.

Adde & tu,quòd si anima non est animal totum, nec anima est tota quidditas.

Adhuc habemus Ar.reprehendentem Platonem de parabola Socratis iunioris,quam consueuit dicere non bene se habet , quia non est simile de circulo & homine,superfluum enim est auferre materiam à qd ditate rerum,quia quædam sunt hoc in hoc, idest forma in materia.

Adde etiam ꝙ 8.Metap.laudabat Architam Tarentinum

Tex.6.

rentinum qui diffiniebat per materiam & formam vbi commen.ait in commen.quòd tales sunt diffini tiones perfectæ,& sunt rerum naturalium:& aduerte quòd hoc non solum veritatem habet in rebus natu ralibus,verum etiam & in artificialibus,vt bene nota

Comm. 16.

uit Ammonius super Porphyrium,& primo de anima comment.6.docuit Auer.quod diffinitio si omit tit formam & recipit materiam,diminuta est,si vero sumit formam & dimittat materiam,videtur dimittere aliquod non necessarium,sed non est ita, quoniam forma debet accipi in diffinitionibus secũdum

Definitio sine materia est manca.

dispositiones in quibus existit, & lucidissimus Themist.in eodem loco dicit, diffinitio ea quæ materiã tantum sectatur eius est,qui naturam explorat, sed cessans & manca est,nisi formæ meminerit, at formam quidem semper in diffinitionibus collocare debemus,quæ locum principem obtineat,ita tamen vt à materia non recedamus,etiam si forma ratione pos sit abiungi, etenim formæ naturali semper materia opus est.

Sed dices, concedo quòd materia est pars definitionis,& essentiæ,non tamen est pars quidditatis. cõtra,quia dictum est supra quòd quidditas & essentia sunt idem.

Comm. 27.

Deinde est contra Auer.7.Metaph.vbi habet q̃d quidditas quam habent species in rebus generabilibus est aliquod medium ,idest compositum ex mate

De substantia Metaph. 4.

ria & forma, quod Boetius in libro de duabus naturis,& vna persona Christi, & in comment. prædicamentorum dixit, Vsia significat compositum, vsia enim apud Græcos idem est,quòd essentia apud nos, & Auicen.hoc idem semper docuit dicens, ꝙ quidditas substantiarum compositarum est ipsa compo sitio formæ & materiæ: si alias quoque probationes

Lege Caiet.

requiris vide Caiet.Card.2.c.de ente & essentia, vbi hoc idem pluribus rationibus & authoritatibus confirmat.

Solutio primi Arg.

Et ne prolixior sit nostra disputatio,quam natura subiecti perquirat,reuertamur ad principale institutum,siquidem non est difficile soluere quæ huic veri tati opponebantur.Ad primum dicimus quòd materia duplex est:altera communis veluti sub forma generica & specifica considerata,vt dictum est supra,altera particularis veluti quæ est sub forma indiuidui, & vt habet potentiam cum priuatione annexam ad reliquas formas recipiendas:quo stante dico ꝙ Aris. Auer.& Themist.intelligunt de materia secũdo mo do sumpta,quòd materia est principium quo res esse & non esse poterit.

Soluitur secundũ Arg.

Ad secundum dicimus,quòd materia secũdum se est ignota,non autem vt permanet sub forma generica & specifica.

Sol.3.Arg.

Similiter Ad tertium cõcedimus, quòd per solam formam res efficiuntur intelligibiles, sed primo & principaliter, per materiam enim communem quoque res sunt intelligibiles,licet non per materiam signatam.

Solu.4.Arg.

Ad quartum negamus materiam communem esse non ens, nec priuatio est forma materiæ,licet sit absentia & carentia ipsius.

Solu.5.Arg.

Ad quintum concedit D. Thom.materiam signatam sub certis dimensionibus esse principium indiui duationis,sed non materiam communem, nec oppositum huius sentit Auer.

Solu.6.Arg.

Sextum quoque soluitur eodem fundamento quo supra,quòd materia quę habet annexam priuationẽ, est causa corruptionis, sed materia communis est,p quam æternantur etiam ipsæ res naturales.

Solu 7.Arg. Tex.9.

Ad septimum concedimus materiam signatam esse causam distinctionis quidditatis à supposito, sed non communem, & sic intellexit Arist.3.de anima, in conceptis cum materia signata & sensibili quod quid est differt ab eo cuius est.

Solu.8.Arg.

Et sic ad octauũ docemus nos quoque partes materiales signatas & sensibiles esse posteriores,non autem specificas & vniuersales.

Solu 9.Arg.

Ad nonum concedimus formam esse quod quid erat esse,tanquam principalissimam partem diffinitionis & completiuam eiusdem,sed non simpliciter, hinc appropriate potest dici quidditas,sed non totaliter,vti anima dicitur homo,& puppis nauis,& senatus ciuitas,quia est principalior pars eius,sed non dicitur totaliter.

Sol.10.Arg.

Ad decimum negamus materiam nõ esse naturã, & ad dictum Phil.dicimus, quòd non est integrum, ait enim ibi Arist.definiens ea quæ à natura denominantur,habentia naturam sunt illa quæ habent in se ipsis principium sui motus:& talia sunt omnia subiecta naturæ,quia natura est subiectum,secundum q̃d natura dicitur de materia,vt exponit D. Tho.& est in subiecto semper,vt natura dicitur de forma.

Sol.11.Arg.

Vndecimum soluit D.Thom.exponendo tex.28. vbi Arist.ait,quod ad causam formalem reducuntur omnes partes quæ ponuntur in diffinitione. mouet dubium S.Thom.quomodo ergo in definitione rei ponitur materia,si partes diffinitionis sunt in genere causæ formalis, & respõdet quod materia indiuidua lis est illa quæ non ponitur in definitione speciei,sed materia cõmunis ponitur,vt puta in definitione hominis ponuntur carnes & ossa,nõ autem hæ carnes, & hæc ossa,natura enim speciei constituta ex forma & materia communi se habet vt formalis respectu indiuidui,quod participat talem naturam,& pro tanto dicitur ab Arist.quod partes quæ ponuntur in definitione,ad causam formalem pertinent.

Sol.12.Arg.

Ad duodecimum dicimus quoque Aristot. excludere à quidditate materiam particularem,nõ autem communem,& quando in 7.Metaph. Aristot.dicit, quòd de tertia substantia pura de forma est perscrutandum,subiungit quia est maxime dubitabilis, & non dixit,perscrutandum est de forma quæ ipsa sola sit quidditas,immo ex illo loco potius habemus argumentum in cõtrarium,quòd dubitabile est,num forma sit quidditas.

Tex.10.

Soluitur tertiũdecimũ. Arg.

Ad tertiumdecimum quod est argumentum sophistarum dico quòd non concludit,quoniam quidditas hominis est composita ex materia & forma,ut essentia habita ab aliquo puta ab homine,homo vero est compositus ex materia & forma,vt subiectum habens essentiam,vt docet D.Th.& etiam Scotus &

4 cont gen. c.8 q.12.

Antonius Andr.7.Metaph.nec valet illa maxima, q̃ cunque sunt eadem realiter,quidquid prædicatur de vno prædicatur de altero,quia aliquid potest cõueni re vni vt distincto s̃m rationem ab altero,quod non conuenit alteri,vt puta habere quidditatem cõuenit homini vt distincto secundum rationem à sua quidditate,quia homo est habens,quidditas est habita.

Soluitur quartumdecimũ Arg. Comm. 18.

Ad quartumdecimũ dicimus quòd res mathematicæ abstrahunt à materia sensibili quæ est affecta qualitatibus,sed non abstrahunt à materia intelligibili,vt docet D.Thom.2.Phys.

Solutio vltimi Arg.

Ad vltimum dicimus responsionem datam esse optimam,& ad replicam concedimus materiam solam& secundum se non esse quidditatem, nec partem

tem quidditatis,sed prout est associata cum forma.

Vt pluries diximus forma quoque est pars quiddi tatis,sed principalior & terminatiua eiusdem, ideo appropriate dicitur quidditas, sed non simpliciter: hæc enim est rei veritas apud Philosophos quæ est consona quoque sacris Theologis, cum verum vero

Hæc veritas est conformis veritati theologicæ.

non contradicat,vt patet per D.Th.3.sent. dis. 5.q. 3.ar.3.& 3.p.q.3.ar.3.vbi quærit num filius Dei debuerit assumere humanã naturã abstractã ab omnibus indiuiduis,& determinat in corpore articuli,quo ad naturã speĩ rerũ sensibilium pertinet materia sensibilis,quæ ponitur in eius definitione,sicut carnes & ossa in definitione hominis,alludendo ad istam veritatem declaratam.Et per omnia benedictus Deus.

DISPVTATIO QVARTA.

In qua ostenditur formam esse præstantiorem composito, contra aliquos Philosophos oppositum asserentes.

QVAERO, num forma sit præstantior composito,& arguo ad oppositam partem,quia totũ est perfectius non toto,compositum est totum, for

Primũ Arg.

ma non est totum:ergo compositum est perfectius: maior ab Arist. primo cœli.minor est de se manifesta,constat enim compositum ex materia & forma tanquam ex partibus.

Tex.3.

Secũdo.Præterea, quod plures includit perfectiones est perfectius eo quod pauciores includit Arist.

Ca.6. Secundum Arg.

habet istam propositionem primo topic. & est nota ex se, sed compositum plures includit perfectiones quã forma ipsa,nam continet perfectiones suipsius, & perfectiones materiæ & formæ: ergo compositũ est perfectius forma ipsa.

Tertio, finis est nobilior his quæ sunt ad finem 2. Phys.sed compositum est finis materiæ & formæ:er

Tertiũ Arg. Tex.31. Tex.37.

go est eis nobilius:minor est Auer.2.de anima, vbi habet,dicimus enim quòd anima & corpus nõ sunt nisi propter animatum.

Quarto,illud est nobilius quod plures includit for

Quartũ Ar.

mas;sed compositum plures includit formas,quia cõplectitur formam partis & formam totius: igitur cõpositum est præstantius forma.

Quinto,continens est præstantius contento ex 4.

Quintum Arg. Tex.49. Tex.4.

Phys.sed compositum est continens, forma est contenta,vt scribitur primo Physic.ergo compositũ est præstantius forma.

Sexto,Prioritas totius ad partes est prioritas for

Sextũ Arg.

mæ ad materiam,prioritas partium ad totũ est prio ritas materiæ ad formam vt scribitur 7.Met. nunc ar

Tex.35.

guo,Partes respectu totius sunt vt materia:ergo imperfectiores composito, nam forma informans est pars compositi:igitur imperfectior composito.

Septimo,ens p se est perfectius & præstantius en

Septimum Arg. 2.Physic.circa finem.

te per accidens,sed compositum est ens per se,forma est ens per accidens;ꝙ patet ex generationibus ipsorum,quia compositum per se generatur, forma vero per accidens:igitur compositum erit præstantius forma.

Octauo,esse compositi non solum est à forma sed

Octauum Arg.

à materia:ergo compositum propter illa duo esse estnobilius forma habente vnum esse tantum: consequentia est nota cum antecedente.

Nono,si forma esset nobilior composito, hæc ab

Nonũ Arg. Inconuenientia sequẽtia opinionem aduersam 7.

surda sequerentur.Primum,quòd non essent tria rerum naturalium principia.Secundum,quòd materia non esset substantia,sed nihil.Tertium,quòd cõpositum esset nullum;hæc omnia vnico medio probantur,quia tunc materia nullam diceret perfectionem, & sic non esset bona,nec esset ens,& sic nihil,quo po sito materia non esset principium, & sic non essent tria,& compositum non esset compositum, & periret tota Philosophia.

Vlti. Arg. P. I. q. 29. artic. 3. Persona q̃d significat.

Decimo,& vltimo hoc probatur,quòd sit de intentione D.Thom.disputantis num in diuinis sit ponendum hoc nomen persona,& determinat, quod sic,quia persona significat ad quod est perfectissimũ in tota natura,s.subsistens in rationali natura, & cũ omne dicens perfectionem sit Deo attribuendũ,sequitur quòd in diuinis sit hoc nomen persona: nunc sic,subsistere est perfectius non subsistente,sed compositum est subsistens,forma vero non,ergo compo situm est perfectius forma.

In hac quæstione tria faciemus.

Primo declarabimus titulum quæsiti.

Ordo quęsiti obseruandus.

Secundo determinabimus veritatem.

Tertio soluemus quæ obiiciuntur in contrarium.

Quantum ad primum sciendum est, quòd forma est duplex,altera est substantia,altera accidens; substantia adhuc est duplex,altera dicitur impetus mutationis innatus,& est natura ex 2.Phys.altera vero est endelechia,siue actus primus corporis Physici q̃

Tex.4. 2.de anima. Tex.4. Multiplex forma.

animam Philos.appellat, & est duplex:altera obnoxia ortui,& interitui,quia educitur de gremio materiæ,vt anima vegetatiua,& sensitiua in brutis: altera vero æterna deforis adueniens,cõtinens in se priores,vt perfectio numeri ternarii continet perfectionem binarii,& hæc est anima rationalis: forma quæ est accidens duplex etiam est,altera corporalis vt albedo in pariete,altera spiritualis, vt species intelligi bilis est forma intellectus possibilis,& sic etiam habitus scientificus.

Compositũ est multiplex.

Sciendum etiam quòd compositum cum ex materia,& forma constet,multiplex est: quoddã compositum est substantia,quoddam accidens: compositũ quod est substantia alterum est, quod cõponitur ex materia,& forma simplici,vt ignis & terra:alterum vero est constitutum ex corpore & anima vt planta, & animal:compositũ quod est accidens dicimus concretum,siue id quod denominatiuum Logici vocãt.

Quid sit perfectio. 1.cęli. Tex.45.

Perfectio secũdum Philosophos est dispositio secundum se indeficiens,& non indigens: vnde illud erit magis perfectum quod erit magis indeficiens & non indigens:ex consequenti illud erit minus perfectum,quod quodammodo deficiẽs & indigens erit.

Cap. de substantia. Tex.4. Tex.3. Tex 8.

Sciendum quoque,quòd hæc quæstio potest habere fundamentum ex prædicamentis,vbi Ar.vocat substantiam primam,quæ est compositum maxime substantiam,& ex 2.Physi. vbi fit comparatio inter naturam,& id quod habet naturam, & quod habet naturam est subiectum, & magis substantia quã natura ipsa,& 2. de anima videt̃ clarissime asserere Ar. quòd compositum sit perfectius ipsa forma 7. quoq; diuinorũ ait,quòd ea prioritate qua forma est prior materia,compositum est prius forma secundum trãslationem Alexa.& Arg.1.ex quibus verbis apparet quòd Auerr.Alex.Simpl.D.Thom.& Scotus aperta fronte docent,compositum esse præstantius forma.Ex quibus habetur sensus quæsiti, quoniam quærimus num forma substantialis sit perfectior cõposito suo in actu perfecto: hinc videre poteris tu diligens lector errorem illorum,qui in suis primordialibus notulis faciunt mentionem de composito potentiali,& tamen de eo nullo pacto venit nostra hęc disputatio

sputatio intelligenda. Quandoquidem quis ita ignarus est,qui nõ agnoscat formam esse præstantiorem tali composito? hæc de primo.

Opinio Iacobi Bargii Minoritæ.

Quo ad secundum sunt quidam,qui asserunt formam esse minus perfectam quam compositum,quia compositum habet omnem perfectionem ipsius formæ,& etiam perfectionem ipsius materiæ,& quibusdam Sophisticis argumentis probant materiam nedum esse perfectam,immo esse perfectiorem forma, quia æternum est perfectius caduco, sed materia est æterna,forma vero caduca: igitur &c.Maior est Ar.

8.Metaph. Tex.16. Tex.2.

minorem docet Alex.8.Metaph.dicens, materia est omnium naturalium formarum subiectum,quæ formæ corrũpuntur,& materia remanet semper. Arist. quoque ex intento probat materiam esse æternam, quia omne quod generatur,generatur ex aliquo, materia non habet subiectum ex quo generari possit: igitur &c.

1.Phys circa finem. 7.Metaph. Tex 4. 1. Physicor. tex.63.

Addunt aliam rationem demonstratiuam ad principalem cõclusionem,quia substantia dicit perfectionem,materia autem est substantia:igitur materia dicit perfectionem.

Corroborant hoc quia aiunt,accipiamus materiã primam & comparemus ipsam ad priuationem,& q̃rimus quod istorum est mobilius materia an priuatio,certum quòd omnes dicunt materiam,& non priuationem.

Præterea ens & bonum conuertuntur,sed bonum dicit perfectionem:ergo ens,igitur & materia, cum materia sit ens & bonum,licet non ita perfectum bonum sicut forma,cum dicat Ar.primo cœli, a primo quidem ente deriuatum est esse his quidem clarius,s. formæ,his obscurius,scilicet materiæ.

2.de anima Tex.21.

Item nobilius est esse ipso nõ esse,sed materia habet esse distinctum à forma & à priuatione: ergo dicit aliquam perfectionem & nobilitatem;huius opinionis est Auerr. dicens quòd formæ perficiuntur p materiam: persuadet hoc idem ratio naturalis quæ vult causam esse nobiliorem causato,sed materia est causa,cum sit vnum ex principijs rerum naturalium:

Prim. Phys. Tex.49. 2.Phys. Tex.27. Tex 6. Cap.1.

igitur &c.nec valet resp. Thomistarum dicẽtium q̃ causa est nobilior causato: tenet hæc propositio de causa in actu,& non de causa quæ est pura potentia, quia hęc responsio est contra Ar.& Auer. Arist.enim 8.Metaph.ait quòd nomen materiæ significat aliqd quod est in actu,& Auer.li.de substantia orbis ait loquens de materia prima,hoc autem subiectum est vnum elementum æternum existentium per se:si existit per se,necesse est vt aliq̃ perfectionem dicat, eo magis q̃ à materia non potest negari,quin non sit in ea actus aliquis saltem imperfectus,qui vocatur entitatiuus.

9.Metaphy. Tex.10. 2.de anima Tex.2.

Sed hæc opinio ab omnibus reprobatur,& nullus recte philosophando ausus est eam docere,quandoquidem ridiculum arbitramur dari hunc actum entitatiuum in doctrina Peripathetica, vt alias ostendimus:non enim etiam si detur licentia fingendi, imaginari possumus alium actum,nisi primum & secundum:actus primus est forma,actus secundus est operatio,cum ergo actus entitatiuus nullus istorũ sit, sequitur q̃ male eum posuit Henricus, & Scotus post ipsum,& quilibet alius eum docens. reperitur etiam

p.p.q.14 artic. 1.

in doctrina Arist. actus simplicissimus.cuius intellectio & intellectus sunt idem omnibus modis: hic nõ competit iam materiæ primę,cum sit Deus optimus, nec etiam competit materiæ actus subsistentiæ siue hypostaticus,quia hic conuenit composito singulari,nec conuenit materiæ ille actus medius,quem dixit Auer.conuenire orbi,quia orbis est natura media inter puram potentiam & actum purum in doctrina Auerroica.Et siquis ponat actum entitatiuum esse actum transcendentem,s'm quem res quælibet est extra causam suam,hoc non poterit esse,quia id per qd̃ materia est extra causam suam,est pura potẽtia à primo ente ei largita, per quam potẽtiam ipsa materia est sufficiens vt ab alijs rebus sit distincta.

Lib.de substãtia orbis cap.2.

Adde & tu quia iste actus entitatiuus est p̃p esse, vel propter diuidi,sed neutrum horum est dicẽdum, quia potentia sufficiens ad esse materiæ,& per ipsam quoque diuiditur ab omni alio,quod non est ipsa:igitur ab Aristot.& a veritate est alienus iste actus entitatiuus.

Ratio ad hominem, Opinio Iacobi Bargii Scotistæ.

Deinde si materia esset in actu entitatiuo,vt vult iste Iacobinus,& potẽtia est eius propria passio,tũc sequitur q̃ in eo esse quo materia est in actu entitatiuo,& in eo priori põt esse per se & actu sine potẽtia.probatur consequentia,quia secundum istum hominem subiectum potest esse sine sua propria passione,& si materia erit sine potentia sua passiua,tũc non erit motus,neque transmutatio, & tunc peribit scientia naturalis, immo hoc dato statim corruit vniuersa natura nec fugiendum est ad potentiam obiectiuam,quia ipsa nihil est,quia terminus eius est nihil,vt alias ostendimus.

Ratio entis est prior ratione boni, ob id ens non dicit perfectionem. Vide Caiet. libr de ente & essentia cap.2.

Et ad rationes huius opinionis dicimus non cõcludere.

Prima enim non valet,materia est æterna, igitur dicit perfectionem, quia æternitas non dicit perfectionem nec imperfectionẽ;abstrahit enim ab vtraque:est enim veluti relatio.

Deinde forma vt forma non corrumpitur,sed bene hæc vel illa forma corrumpitur,& materia æterni tatem quam habet fortitur'a forma,& hoc vult Ale. loco illo.

Alia ratio etiam nullius momẽti est,quia licet materia sit substantia,non tamen ex se dicit perfectionẽ nisi eam quam habet à forma, & licet substantia sit prior tempore notitia,natura,& perfectione ipso accidenti,hæc verba intelligenda veniunt de substãtia composita,non autem de materia ipsa.

7.Metaphy. Tex.4.

Ad aliam rationem dicimus,quod illa est comparatio abusiua & non vera, cum vera comparatio sit inter vniuoca.

Nec valet,habet esse distinctum à forma, ergo dicit perfectionem distinctam,quia illud esse est potẽtiale à quo negatur omnis perfectio.

Ad aliam quod materia est bona, dicimus q̃ bonitas in materia est bonitas entis, qd̃ in materia est purum potentiale omni perfectione carens.

Primo cœli Tex.100.

Authoritas Ar.intelligitur,q̃ a primo ente deriuatum est esse his clarius,s.entib. propinquioribus, his obscurius.s.lõge existentia à Deo habent esse imperfectum, propinquiora ad Deum habent esse perfectum:sed nõ loquitur ibi Arist.de actu entitatiuo, sed de graduatione rerum iuxta propinquitatem,& elõgationem ad primum principium.

Ad rationem naturalem dicimus,quòd licet materia sit causa,est tamen receptiua ipsius formæ,& ista receptio potius dicit imperfectionem quam perfectionem,quia causa dans esse formaliter vel effectiue dicit perfectionem, non autem causa suscipiens perfectionem ab alio. Dicta Arist.& Auerr. & omnium aliorum si aliquis Doctor inuenitur qui hoc dicat,intelligenda sunt hoc modo,videlicet quòd materia

teria existit per formam,non autem per aliquid qd̃ sit separatum à forma.

Decisio disputationis. propositę. Prima ratio probans cõclusionem.

Reiecta hac opinione tanquam falsa,proponitur conclusio pro veritate dilucidanda.Forma est simpliciter perfectior composito,quia id à quo compositũ suscipit nomen,& definitionem,determinationem, constitutionem,& perfectionem, est eo perfectius, sed compositum à forma suscipit nomẽ,definitionẽ, & cætera omnia alia quæ habet,vt patet omnibus etiam tonsis:igitur forma erit perfectior,& magis ens quam compositum:immo forma hoc modo dicitur quoddam totum, quia cum duplex sit totum alterũ continens,siue contentiuum,veluti aurum est totum respectu metallorum, & Deus dicitur esse omne vt dixit Parmenides,& sic nos sumus partes Dei non essentiales,aut integrales,sed contẽtiuę, quia sumus in eo contenti eminẽter & virtualiter,immo totus mũdus continetur in ipso Deo: ꝓpterea potest dici qd̃dam totum respectu mundi, & etiam pars constitutionis illius:vnde Deus est perfectior omnibus entibus mundi cõiunctim & diuisim, & compositum ex Deo & mundo non est perfectius Deo: & sic etiam forma potest dici totum continens, siue contentiuũ respectu compositi,quia est causa essendi illius in actu,& continet omnem perfectionem compositi,& illam materiæ si aliquam perfectionem posito & nõ concesso quod haberet, propterea absolute & simpliciter est perfectior magis ens,& magis substantia quam compositum, licet secundum quid possit dici quòd sit eo imperfectior, quia est pars compositionis illius,sed est totum continens siue contentium, vt dictum est. Alterum dicitur totum quod est compositum ex rebus diuersis,quarum vna est actus, altera potentia, & hoc est multiplex,vt declarauimus in Additionibus primi Phys. valet igitur ratio præposita,quòd si à forma compositum suscipit suam p fectionem,quòd sit ea imperfectius & minus ens,minusque substantia.

Accipit hoc ex 1.cęli cõmen.3.

Quomodo in Deo ẽ totum & pars lege D. Th. p.p.q.3.art. 1.ad 4. Forma est totũ contentiuũ, & pars compositionis.

Secunda rõ.

Prætera;per formam cõpositum est vnum, & aliquid,& ens,& perfectum,igitur forma erit magis vna,magis ens,magis perfecta, quam ipsum compositum;consequentia patet:antecedens est Arist.5.Metaph.& etiam 8.Metaph.tex.16.

Tex.15. Tertia ratio Tex.32. Tex.28. Tex.36.

Rursus, dans esse dat consequentia esse, ex octauo Physic.a scultationum,& ex 3.lib. de cœlo,& mũdo,sed forma dat esse compositi, vt scribitur libr.2. de anima: igitur dat omnia quæ consequuntur ipsum compositum, sed perfectio est consequens esse compositi,ergo forma dat cõposito perfectionem, & sic sequitur quòd sit perfectior, & magis ens quã compositum,& confirmatur per regulam posterio-

4.poł.tex.7.

rilticam, propter quod vnumquodque tale & illud magis,sed propter formam compositum est, & est ens & substantia: igitur &c. Et hæc regula tenet in causis vniuocis.

Quarta rõ.

Item,finis est perfectior his quæ sunt ad finem, sed anima est cuius gratia & finis compositi ex 2.libro de anima:ergo anima est perfectior & nobilior animato, & sic vniuersaliter forma est præstantior composito, quia eius finis ex 2. de Physico auditu.

Text.70. & 81. Tex.2.

Adde illud,cuius scientia est nobilior & præstantior,est nobilius & præstantius, vt scribitur in prologo primo de anima & 6.Metaph.sed scientia de anima est nobilior & præstantior scientia de composito, & sic sequitur quòd anima sit nobilior animato,

Quinta rõ.

& ex cõsequenti forma est præstantiór composito, quia anima est forma,deinde videmus quòd compositum intelligitur per formam, & forma habet minorem cõpositionem quam cõpositum, & sic est propinquior & similior primo principio,qd̃ est simplicissimum & perfectissimum.

6.ratio. Tex.16.

Præterea,definitio est prẽstantior definito,sed definitio est forma,& definitum est cõpositum, vt habetur 8.li.diuinorum:igitur forma est nobilior ipso composito,tunc enim scimus perfecte,cum cognoscimus quodquid est rerum,& quodquid est compositi,est forma ex 2.de anima.

Tex 4. Septima rõ.

Rursus,perfectio compositi quam dicunt aduersarii esse supra formam,non erit à materia,quia nemo dat quod non habet:nõ erit ab ipsomet composito,quia compositum non habet ex se illud quo est: igitur erit à forma,& sic semper sequitur quòd forma erit perfectior composito.

Octaua rõ.

Item,confessum est apud omnes Peripateticos in vnoquoque genere esse vnum,quod sit primum metrum & mensura aliorum.Et iam vulgatissimum est substantiam esse vnum genus:nunc sic,simpliciter tale est metrum & mensura & perfectissimum in suo genere,vt in genere colorum,& in ponderibus docet Ar.10.Metaph.sed forma in genere substantiæ

Tex 10. Tex.1.

est simpliciter,vt docet Arist.2.de anima, substantia est vnum genus,& infra quod proprie est actus, igitur forma est metrum & mensura in genere substantiæ,& sic erit præstantior omnibus,quæ in ipso genere substantiæ reperiuntur,ex consequenti ipso composito.

Nona ratio.

Adde ex concessis ab aduersarijs:æternum est pfectius caduco,sed forma est æterna,vt habetur 12. Metaph.& compositum est caducum, primo Phys.

Tex.12. Tex.64.

igitur habetur quod forma sit nobilior composito.

Decima rõ. Tex.8.

Præterea,si compositum est perfectius forma, illud aut est propter esse,aut propter operationẽ, sed vtrumque istorum est à forma, nec oportet vti tergiuersatione aliqua quòd esse aut operatio sit à composito:ergo sequitur quòd forma est præstantior ipso composito:huius opinionis est Ale.7.diuinorum, vbi deducit formam esse præstantiorem composito propter prioriatem naturæt,& temporis, præcipue quia est quædam forma quæ est Deus,qui est sua bonitas,& cunctis temporibus est prior & effector & auctor omnium. Auerr. quoq; eodem loco loquens

7.Metaph. Tex.8.

de materia & forma ait:actus est prior & magis ens quam potentia:sed forma est actus,materia est potẽtia:ergo forma est prior,& magis ens,quã materia : & eadem ratione probatur de composito:id qd̃ non habet perfectionem & esse nisi beneficio alicuius, est posterius & minus eo,sed compositum non habet perfectionem nec esse nisi beneficio formæ:igitur est posterius & minus ens quam ipsa forma: ad idem currit D.Tho.vtens regula illa, propter quod vnumquodque tale &c.Sed materia & compositum sunt ens in actu propter formã: ergo forma est magis,ens quam materia & compositum.

Comm. 47. Comme. 7. Comme. 72.

Et siquis diceret,quòd Auerroes videtur sustinere oppositum 2.Physi.& 2.de anima & octauo libro diuinorum,quibus in locis expresse ait,compositum est dignius habere hoc nomen substantia, quam materia & forma, & hoc rationi consentaneum videtur,quandoquidem totum ipsum per se à natura intenditur, partes vero per accidens, vnde Philosophus primo cœli dicebat,quòd totum & perfectum

Tex.3.

idem sunt: ergo quod magis habet rationem totius erit magis ens,& pfectius,sed nihil habet magis rõnem

nem totius quã ipsum totum, sequitur ergo falsum esse, quòd forma sit præstantior composito.

Sed dicimus ad hoc, quòd Auerr. in his locis loquitur secundum famositatem, apud enim vulgum nõ cognoscitur nisi compositum, quod vere existit, & habet esse manifestissimum in natura, propterea vulgares dicunt illud esse perfectius & magis ens, & Tex 8. secundum illos loquitur Auerr. hinc Aristot. 7. diuinæ Philosophiæ neglexit inquirere de substantia composita, quia omnibus est manifesta, & quia ars In prologo. est de difficilioribus, & sic difficilia inquirit, & non vulgaria primo diuinæ Philosophiæ, & id quod est famosum, non est in toto verum, neque in toto falsum, vt docet Aristo. 2. Topicorum, hinc in prædicamentis vocauit primam substãtiam, quæ est compositum, proprie & maxime substantiã, & 2. de anima, Ca 8. & 7. diuinorum vsus est verbo videtur quod est verbum topicum, & eorum, qui existiment composita Tex 1. esse magis substantias, sed nos loquimur hic scientifice & non famose. Tex 5.

Et illæ duæ rationes soluuntur, quia forma est qd̃dam totum, & per se intenditur, & compositum est propter formam scientifice.

Secunda etiam soluitur, quia forma est magis totum quam compositum, quia est totum contentiuum. Hinc Caiet. primo de Anima examinans propositionem illam, scientia de anima excedit alias In prologo primi libri de anima sciẽtias nobilitate subiecti, excepta diuina, cum scientia de corporibus animatis nobilior est, quemadmodum corpus animatum est nobilius anima, & vniuersaliter totum est nobilius sua parte. Et respondens huic argumẽto, supponit tanquam manifestũ per se substantiam esse perfectiorem accidentibus, & substantiam diuidi in materiam, & formam, & cõpositum, & formam esse nobiliorem vtrisque, & animam esse nobiliorem omnibus formis naturalibus, Cõparatio supponit distinctionem extremorũ. vt patet ex multiplicatione operationũ eius. Subdit quod comparatio supponit distinctionem extremorum, non est comparanda anima corpori animato, vt includit animam, & aliquid vltra, quia nec sic ab alia scientia consideratur, quoniam oportet iterare dicta de anima, sed comparanda est corpori animato, vt distinguitur contra animam, sicuti consideratur in libro de anima, & hoc modo constat animam esse nobiliorem corpore animato, & sic vniuersaliter forma est nobilior cõposito. Addit, nec decipiat Anima est nobilior corpore anima to. te, quod videtur impossibile prima facie abstrahere compositum à forma, hoc enim secundum rem quidem impossibile est: sed secundum intellectum impossibile non est, immo nec difficile, possumus enim seorsum considerare conditiones formæ, & seorsum quæ in composito ex compositionis parte redundant, vt patet cõferenti considerata in libris de Consideratio Arg. vegetabilibus, & de animalibus, ex his conficitur tale argumentum: merita, conditiones, circunstantiæ, leges, attributa, formæ sunt nobiliora cõditionibus, & circũstantiis compositi, igitur forma est nobilior composito: nulli ergo dubium amplius esse poterit de hac conclusione.

Soluitur 1. Arg. Propterea descendendum est ad solutiones argumentorum, & ad primum dicimus, quòd licet totũ sit perfectius non toto, & forma sit pars ipsius compositi, tamen compositum ipsum totalitatem, & perfectionem omnem, quàm habet à forma, ipsa suscepit, deinde dictum est, quod forma ipsa est quoddã totum contentiuum.

Soluitur 2. Arg. Ad secundum etiam dicimus, quòd forma continet omnem perfectionem compositi, & illam materiæ si quam habet, vt alias diximus, est enim ipsa forma totum continens, & deinde merita formæ ex ipsis semper sunt excellentiora, & nobiliora meritis ipsius compositi.

Soluitur 3. Arg. Ad tertium dicimus, quòd forma est finis compositi, & non econuerso, & hoc docuerũt Arist. & Aue. 2. de anima, quòd anima & corpus sunt vt animatũ Tex. 27. existat, non quòd animatum sit finis animæ, sed potius econtrario.

Soluitur 4. Argumen. Ad quartum negamus in composito reperiri plures formas, & posito adhuc quòd essent plures formæ in composito, vltima erit nobilior & præstantior omnibus formis præcedentibus, & etiam ipso composito.

Soluitur 5. Argumen. Ad quintum dicimus, quòd forma continet compositum, quia terminat, & perficit ipsum, & propterea continentia formæ est continentia causæ, continentia vero compositi est continentia effectus.

Soluitur 6. Argumen. Ad sextum dicimus, quòd licet prioritas totius sit prioritas formæ, tamen totum est totum propter formam: ideo forma semper sequitur, quòd sit nobilior & præstantior composito.

Adde etiam quòd alia consideratio est de forma, vt forma est, & alia de forma, vt est pars compositi, quia sic nihil aliud sequitur, nisi qd̃ sit imperfectior secundum quid ipso composito.

Soluitur 7. Argumen. Ad septimum dicimus, quòd cum in omni generatione sit duplex terminus, scilicet terminus qui, & terminus quo, terminus qui, dicitur proprie ipsum compositum, quòd producitur, & appellatur terminus, quia terminat generationem, eo enim producto cessat generatio: terminus quo, est ipsa forma rei genitæ, qua mediante compositum terminat generationem, & quia aliquod generari est ipsum capere esse, cum generatio sit mutatio de non esse ad esse 5. Phy. formã igitur generari est ipsam capere esse, & quia per se capit esse, propterea per se quo Tex. 7. que dicitur generari, sed non vt terminus qui, sed vt terminus quo: hinc Aristot. aiebat 2. Physico. quod Text. 17. generatio est via in formam, quæ verba exponens Auer. dicit, quòd generatio est via ad hoc, vt forma fiat, sed omne quòd fit, capit esse, & per consequens generatur, & sic falsum assumptum est in argumento, quòd forma generatur per accidens, qua propter nihil concludit.

Soluitur 8. Argumen. Ad octauum dicimus, compositum non habere nisi vnum esse perfectum, & completum, & hoc totum dependet à forma: illud autem esse, quod est à materia, est potentiale, & imperfectum.

Soluitur 9. Argumen. Ad nonum dicimus, qd̃ nihil absurdi sequitur ex nostra positione, quia tria sunt principia in fieri, & duo in facto esse: & vnũ illorũ dicit perfectionẽ, alterũ vero non, cũ sit pura potentia. Secũdum quod reputabant absurdum, etiam nullum est, quia materia nihil est in actu, sed est substantia, quæ est potentia, vt ostendimus nono Metaphysic. in disputationibus nostris contra Anton. Andream. Tertium absurdum, quod isti tanti faciunt, nihil fundamenti habere iudicamus, quia compositum dicit tertiam entitatem realiter distinctam a partibus, & est per se vnum ab vnitate formæ. Et ad ipsos aduersarios sequuntur ista absurda, quod quatuor essent principia rerum naturalium, nempe forma, materia, priuatio, & potentia, & quod compositum naturale sit veluti cumulus lapidum, qui fit ex pluribus entibus in Disput 8. actu.

actu. Item quòd nullus esset motus, & transmutatio, nullaque naturæ cõtemplatio, & sic destrueretur vniuersa Philosophia.

Sensus verborum Diui Thomæ. Ad dictum Diui Thomæ dicimus, quòd venit intelligendum hoc modo, scilicet personam dicere perfectionem ratione existentiæ, qua persona existit, tamen hęc existentia est à forma, quæ nõ habet ab aliquo suum esse, & perfectionem, & hoc affirmamus formaliter, non effectiue, compositum autem effectiue, & formaliter recognoscit esse suum ab alio. Et hæc dicta sufficiant de hac disputatione, de qua benedictus Deus. Soluitur vltimum Argumen.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes sunt Terniones præter T quaternionem.